



A
39
462

15. 19251
Homiliae in omnes Epi- *Be.*
STOLAS DOMINICALES IUX- *(1)*
ta literam. Per fratrem Ioannem Royardum,
ordinis fratrum Minorum.

* *Longè fidelius, quàm vnquam antehac, ad vetera exemplaria
recognita, & tersius emendata.*

PARS HYEMALIS.



PARISIIS.

Apud Carolam Guillard, sub Sole Aureo
via ad diuum Iacobum.

1553

de lafmy de s. de gr.



ENCOMION PATRIÆ.

Vrbs patrio celebris procul Oldenerda labello
 Neruia sum illa vetus, vox prout ipsa sonat.
 Nam si posterius d per v conuerteris, exto
 Oldenerua, quod est, Neruia ritè vetus.
 Neruij & hinc veteres celebrâtur iure Coloni,
 Nomenclaturæ quod probat ipse rigor.
 Menapium nostris locus est cõterminus aruis,
 Temporibus priscais inclytus atque potens.
 Hic super irriguas est Scaldæ confitus oras,
 Hunc Enaem vulgo tempora nostra ferunt.
 Hæc fidem regni faciunt monimenta vetusti,
 Indigenæ id memorant, id probat ipse situs.
 Belgarum annales, & Cæsar, & optimus ille
 Rerum descriptor Plinius ista notant.



Handwritten note in brown ink, possibly a date or reference: 1720

Handwritten number in blue ink: 6151 69712

Homiliae in Euangelia (2)

DOMINICALIA IVXTA LITERAM, adiectis Homiliis in Euangelia trium feriarum Paschaliū, & totidem Pentecostaliū, per fratrem Ioannem Royardum, ordinis fratrum Minorum.

Quas ad vetera exemplaria recognouimus, & quanta maxima fieri potuit diligentia, emendauimus.

Cum Indice copioso.

PARS HYEMALIS.



PARISIIS,

Apud Carolam Guillard, sub Sole Aureo
via ad diuum Iacobum.

1553.

REVERENDISS. DOMINO
 Georgio ab Egmont, insignis Ecclesiæ Traie-
 ctensis Antistiti, domino plurimum obseruā-
 do F. Ioannes Royardus cœlestem fauorem
 & salutem.



O bliuisci nequeo venerande præsal, il-
 lius erga me tuæ humanitatis atque
 dignationis, quum me non fortunò,
 verum (vt arbitror) prouisò locus ille
 quietus & solitarius ac proinde medi-
 tationibus aptus haberet, quo & ipse
 tumultus aulicos religiosa deuotione
 declinans solennitatem spiritus san-
 cti (nempe Pentecostalia gaudia) deuotissimè celebra-
 rus adueneras. Vbi quum inter sacra contempler non
 solum in antistite, verum etiam in domesticis specimen
 synceræ Christianæque pietatis, mecum ipse reputare ce-
 pi, mirum haud quaquam esse si in illa magna Cæsaris au-
 la (quæ & si te illustrat, veruntamen tu magis illam) pro-
 bitatem atque religionem vel primo loco haberi, vbi in-
 ter egregios heroes præsul talis elucet. Libet autem in te
 Dei dona & agnoscere pariter & venerari. Cœlesti nan-
 que fauore accessit tuæ claritudini vnà cum eruditione
 eximia dignitas sublimis, cui intervenerandos antistites
 cœlitus data est sacra sedes, illa antiquitate sua venera-
 bilis, sedes, inquam sanctorum antecessorum tuorum
 Amandi, Villibrordi, & aliorum (quos recensere longè
 esset) insigni quondam pietate & immortalis gloria famo-
 sa, celebris & illustris. Sanè placuit ei qui te suæ gratiæ
 donis abundè decoratum illustrauit utique accensam à
 se lucernam nō sub modio delirescere, verum quo multis
 luceas hoc ingenti candelabro sublimare. Non solum au-
 tem hæc & alia huiusmodi gratuita Dei munera, quin
 etiam & natales non parum tuæ adiiciunt claritati. Nec
 enim cōtemnenda est etiam in sanctis nobilitas originis.
 Nam (vt ceteros taceam) & B. Lucas in Euangelij sui ex-
 ordio sancti præcursoris domini vitam & opera descrip-
 rus, ab ipsius auita generositate (repetitis longè antè pro-
 genitoribus) intētam narrationem orditur. Nempe, teste
 Boc.

Boeti-
 bus in
 degen-
 in ant
 quid
 memo
 stanti-
 & fide
 eousq
 illis r
 ergo
 felle
 de præ
 obseq
 cleme
 in sanc
 demur
 quinet
 strorum
 uanien
 author
 ti deuo
 fuerit,
 Quin
 merosi
 sui anti
 dignita
 domini
 Millest
 sis Dec

NO
Traie-
seruā-
uorem

Boetio, vel hoc vnum est in nobilitate bonum, vt nobili-
bus imposta necessitudo videatur ne à maiorum virtute
degenerent. Quis autem ignoret egregiā illam & illustrē
in antiqua Batauorum gente quæ te ædedit familiam? Sed
quid illustrium progenitorum tuorum nobilitatem com-
memorem? quandoquidem te fauor cælestis morum præ-
stantia, probitate vitæ, consilio atque prudentia, religione
& fide, & quod his maius est singulari in Deum pietate,
eiusque prouexerit vt non immerito quælibet ex magnis
illis retroacti temporis patribus te referre fateamur. Age
ergo & his in te collatis donis horum auctori Deo inde-
fesse (vt facis) perpetuò placere contende. Porro venerā-
de presul & si eximia tua dignitas nostris haudquaquam
obsequiis egeat, quia tamē ita fert animus, pro tua in nos
clementia & humanitate, opusculum hoc quod iam dudū
in sancta Euangelia dominicalia conscripseram, & nunc
demum non modò primorum nostri ordinis prælatorum,
quinciam venerandorum atque doctissimorum magi-
strorum nostrorum, D. Rurardi insignis vniuersitatis Lo-
uanien. Cancellarij suorumque venerabilium collegarū
authoritate est editum, eidem. V. reuerendissimæ dignita-
ti deuotus offero, nuncupo, dedico. Si tibi vni probatum
fuerit, facillè contempsero superciliosa iudicia tetricorū.
Quin etiam (vt reor) amplissimæ tuæ diocesis clerus nu-
merosus eo lubētius hæc amplectetur, quòd sub nomine
sui antistitis cognouerit prodiisse. Reuerendissimam tuā
dignitatem longævam nobis & incolumem Christi Iesu
domini nostri clementia tueatur. Anno salutis humanæ
Millesimo quingentesimo quadragésimo primo, die mē-
sis Decembris decima.

¶ ij Eorum

I N D E X.

Eorum quæ in opere sequenti sparsim tractantur compendiosus index alphabeto digestus.

A bbatis Ioachim delirium.	22.K
Abominationem apud Ezechielem figura.	138.O
Abraham vt diem Christi vidit.	200.I
Abraham vt Deum pascit.	Ibid. cm.
Aduentus Christi duplex.	11.A
Aduentus Christi in maiestate.	19.CD
Aduentus Christi tempus Iudæos cognouisse.	31.C
Aduerfitas prosperitate salubrior.	96.B
Adulatores quales sunt.	31.E
Affectio duplex, commodi & iustitiæ.	120.AB
Amantium mos.	203.C
Amen quid sit.	22.K
Angelis etiam vt per Christum salus.	9.M
Angelorum ministerium in die iudicij.	20.E
Angelorum & prophetarum officia vt differunt.	32.H
Angel ^o resurrectionis nūcius qua specie apparuit.	107.I
Angelus Christi resurrectionem primus prædicat.	208.O
Angelum malum quo signo dignoscas.	207.N
Animæ fideli quanta sit gratia.	75.L
Animæ pereuntis typus.	209.R
Añas suas vendūt, perdūt, impignorāt, gratis dant.	112.I.K
Anna prophetissa commendatur.	50.P, & inde.
Annæ de Iesu confessio.	52.S
Animæ peccatricis typus.	4.I
Apparitionis Christi tempus, locus, modus.	239.A
Apostolis vt Christi virtus cooperata.	7.F
Apostolorum vestimenta, mysticè.	G
Apostolos quæ ipsi faciebant non intellexisse.	7.G
Apostolorum annona qualis.	184.Q
Apostolorum obedientia.	186.A
Apostoli ad quid in mundum missi.	244.O
Apostolos ceteros æquè vt Thomam dubitasse.	243.C
Apostolorum post tristitiam gaudium.	264.F
Apostoli quando adhuc vtres veteres.	277.k
Apostoli vt de Christo testificantur.	290.E
Apostolorum vitæ integritas.	201.G
Apostoli cur Christum spiritum esse putabant.	224.G
Apostoli quando necdum intelligebant scripturas.	228.Q
Aqua quibus in sanguinem vertitur.	80.M

Aquæ

Aqua
Arch
Arm
Arro
Aru
Afin
Asell
Asell
Affer
Atriu
Auar
Auar
Auth
Auda
Audi
B
B
B
Bapti
Bapti
Bapti
Bapti
Beelz
Bene
Bene
Benig
Bestia
Betha
Bella
Bini c
Blasph
Bona c
Bona i
Bona i
Bonar
Boni c
Boni c
Bonis

I N D E X.

	Aquæ Iericho vt sanata, Myst.	266.K
	Aquæ marath vt dulces effectæ.	267.M
	Architriclino cur primum ferri iubetur vinum.	80.K
	Arma diaboli & spolia.	174.P
	Arrogantes sibi falsò scientiam arguuntur.	67.B
	Arundo moraliter.	30.C
	Asina cum pullo alligata, myst.	3.G
	Aselli vt sessor diabolus.	4.E
	Asellus ante ianuam in biuio.	4.K
	Asellus vt plurium dominorum, myst.	Ibidem.
	Assentationis notam vt Christus vitauit.	29.A
	Atrium & pax diaboli. 174. Pauarus, vt aspis furda.	130.O
	Auari mens spineto similis.	131.P
	Auari quidem cur Christum sequuntur.	182.L
	Auari vt malè tristes.	171.T
	Authoritate clauium qualiter vtendum.	245.Q.R
	Audacia præsumptionis exemplo compscitur.	63.G
	Audit quæ quisque libenter.	193.E
	B Alaam quid optauit.	131.Q.
	Baptizo in aqua, expanditur.	39.C. 42.H
	Baptismus Ioannis quid valuit.	41.C
	Baptismus Ioannis qualis fuit.	Ibidem.D
	Baptismi virtus à ministro.	Ibidem.
	Baptista cur singulariter Ioannes est dictus.	14.E
	Baptizat in salutem solus Christus.	Ibidem.
	Beelzebub describitur.	170.E
	Benedictionis genus triplex.	46.B
	Benedicenti præscripta forma.	Ibidem.F
	Benigna Christi sollicitudo.	121.B
	Bestiæ infernalis inuasio clamare compellit.	162.G
	Bethabara legendum Ioan. 1. pro Bethania.	43.K
	Bella & seditiones in mundi fine.	12.E
	Bini cur discipuli mittuntur.	211.A
	Blasphemus in Christum Iudæorum furor.	193.F
	Bona ex malis elici.	107.O
	Bona infima qualiter petenda.	291.C
	Bona item media & summa qualiter petenda.	281.D
	Bonarum cogitationum & malarū differēs origo.	225. A
	Boni cur tentatione pulsantur.	99.H
	Boni cur Christum sequuntur.	183.M
	Bonis vnde perniciēs.	99.H
		Bono-

INDEX.

Bonorum contubernium sectandum.	247B	Christ
Bonus pastor vt ante oues vadit.	236.H	Christ
Bonis in hac vita consolatio triplex.	265.K	Christ
Bonitas pastoris erga oues in vocando.	255.G	Christ
Bonitas pastoris in educendo.	ibidē.H	Christ
Botrus vt è spinis colligitur,myst.	258.N	Christ
C anes moraliter.	166.P	Christ
Caro & sanguis tripliciter dicuntur.	242.I	Christ
Carnis Christi virtus.	85.I	Christ
Castelli nomine cur Ierosolyma denotatur.	3.F.G	Christ
Chanana mulier, cuius typus.	160.C.D	Christ
Chananae fides spectanda.	160.D	Christ
Chananae virtutes imitandae.	164.K	Christ
Chananae supplicis humilitas & fides.	165.O	Christ
Chananae supplicatē cur Christus distulit.	166.Q	Christ
Cæci, claudi, leprosi & cæteri myst.	17.L	Christ
Cæcus mente vt palpare recusat.	240.C	Christ
Cæco cur Christum sequi permittitur.	144.M	Christ
Cæcum cur Christus interrogat.	143.I	Christ
Cælum & terram transire quid sit.	22.LM	Christ
Céturionis laus. 89. A. Céturionis pietas singularis.	90.C	u
Centurionis fides & humilitas.	92.F	Christ
Centurionis prudentia.	ibidem.G	Christ
Clamare in oratione quatuor compellunt.	162.F	Christ
Clamor Christi ad quos.	126.F	Christ
Cognitio triplex, sui, seculi, Dei.	102.C	Christ
Constantiae documentum.	89.G	Christ
Cophini duodecim myst.	190.I	Christ
Corpus Christi glorificatum, quale.	249.F	Christ
Corruptionis morum indicia.	15.N,P	Christ
Crede contingit dupliciter.	216.C	Christ
Christi ingressus in Ierusalem quid significat.	1.A	Christ
Christus vt ad passionem properat vtroneus.	2.C	Christ
Christus vt pacificat, illuminat, sanat.	ibidem.D	Christ
Christus tam pullum quàm asinam equitauit.	8.H	Christ
Christus vt venit in nomine patris.	9.M	Christ
Christus sol iustitiae vt obscurabitur.	14.L	Christ
Christus cur medius Iudæorum stetit dicitur.	42.F	Christ
Christus non nisi Ioanne tradito prædicat.	42.G	Christ
Christus vt Ioanni antepositur.	ibidē.H	Christ
Christus quibus in ruinam.	46.G	Christ
	Christus	

INDEX.

247.B	Christus vt in resurrectionem.	47.I
236.H	Christus in pueritia quis esset vt aperire cœpit.	56.H
265.K	Christus vt parentibus obediens	67.D
255.G	Christus vt descendit.	68.E
ibidē.H	Christus cur venit ad nuptias.	72.C
258.N	Christus vt ad seruum venire præsto.	90.D
166.P	Christus Helia & Moysē maior.	99.K
242.I	Christus vt variè traditus.	135.F
85.I	Christus vt illusus.	Ibidē.H
3.F.G	Christus vt indignè occisus.	136.H
160.C.D	Christus cur vitam egit popularem.	146.C
160.D	Christus cur ieiunauit. 148.G	Christus cur esuriit. 149.I
164.K	Christus vt non vltra 40. dies debuit ieiunare.	148.G
165.O	Christus vt à diabolo assumptus.	154.S
166.Q	Christus num solis Iudæis missus.	163.H
17.L	Christus vt ad perfectiora prouocat.	188.E
149.C	Christus tria fecit imitanda.	Ibidē
144.M	Christus vt de sua securus innocentia.	119.A
143.I	Christus vt maior quàm Abraham.	200.H
22.L.M	Christus post resurrectionem cum discipulis tantum con- uersatus. 253.L	
5. 90.C	Christus animam suam pro nobis dedit ad tria.	254.E
92.F	Christus vt nos dilexit.	154.E
ibidē.G	Christus vt pro nobis fideiussor.	Ibidem
162.F	Christus vt ad patrem vadit.	286.D
126.F	Christus quibus præsens est.	211.B,D
102.C	Christus cur ea quæ nouit interrogat.	214.H
89.G	Christus vt typis prænunciatus.	216.A
190.I	Christus vt tenendus.	219.K
249.F	Christus cognitus cur mox disparuit.	229.N
15.N,P	Christus iam immortalis vt comedit.	227.M,N
216.C	Christus vt peregrinus, ortulanus, mercator.	234.H,I
1.A	Christi mira dignatio.	72.C,E, 226.K
2.C	Christi munificētia in nuptiis.	79.I
ibidē.D	Christi potentia singularis.	Ibidem
8.H	Christi quàm præsto beneficētia.	86.L,M
9.M	Christi iniuriæ vt compensatæ.	136.I
14.L	Christi contempti typus.	138.N
42.F	Christi potentia vt in resurrectione manifestata.	208.O
42.G	Christi mysteria vt prænunciata.	228.P
ibidē.H	Christi testimoniū operum,	29.I,L,M,N.
46.G		
Christus		

INDEX.

39. P	Diaboli commercium omnino vitandum.	152. P, R
24. E, F	Diaboli vocem hinc pernosce.	154. S
32. G	Diaboli suggestio inutilis.	155. T
36. G	Diaboli arrogantia mendax.	157. Y, Z
77. C	Diabolus locus commodissimus.	131. P
177. X	Diabolū in tentationis certamine vt Christus vicit.	156. V
89. B, C	Digitus Dei.	173. N
214. G	Dignatio Dei erga nos.	110. E
229. R	Discipuli duo à Bethphage missi, myst.	3. P
137. L	Discipuli vt Christum suscitent dormientem.	97. D
175. S	Discipuli cur Christi verba non intelligunt.	136. K
236. M	Discipuli cur Christum non agnoscebant.	213. E. 233. F
16. Q	Discipuli vnde tristes.	213. F
90. C	Discipuli stultitiæ & tarditatis arguuntur.	216. A. B
141. E	Discipuli cur ibant piscari.	231. B
4. K	Discipulos suos informādo vt Ioannes interrogat.	26. G
219. M	Discipulorum Ioannis contra Christum zelus.	23. B
168. B	Discipulorum fides minor arguitur.	97. E
172. K	Discipulorū trepidantiū qualis de Christo cōfessio.	214. H
t. 164. H	Dispensatio Christi erga supplicem Chananaeam.	161. E
11. G	Disputationis pueri Iesu in templo subiectum.	62. E, F
Ibidē	Diuites vt Euangelium fastidiunt.	29. N
271. V	Diuitiæ vt pungunt.	130. O
156. V	Diuitiarum contemptores beati.	Ibidem
199. G	Diuitiatis Christi argumentum.	228. Q
201. L	Docentis Christi modestia.	277. L
103. D	Doctor qualis Christus.	229. Q. 287. F
103. E	Doctorum ruina.	15. M
150. L	Doctorum de puero Iesu admiratio.	63. H
Ibidem	Doctorum præsentē Iesu socordia.	Ibidem
150. M	Doctrinam Christus vt miraculo confirmat.	82. B
151. M	Doctrina quadret auditoribus.	277. L
7. P	Dominus vniuersorum Christus.	5. L
153. T	Domini sint erga seruos elementes.	90. C
108. A	Domos quorum Christus ingreditur.	93. E
Ibidem	Dominica dies vt sabbatho præstantior.	204. F
Ibidem	Doloribus affecti vt Christum sequuntur.	182. M
224. F	Dormitio Christi in nauī.	96. C
104. G	Dormit Christus quibus.	99. H
124. E	Dubitantium de Christo discipulorum colloquium.	212. B
138. O	Ductus Iesus à quo spiritu in desertum.	145. A
Diaboli		Eccle-

INDEX.

2.E	Festi dies vt temerantur.	55.D
fferunt.	Fictio non omnis mendax.	218.H
50.O	Fides vna priscorum & sequentium.	9.L.115.R
277.M	Fides Centurionis magna.	90.D
Ibidem	Fides apud Deum quàm sit preciosa.	93.H
219.S	Fides Centurionis vt à Christo commendatur.	Ibidem
15.N	Fides quanta possit.	95.M.167.R
141.L	Fides pressuris crescit.	147.H
250.G	Fides sic differt ab hæresi.	Ibidem
293.I	Fides supplicantis qualis esse debet.	167.S
237.P	Fides popularium erga Christum elucet.	169.D
20.F	Fides nostra vt Christi resurrectione firmata.	208.P
234.H	Fides duorum discipulorum spesq; collapsa.	215.K
120.A.	Fidei Christianæ stabilitas.	22.L
98.F	Fidei Christianæ vt contradictum.	48.M
111.H	Fidei nostræ vt Christi resurrectione consultum.	262.B
255.F	Fidei nostræ quanta attestantur.	291.F
7.E	Fidei Christianæ inuicta veritas.	202.H
106.M	Fidelibus quæ procellæ suscitantur.	26.B
105.K	Fidelibus saturatis Iudæi inanes.	190.I
177.V	Fidelium iustitia.	275.G
289.G	Fiducia nobis vñ:99.I.145.B. Figuræ de Xpo varia.	217.F
217.N	Figurales ceremonias num Christus seruare iubet.	88.Q
149.X	Filia Sion Ecclesia.	15.A
as. 44.A	Filios plerunque à parentibus degenerare.	51.Q
47.X	Finis mundi num præsciri possit.	18.A
53.T	Flere & plorare vt differunt.	264.E
ti tacuē.	Fortis armatus.	174.P
255.P	Fractione panis vt Christus cognoscitur.	222.Q
192.D	Fragmenta ne pereant.	189.H
itos, sal-	Fragmentorum collectio.	189.G
224.M	Fugere licet pastori quando.	258.O
155.F	Futuri sceleris scribarum iudicium.	196.E
13.F	Furentibus Iudæis vt Christus cedit.	201.L
186.B	G alilææ quo loco & quando discipulis Christus redi-	
224.H	uiuus apparuit.	209.S
268.O	Gaudent vnde Iudæi.	205.G
55.C	Gaudium quod nemo tollit.	297.P
Ibidem	Gaudium plenum vt petendum.	284.K.L
	Gaudium mundi perniciosum.	262.F
	Gaudium triplex naturale, seculare, spirituale.	267.M
		Gau

I N D E X.

165.G	Hominum dolenda peruersitas.	65.O
16.I	Hominum diuersimoda conuersio.	94.k
162.F	Hominum elucet ingratitude.	100.k
259.P	Hominum genus vt deprauatum.	120.A
260.S	Horæ diei vt in scripturis accipiendæ.	115.R
93.I	Horarum diei significatio.	112.L
94.K	Horror de Christo mortuo nullus.	203.C
251.K	Humana in forma cur Christus iudicabit.	19.B
243.K	Humanitas in Christo vera probatur.	176.V
Ibidem.N	Humilitas Christi.	1.B
49.O	Humilitas Christi benigna.	212.D
153.Q	Humilitatem ab Iesu discce.	63.G
162.G	Hydræ quid mysticè.	77.D E F
108.E	Hydræ vacuæ.	78.G
108.F	Hydræ aut vento aut veneno plenæ.	79.H
179.D	Hypocritæ vt similes arundini.	30.C
105.L	Hypocritæ malè tristes.	271.V
106.M	Iesus vt crescebat.	53.V
87.O	Iesus vt puer & vit.	54.Y
Ibidem	Iesus vt vitam suam disponebat.	Ibidem.Z
151.N	Iesus cur ignaris parentibus remansit.	57.I
152.O	Iesus quo loco reperitur.	58.N.61.B
266	Iesus vbi quærendus.	59.O
187.G	Iesus amissus vt requirendus.	59.Q R S & 64.k
190.K	Iesus cur agitur in desertum.	145.A
4.I	Iesus cur inter homines conuersatur.	Ibidem.B
37.H	Iesus cur in littore stetit iam immortalis.	232.E
277.M	Iesu ætati vt sapientia iungitur.	53.Y
175.M	Iesu perditio vt parentes excusantur.	57.H
219.T	Iesu amisso parentum consternatio.	57.L M
48.M	Iesum qui non inuenient.	58.N
110.F	Iericho ciuitas latrociniis infamis.	140.A
138.N	Idolatriæ prima occasio.	170.F
67.C	Incredulitas exordium vitiorum.	274.F
15.L	Incredulitatis peccatum vt graue.	250.G
51.R	Incredulorum cæca peruersitas.	275.F
67.C	Infidelium vt ignorantia contumax.	294.L
131.M	Ingratitudini humanæ retaliatio.	100.L
23.M	Inuidiæ typus.	Ibidem.
103.F	Inuidiæ descriptio.	218.I
282.L	Inuitari vt vult Christus.	237.P
Ho-	Inuitari per Christum quàm deside randum.	Inci-

I N D E X.

229.S	Iudeos habuisse dæmonium.	175.S
24.BC	Iudicem Christum cur angeli comitabuntur.	19.DE
29.BC	Iudicium de homine particulare.	11.B
30.D	Iudicium quæ præcedunt signa.	12.E
31.F	Iudicij vniuersalis ratio.	11.BC
32.Gf	Iudicij dies, cur dies domini.	12.D
33.I	Iudicij terror quantus.	17.S T
idem.K	Iumenta Christi qui sunt.	7.E
36.G	L aborandi dies quousque.	111.F
38.MN	Lamenta infantium.	16.N
39.O	Lapis offensionis Christus.	47.H
31.E	Lapidi remouendo cur nõ venerūt discipuli.	205.H
33.k	Lapidem sepulchri angelus reuoluit.	206.I
54.AB	Latere cur Christus voluit.	160.B
38.L	Latria & dulia differunt.	158.Z
G.43.I	Lepra vt peccati typus.	84.E
25.FC	Lepræ incommoda.	Ibidem.F
23.A	Leprosus cur se iubetur ostendere sacerdoti.	87.P Q
43.k	Leprosus moraliter.	88.R
35.D	Leprosi deprecatio. 83.C Leprosi fides.	Ibidem.D
144.L	Leproso mundato tria præcipiuntur à Christo.	89.N
35.C	Leprosam Christus cur tactu mundauit.	85.I
47.H	Leprosam Christus cur tetigit.	Ibidem.K
94.L	Leprosorum leges.	84.G H
118.Y	Lex triplex, quasi triplex semen.	123.D
136.k	Legis & gratiæ distantia.	226.L
172.L	Legis æmulatorum error.	293.k
176.T	Legisperiti vt inexcusabiles.	Ibidem.
199.G	Lætitia quæ in tristitiam vertitur.	269.R
201.L	Lætitia quæ in lætitiã commutatur.	Ibidem.R
it.159.A	Liber de infantia Iesu apocryphus.	65.N & 81.N
171.H	Liberum arbitrium quando captiuum.	4.I
6.D	Longanimis expectatio Dei.	106.N
8.H	Lucam non fuisse de numero 72 discipulorum.	211.A
34.A	Lugubris officij ratio.	101.A
35.C	Luna vt mutatur in sanguinem.	15.N
90.C	Lupus vt rapit & dispergit oues.	258.M
172.L	Lux cur maximè petenda.	141.k
185.Q	M alum vnde.	105.k
293.L	Malos cur sustinet Deus.	106.M
35.D	Malorum omnium causa gemina.	1802.D
Iudeos		Mani-

I N D E X.

Manichæorum error confutatur.	184.P & 224.G
Manfuetudo Christi imitanda.	194.l.k
Manus & latus cur Christus ostendit.	225.1 & 242.1
Mare & nauicula, mysticè.	100.l
Mare Galilææ Christus cur abiens transit.	178.A
Maria & Ioseph Iesu parētes differēter appellātur.	44.A
Maria qua ratione mater Iesu.	Ibidem.B.C
Maria Dei & hominis mater.	45.C
Maria non Ioseph cum filio exoptulat.	64.l
Maria cur Ioseph patrem Iesu nominat.	Ibidem.k
Maria cur filio de vino suggerit.	73.F
Mariæ dolor Iesu amisso. 59.P	Mariæ prudentia. 69.1 ^k
Mater Christi vt monet ministros.	76.A
Mater Christi cur nobis exoranda.	Ibidem.M
Marris Christi & Dei patris vt verba consonant.	Ibidē.A
Matri suæ Christū rediuuium se primū ostendisse.	204.D
Matrem Christus vbi ignorat.	74.l
Matrem Christus vbi agnoscit.	75.k
Matrem Christus vt honorauit.	68.E
Medicus benignus Christus.	73.D
Medium vt semper Iesus tenuit.	240.D.E
Mendacium ineptum vt emerunt Iudæi.	206.l
Mercenarius quis sit.	256.l
Mercenarius socius furum.	256.k
Mercenarius non est pastor.	Ibidem.
Mercenarius à pastore vt differt.	257.L
Mercenarius vt fugit.	Ibidem.& 258.N
Mercenarius vnde arguitur.	257.L
Mercenario non sunt oues propriæ.	Ibidem.
Meriti magnitudo penes quid sumitur.	116.S
Metaphora mulieris parientis applicatur.	268.N
Mesiæ nomen qui vsurparunt.	36.F
Militaturi Christo vt coadunantur.	128.O
Miraculum Christi primum, matre petente.	152.P
Miraculo panum vt tempus congruebat.	180.F
Misereri vt proprium Deo.	142.F
Miseretur quomodo super turbas Christus.	181.k
Misericordia Dei & iustitia.	110.E
Moyſi manus vt leprosa, mysticè.	260.T
Montem cum Christo qui ascendunt.	82.A
Mor. triplex.	196.N
	Mor.

Mortis
Mortu
Mons
Mulier
Muli
Mulier
Mulier
Multi
Mund
Mund
Mund
Mund
Mund
Mund
Murm
Mucus
Murm
N
Negat
Nobil
Nom
Nouif
Nouif
Nuptia
Nuptia
Nuptia
Nuptia
O
B
C
C
Obedie
Obedie
Obitus
Occasi
Ocium
Ociosi
Ociosi
Oculus
Oculus

I N D E X.

- 224.G Mortis Christi tempus. 179.E
 194.l.k Mortuos non esse qui viuunt Deo. 197.C
 & 242.l Mons oliuarum, mysticè Christus. 2.D
 100.L Mulieres sanctæ vt in lachrymis peruigiles. 203.A
 178.A Mulieres sanctæ cur ad sepulchrum obstupuerūt. 207.M
 r. 44.A Mulierum sanctarum pium obsequium. 203.B,C
 em.B.C Mulierum piarum per angelum consolatio. 207.N
 45.C Multiplicationis panum modus. 188.F
 64.l Mundus vt per spiritum sanctum arguitur. 275.F
 bidem.k Mundi termino prænotificando similitudo. 21.H
 73.F Mundi in fine seductores multi. Ibidem.
 . 69.l.k Mundi finis ruina. Ibidem.
 76.A Mundi mutatio calamitosa. 23.M Mundi ætates. 123.M
 idem.M Mundo renunciantes curam parentum deserant. 76.A
 Ibidem.A Murmur operariorum vineæ, quid. 116.S
 . 204.D Murus tribus modis, moraliter. 169.C
 74.l Murmur Iudæorum contra Gentes. 117.X
 75.k **N**auigare & periclitari, mysticè. 101.N
 68.E Nazaret in monte Christum discipulis apparuisse. 210.V
 73.D
 240.DE Negatores suos vt Christus negat. 259.Q
 206.l Nobilitas quid sit. 51.Q
 256.l Nomina quibus spiritus sancti persona exprimitur. 288.A
 256.k Nouissimi in opere, in mercede primi. 114.Q
 Ibidem. Nouissimi primi & econuerso exponitur. 118.Y
 257.l Nuptiæ Christi, mysticè. 71.A
 & 258.N Nuptiis cur interesse rogati Iesus & Maria. 73.E
 257.l Nuptias non adeant viri religiosi. Ibidem.D
 Ibidem. Nuptias ad quas & ipsi vocamur. 75.L
 116.S **O**bedire nolentes parentibus vt puniuntur. 69.G
 268.N Obediendum parentibus. Ibidem.
 36.F Obedientia Christi. 1.B
 128.O Obedientiam vt nobis Christus commendat. 68.F
 152.P Obedientiæ fructus vt apparuit. 123.G
 180.F Obitus sanctorum non funebris sed natalitius. 268.O
 142.F Occasio mali vt ex bono rapitur. 48.K
 181.k Ocium vitandum exemplis. 113.O
 110.E Ociosi arguuntur. Ibidem.M
 260.T Ociosi qui sint. Ibidem.O
 82.A Oculi intentionis qualiter subleuandus. 180.H
 190.N Oculi sinister vt claudendus. 181.H
 Mor.

I N D E X.

Oculus dexter vt aperiendus.	182.L
Oculi discipulorum vnde tenebantur.	213.E
Oculorum Iesu pia sublatio.	180.C
Occulta cordis vt cernit Christus.	263.E
Oliua, myst.	2.D
Olla Helisæi myst.	266.L
Omnem veritatem hic non posse comprehendi.	276.R
Opera bona vt cęlanda.	86.N
Opera perfidorum huius temporis.	110.E
Opera Christi parabolas fuisse.	118.I
Opera bona quibus cęlanda.	153.R
Opera Christi operibus diaboli vt contraria.	172.Q
Operatio Dei gemina.	205.G
Operando bona vt illuminamur.	220.M
Operariis mercedem reddere vt Christi est.	114.Q
Operum iustitia defenditur.	110.E
Opinio discipulorum Christum non moriturum.	263.C
Opus Dei Christus ostendit cęteris pŕeferendum.	75.I
Opus sermoni sit pŕeuium.	214.H
Opus inter & opus vt distinguendum.	232.C
Oratio & ieiunium commendantur.	51.R
Oratio exaudiri indigna.	282.F
Orationi ne cessariam esse perseuerentiam.	283.I
Orationi impedimentum triplex.	281.E
Orantes quidam cur non exaudiuntur.	280.B
Orantes quosdam exaudiri ad perniciem.	282.E, F
Orantes peccatores num exaudiantur.	Ibidem.
Orantes pro indignis non exaudiri.	283.G
Oranti triplicem esse vitandam malitiam.	Ibidem.H
Orantibus petita interdum differri.	282.G
Ore tantum negasse Petrum.	29.I.
Osanna quid sit.	9.L
Ostentationem vt Christus vitauit.	87.N
Ostia per clausa vt Christus intrauit.	139.B. 242.E
Oues vt mercenarium sustinent.	257.L
Oues vt propriam amant perniciem.	Ibidem.
Oues stultę, quę.	260.S
Oues errantes vt reductę.	261.V
Ouibus pro defendendis vt Christus stetit.	260.R
Ouibus suis adducędis vt bonus pastor laborauit.	260.T
Ouile vnum & vnus pastor.	261.V

I N D E X.

182.I	P ax per Christum triplex.	241.G
213.E	Pax diaboli qualis.	174.P
180.C	Pax cum deo, cum homine, cum semetipso.	223.D, E
263.E	Pacis impedimenta.	224.E
2.D	Pacis aduersarius diabolus.	ibidem.F
266.L	Pacem homini vt natura suadet.	242.H
276.K	Pacē vt Christus annūciat. 223. C	Pace qui carent. 242.G
86.N	Patientiæ exemplar Christus.	196.M
110.E	Palmarum & ramorum mysteria.	9.k
118.I	Panes nouos cur non creauit Christus.	187.C
153.R	Panis triplex petendus.	189.H
172.Q	Paracleti ratio.	288.A
205.G	parabolas intelligendi modus.	117.V
220.M	Parabolicè cur loquitur Christus.	122.C
114.Q	Parentes Iesu vt benedicuntur.	46.E
110.E	Parentes Iesu vt legem perfecerunt.	52.T
263.C	Parentes cur honorandi.	69.H
75.I	Parentum Iesu vnde admiratio.	45.D
214.H	Parentum Iesu religiosa deuotio.	54 A, B & 55.F
232.C	Parentibus Iesus in quibus subditus.	68.G
51.R	Paruulis prodesse fidem Ecclesiæ.	167.T
282.F	pascit tripliciter Christus.	184.O
282.I	Pastus triplex.	253.C
281.E	Pastoris bonitas ex tribus patet.	Ibidem. C, D, E
280.B	Pastoris Christi typum vt Dauid gessit.	254.D
282.E, F	Pastor bonus Christus.	252.A, B
Ibidem.	Pati Christum vt nobis expediebat.	273.D
283.G	Passionis Christi causę multę.	217.D
Ibidem.H	Passionis Christi typus.	100.M
282.G	Passionem suam Christus cur sæpe prædixit.	132.B
29.I.	Passionem Christi aggravant, quę.	133.C
9.L	Passionis Christi nos conuenit reminisci.	Ibidem.
87.N	Passionis suę Christus cur signa seruauit.	243.k
.B. 242.E	Passione Christus vt exaltatus.	134.D
257.L	Passione sua Christus prophetias impleuit.	Ibidem. F
Ibidem.	Passum Christum vt sequamur.	133.C
260.S	Passionum Christi & Ioannis inter se distantia.	178.A
262.V	Pater Iesu alius à Ioseph.	65.L
260.R	Pater vt amat credentes.	285.B
t. 260.T	Paterfamilias Deus qualiter exit.	109.B
261.V	Paulus cur manibus suis operatur.	231.C
Pax		Pau-

INDEX.

1.B	Puer Iesus vt ætati se conformauit.	70.M
28.N	Puer Iesus quale pueris exemplum dedit.	37.I
dem.M	Pueri quibus rebus assuefaciendi.	55.F
139.Q	Pueri quales futuri sunt pronostica.	56.G
105.k	Pueri num parentes suos relinquere possint.	57.K
170.F	Pulmentarium quid.	233.F
140.B	Puluis vt excuriēdus 191.A Purificationes Iudæorū.76.B	
ibidem,	Vadraginta diebus cur ieiunauit Christus.	148.C
22.C	Q uadragesimæ ratio.	149.H
234.I	Quadragesima vt præfigurata.	Ibidem
219.I	Quadragesimale ieiunium cur verno tempore.	148.G
13.G	Quadragesimalis ieiunij authoritas.	Ibidem
280.A	Quærentes piè Iesum inueniunt.	62.C
299.R	Quærenda vt summo studio salus.	59.Q,R
1. 221.P	Quærendus Iesus quomodo.	59.O & inde & 64.K
235.L	Quærunr quidam impiè Iesum.	62.D
237.O	Quærunr sollicitè quatuor.	Q, & inde. 59.
1. 209.R	Quæsitus à diuersis puer Iesus.	91.B
227.O	Quærela contra Deum stulta.	117.T
233.G,H	Quinque panes ordeaci, mysticè.	188.D
116.R	Quinquagesimæ ratio.	132.A
236.N	Quinguagesimæ in dominica cur Christi passionē Eccle-	
65.M,N	sia commemorat.	137.L,M
ibidem	Quinguagenarium remissionis numerum esse.	132.A
126.F	R ecidiui grauitas.	176.T
124.G	Rectorum Ecclesiæ duo modi.	239.M
139.P	Rediuiu ^s Xps cur nō assiduè vis ^{us} discipulis.	230.A
152.N	Refugia à turbis vt tria Christus habuit.	246.B
220.M	Regio mortis.	94.L
5.L	Rex Christus quo schemate venit in regiam ciuitatē.	6.B
186.A	Regis Christi præsentia, dignitas, & propinquitas.	6.C
17.R.S	Regis Christi aduentus causa.	Ibidem.D
16.O	Regis Christi mansuetudo & humilitas.	Ibidem.D,E
ibidem.	Regis Christi aduentus vt cum gloria.	8.I
54.Z	Regium nomen Christus passurus cur non refugit.	10.N
37.I	Regnum Dauid vt Christus accepit.	10.O
50.P	Regnum Dei vt optandum.	21.I
28.O	Regnum cœlorum vt Ecclesia præsens.	109.B
62.E	Regnum discors desolandum.	172.K
65.N	Regnum Dei vt in Iudæos peruenit.	173.O
70.L	Regna mundi omnia vt Christo diabolus ostendit.	156.X
Puer		Re.

I N D E X.

Religiosi secularia sectantes arguuntur.	59. O
Rem eandē causa nunc licitā nunc facit illicitā.	272. C
Remittere peccata & hominibus datum.	245. Q
Remissio peccatorum non nisi per Christum.	230. T
Reprobatorum in fasciculos colligatio.	107. P
Reprobatorum typus.	237. O
Resurgere Christum vt decuit.	208. O
Resurgens Christus vt verum corpus habuit.	240. B
Resurrectio Christi cur per mulierem nunciatur.	209. Q
Resurrectio cur erat acceleranda.	262. B
Resurrectio Christi vt paulatim aperitur.	222. A
Resurrectio mortuorum difficulter credita.	225. I
Resurrectionis suę die Christi quies visus.	209. S
Resurrectionis Christi veritas.	262. C
Retributio vt iusta & misericors.	116. S
Reuelatæ cordium cogitationes.	49. N
Reuerentia discipulorum erga Christum.	238. Q
Ruben & Gad filij, quorum typus.	185. R
S acerdotis vitium nõ præiudicare sacramento.	230. k
Salomone, non viri nomen esse sed fœminæ.	250. B
Samaritanus pius, Christus.	153. l
Samaritanum Iudæi cur Christum vocitant.	194. G
Salutationem Christus vt affert nouam.	241. F
Sanson vt Christi typum gessit.	208. P
Sanator Christus qualis.	143. L
Saluari paucos.	110. A
Sapientia quondam patribus non æqualiter data.	77. E
Sapientię suę Iesus vt prima prodit indicia.	69. M
Satellitium diaboli.	175. X
Sanitate recepta cauenda ingratitude.	87. Q
Scandalum in Christo passum.	27. K
Scriptura sacra vt dulcia profert & amara.	265. l
Scripturæ mysteria vt per Christum referata.	187. D
Scripturis veteribus qualiter vtendum.	185. R
Scripturas sacras Iudæi vt nõ sibi sed nobis ferunt.	185. Q
Scripturas non facile intelligi.	67. C
Seminant contraria Christus & diabolus.	103. E
Seminare quid ipsi debeamus.	123. F
Semen triplex seminat Christus.	102. B
Semen diaboli quale.	103. E
Semen diaboli cur adeo proficit.	104. G
Semē vt i germine manifestat.	104. H
Semē triplex.	126. D

Sem en

INDEX.

59.O	Semen duobus modis recipitur.	142.A
271.C	Semen secus viam.	125.B.128.L
245.Q	semē sup petrā. 125.C.129.M. Semē iter spinas. 125.D.130.N	126.E.136.R
230.T	semen in terra bona.	131.R
107.P	semen verbi vt fructificat.	121.D
237.O	seminator Christus vt exiit.	247.A
208.O	separare se contingit dupliciter.	Septuagesimæ finis. Ibidem
240.B	septuagesimæ ratio 108.A	206.K
209.Q	sepulchri dominici schema.	206.I
261.B	sepulchro clauso Christum exiuisse.	114.P
221.A	sero mysticè.	106.L
225.I	Seruorum patris familias obsequutio præsto.	196.N
S.222.B	sermonem Christi seruās quo modo non moritur.	14.K
261.C	Sexagesimæ ratio. 121.A.	48.L
116.S	Signum cui contradicitur, Christus.	48.M
49.N	Signum cui contradicitur vt vincit.	171.I
138.Q	Signum diuinitatis Christi.	192.C.193.E
185.R	Signum num quis ex Deo sit.	13.I
230.k	Signa in sole & luna.	139.P
250.B	Signo Thau quis frontes signat.	290.T
153.I	Signi prioris & signi posterioris mysterium.	14.K
194.G	Signorum nouissimorum causæ.	77.C
241.F	Signorum à magnitudine vt Christus obtinuit.	31.N
208.P	Signorum Iesu præclarum initium.	63.F
OS.120.A	Sileat cur inter senes adolescens.	46.G
77.E	Simeonis Prophetiæ excellentia.	47.I
65.M	Simeonis verba vt Christus confirmat.	206.K
175.K	Situs dominici corporis in sepulchro.	269.Q
87.Q	Solacium propter Christum afflictis.	141.E
27.K	Spem supplicanti bus suppeditant, quæ.	245.P
265.I	Spiritus sanctus vt in remissionē peccatorū datus.	246.S
187.D	Spiritus sanctus vt bis datus.	274.E. & inde
185.R	Spiritus sanctus vt arguit mundum.	218.N
185.Q	Spiritus sanctus vt Christo consona loquitur.	279.P
67.C	Spiritus sanctus vt Christū clarificat.	290.D
103.E	Spiritus sanctus vt Christo testimonium perhibuit.	Ibidem
123.F	Spiritus sancti diuinitas defenditur.	290.D
101.B	Spiritus sancti operatio in discipulis.	278.N
103.E	Spiritus mendacij quis.	75.L
104.G	Spōsus & spōsa, myst. 77.C Sponsa Christi monetur.	15.M
ex.126.D	Stellæ vt è cælo cadunt, myst.	Stetia

Sem en

INDEX.

240.C	Tribulatio vt compellit in oratione clamare.	162.F
Ibidem	Tribulationibus perferendis vt electi destinantur.	224.O
171.H	Triduum amissi & quæsi Iesu.	61.A
228.Q	Tristitia discipulis cur Christus prædicit.	261.A.372.C
97.B.3.C	Tristitia naturalis. 265.H	Tristitia secularis. Ibidem
101.O	Tristitia spiritualis multiplex.	265.I
154.S	Tristitia quæ in tristitiam vertitur.	270.S
178.B	Tristitia male tristium.	Ibidem
146.D	Triticum Dei, qui. 107. Q. Turba intentione varia.	122.B
e. 151.M	Turba quæ cæcum clamitantem increpat.	142.G
154.S	Turba cur Christum sequitur.	179.D
155.V	V aticinia Prophetarum de Christo.	217.G
171.G	Venales in foro, qui.	111.I
147.E	Verbū Dei vt differenter in audiētibus p̄ficat.	70.N
Ibidem	Verbum Christi tam indignis quàm dignis communicat.	
147.F	125.A	
152.O	Verbum erga tribus modis delinquitur.	127.G
159.Z	Verbum Dei vt intelligamus.	127.H
98.G	Verbum cur semen vocatur.	128.K
35.E	Verbum quibusdam ad salutem, quibusdam ad perniciē.	
147.D	131.P	
158.Z	Verbi sensus quibusdam absconditur.	127.I
150.M	Verborum Christi virtus.	221.O
146.C	Veritas quibus se abscondit.	202.N
153.Q	Veritati Christus vt attestatur.	199.G
13.H	Vestiri mollibus non caret culpa.	30.D
202.H	Vestimentum Ioannem commendat.	Ibidem
P. 43.X	Vestimenta sua Christo qui sternunt.	8.K
30.N	Via triplici Christus ad patrem rediit.	271.A
quadru	Via qua Christum sequamur.	217.E
	Viam nobis vt Christus ostendit.	1.B
	Victoriæ Christi typus.	11.P
40.B	Viduarum curam esse Deo.	51.Q
247.B	Viduarum vitia arguuntur.	51.R
248.C	Viduis viuendi exemplum in Anna.	51.Q. & inde
251.K	Videt & Christum sequitur quis.	414.M
idem.L	Vinea Dei quæ & qualis.	109.C
203.A	Vinea vnde purganda.	Ibidem
idem.H	Vinea degenerans vt iudicanda.	110.D
201.M	Vineæ procurator Christus.	114.P
210.T	Vineæ vt Ecclesia comparatur.	109.C
178.C		
Tribu		Vineam

INDEX.

Vineam qui egrediuntur.	111.H
Vini defectus mysticè.	77.D
Virginibus sacris num liceat ire ad nuptias.	71.B
Virginibus sacris vbi periculum.	71.B
Virtutum comparatione vitia apparere.	104.H
Vita nostra vt vergit in vesperum.	219.K
Vitæ argumentum, manducare	270.O
Voca operarios.	114.P
Vocatio triplex.	116.Z
Vocati vt fugiunt.	Ibidem
Voluptatum sectatores taxantur.	138.N
Vulnera sua vt Christo ad gloriam.	243.L
Vulnerum Christi quantitas.	247.F

¶ Finis indicis partis Hyemalis.

B



& qu
atque
q̄ ma
lescu
ingen
infan
cuius
cuale
um &
pus f
optim
forti
rem
le sub
uerbi
In ma
Lar
Nam
prius
net ch
erit in
que in
obru
cesse
diuer
res ip
Vid
coda
ti arc

111.H
77.D
71.B
71.B
104.H
119.K
270.O
114.P
116.Z
Ibidem
138.N
243.L
247.F

BENIGNO LECTORI

Frater Ioannes Royardus,
Fœlicitatem.



VVM iamdudum opusculum Homiliarum in Epistolas dominicales, præter quadragesimale & Homilias per festiuitates sanctorum ædidissem, & huiusmodi quicquam de cætero scribendi imposuissem ipse mihi finem, multorum piè studiosorum, quin & quorundam nostri ordinis non contemnendi nominis atque loci patrû prouocatus hortatu, torpentem tã animũ quã manum ad scribendum in S. Euangelia dominicalia qualescunque Homilias rursus induxi, nõ equidem proprio ingenio, sed de illius miseratione confusus, qui non solum infantium linguas quum vult facit disertas, verum etiam cuius impulsu (vt quidam ait) ædidit humanas animal pecuale loquelas. Deterruit autẽ me tentare opus & arduum & à compluribus doctiss. viris præoccupatum, nec opus fore ab vlllo repeti quod à summis ingeniis constaret optimè completum. Quinetiam superflui esse laboris post fortissimã S. Patrum dicta vel eadem quasi compilatorem dicere, vel certè longè minus doctum infirmiora vel le subiicere. Denique ne mihi & illud antiqui dicatur pro uerbij:

In mare quid pisces, quid aquas in flumina mittas?

Larga sed indiguis munera funde locis.

Nam & iuxta Comicum: Nihil dictum quod non sit dictũ prius. Verum inter hæc vacillantem ea quæ omnia sustinet charitas confirmabat, quia nec piis vnquam moris fuerit inuicem inuidere, inuicem prouocare, sed vnumquẽque in ornanda domo domini pro viribus quod potuerit obetulisse. Et (vt ait beatissimus pater Augustinus) ideo necesse est plures à pluribus fieri libros diuerso stilo sed nõ diuersa fide, etiã de quæstionibus eisdem, vt ad plurimos res ipsa perueniat, ad alios sic, ad alios autem sic.

Viderunt sanctę mulieres Iesu corpus per Ioseph & Nicodemum viros magnos, bonos & iustos abundè conditi aromatibus, quod tamen illis non sat esse visum est nisi

nisi & ipsæ de suo aliquid superaddidissent. Itaque nemo succenseat iis quibus optabile est ad ea quæ vel ipsi Apostoli vel apostolici viri in ædificationem fidei Christianæ scripserunt proprii laboris aliquid superadiicere. Nam sicut sanctis illis mulieribus viuum sepræbuit Dominus, & vt agnosceretur Mariam suo nomine vocauit, quod vtique magnum est suæ dilectionis indicium, iuxta quod ad Moysen ait: Noui te ex nomine, sic olim prope adierit quæ rentibus nunc eum in veritate satagētibusque vt ei in suo mystico corpore munus suæ deuotionis impendant.

His fretus, rem quæ supra me est adorsus sum, imitatus qui magno feruntur pelago pauidos nautas, qui placidam sibimet auram primum imprecati fixa cœlo sydera respiciunt, terraque amissa tenent cœlum, sedentesque ad clauum syderibus currunt. Erratica verò sydera sequi refugiunt, ne aut in syrtes naufragosas incidant, aut in regiones ignotas deuecti portus optatos nunquam attingant. Idem & nobis hoc opus aggressis agendum fuit. Et primum quidem ille nobis placidus spiritus & fuit & semper est inuocandus, de quo per Psalmistam dicitur. Spiritus tuus bonus deducet me. Deinde doctores sacri mente ac vigilantibus oculis tenendi, qui tãquam arcturi nunquam occidentis lucida sydera stabili fide, & semper fixi lucem fidei fundantes, erroris occasum nescierunt. Hæreticorum verò lux erratica quàm longissimè semper est fugienda. Sunt enim (perhibente Apostolo sancto) sydera errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Quisquis enim de illorum errore quippiam sequitur portu veritatis amisso naufragio graui perire necesse est. Ipso igitur aspirante à quo scripturæ fideles vniuersæ conditæ sunt, fœlicia sequentes Catholicæ doctrinæ sydera, cœpto currendum fuit nauigio, nil metuentes piratas hæreticos, quos scripturæ pelagus non alere, sed æterno demergere naufragio consuevit. Sanè veteres, potius quàm recentiores, sequendos mihi ratus sum, quod apud hos, aduersum hæreticos potiora defensionum arma repererim. Quin & fonti sapientiæ propius accedentes veritatem ipsam puram, & iuxta Ezechielem aquam purissimam, nempe sophistarum conrixantium

tionib;
& mor
ctis fir
te Do
tionib;
ribus
niam
est fat
fœlici
tuum
textu
gine n
an. Gr
rauit.
quasi p
modo
in exp
set, qu
creder
est vna
ne fide
& han
plecto
non ni
Non in
cōfiteo
inutilit
cinator
bentis
to sum
res hab
sitione
dum I
quàm
magis
non fec
deposci
iuxta vi
sempite
tim aug
Vir, in

tionibus necdum turbatá, bibētes ea quæ fidei cōducant
& moribus, integrius synceriúsque tradiderunt. Horū di-
ctis firmis & synceris etiam ea quæ vel meditati donā-
te Domino fuerunt obuia, vel quæ diuturnæ prædica-
tionis vsu tenebam, prout Christianis tam concionato-
ribus expedire putavi quàm auditoribus, intexui. Et quo-
niam teste Plinio, benignum & plenum ingenui pudoris
est fateri per quos profeceris, obnoxij verò animi & in-
foelicis ingenij est deprehendi in furto malle quàm mu-
tuum reddere, curæ nobis fuit (& si nō semper in ipso cō-
textu literæ, ne sermo foret impeditior) authorū in mar-
gine nomina designare, quod & noster typographus Io-
an. Grapheus vir spectatæ peritiæ vigilāter obseruare cu-
rauit. Nihil itaque verebor ne maiorum dicta furari &
quasi propria componere dicar qui horum è vestigio non
modo sententias, quin & verba sequutus sum. Quid enim
in expositione Euangeliorum à quoquam nunc dici pos-
set, quod non sit dictum ab illis? Sicut enim omnium rectè
credentium est vna fides, ita & expositionis scripturarum
est vna veritas: quam profecto quotquot extiterunt sa-
næ fidei sectatores spiritu sancto reuelante cognouerunt,
& hanc nobis intelligendam elucidarūt. Hos lubens am-
plector & sequor authores, nihil veritus sycophantas qui
non nisi alienorum me consarcinatorem sunt clamaturi.
Non inficiabor crimen. Consarcinatorem me vel sponte
cōfiteor, atque vtinam non ineptum, & qui non prorsus
inutiliter consarcinauerim. Forsan enim & ipsi non sar-
cinatores fuerunt (sed purpuræ, iachynti, duplòque ru-
bentis cocci, argenti & auri gemmarumque in vestimen-
to summi sacerdotis C H R I S T I) quos ipse autho-
res habeo. Porrò veniam dabis amice Lector, si in expo-
sitione sacræ lectionis, præsertim in Euangeliiis secun-
dum Ioannem, quæ (vt constans est) *Θεωπία* magis
quàm *πράξις* redolent (vnde & cæteris Euangeliiis ardua
magis & intellectu difficiliora comprobantur) tuo studio
non fecero satis, nec tantum præstitero, quantum ipse
deposcis. Siquidem fluuius ille aquarum viuientium quæ
iuxta visionem Ezechielis è templo (nimirum summæ
sempiternæque deitatis) egrediuntur, in eam paula-
tim augetur altitudinem vt transuadari non possint:
Vir, inquit Propheta, qui habebat funiculum in manu
sua

Ezec. 4.

P R A E F A T I O.

sua mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquam
vsque ad talos. Rursusq; mensus est mille, & traduxit me
per aquam vsque ad genua. Et mensus est mille, & tradu-
xit me per aquam vsque ad renes. Et mensus est mille, tor-
rentem quem non potui pertransire, quoniam intumue-
runt aquę profundı torrentis qui non potest transuadari.

Pertranseant altius sapientię viuificum flumen quibus
cœlesti fauore donatum est, pro magno mihi fuerit viuē-
tium aquarum fluentis vel ad talos vsque prolui.

V A L E.



fidius
rellitio
dacibus
dentib
ctu ha
cunqu
ciēdi c
mē co
scētis
me co
cui vit
catero
ris, &
piam p
æquē i
uero li
luerit
absterg
tinent
collegi
si (Le c
stiruta
legāsq
ter fru

AD BENEVOLOVM LECTOREM
alia præfatiuncula.



Um hæc fauētibus nostri ordinis Prælati præcipuis essem æditurus, aded multis vallatus exercitatusque sum aduersitatibus, vt parum abfuerit quin me pœniteret instituti, vtque non iniuria & mihi quoque dictum existimarem: Ecce Satan expetiuit te vt cribraret sicut triticum. Aded enim medius fidius mihi ille iuxta nomen suum in suo sanè digno satellitio quo minus instarem cœptis aduersatus est, mendacibus elogiis cōminationibusque diris quasi suis in mendentibus frendens, vt nisi me confirmasset cuius & instinctu hæc attentauit, & ope atque beneficio nunc tandē vt cunque peregi, inuasisset me profectò fregissetque perficiendi operis diffidētia. Accessit his malis & ægrotatio ferè continuæ & corporis imbecillitas proculdubio fatiscens. Nihilominus inter hæc vacillantem quorundam me confirmauit instātia, præsertim honesti atque conspicui viri Ioannis Steelsij Antuerpiensis bibliopolæ inter cæteros clarissimi, qui & me ad hæc non vnus exciuit literis, & sumptus ipse vnus impendit. Quam ob rem si quippiam piè Lector utilitatis in horum lectione repereris, id æquè illi atque mihi ferre debes acceptum. Verum enim uero licet rem in totum prohibente Deo Satan non ualuerit impedire, hoc tamen inuidia tabescens effecit, vt abstergendis contractis à prælo erratis, vti volebam cōtinenter adesse non potuerim. Ipsa nihilominus errata collegi, suisque locis (vti potui) restituēda curauit. Verum si (Lector benigne) aliqua compereris non satis rectè restituta, statim arrepto calamo suis locis restituas quæso legasque inoffensè. Vale, & his nostris laboribus fœliciter fructuere.

N V M E R V S H O M I L I A R V M
huius partis hyemalis.

Dominica prima Aduentus.	Homilia II.
Dominica secunda Aduentus.	Homilia II.
Dominica tertia Aduentus.	Homilia II.
Dominica quarta Aduentus.	Homilia II.
Dominica infra octa. natiuit. Christi.	Homilia I.
Dominica prima ab Epiphania domini.	Homilia III.
Dominica secunda ab Epiphania domini.	Homilia II.
Dominica tertia ab Epiphania domini.	Homilia II.
Dominica quarta ab Epiphania domini.	Homilia I.
Dominica quinta ab Epiphania domini.	Homilia I.
Dominica in Septuagesima.	Homilia II.
Dominica in Sexagesima.	Homilia II.
Dominica in Quinquagesima.	Homilia II.
Dominica prima Quadragesimæ.	Homilia II.
Dominica secunda Quadragesimæ.	Homilia II.
Dominica tertia Quadragesimæ.	Homilia I.
Dominica quarta Quadragesimæ.	Homilia II.
Dominica in Passione.	Homilia II.
Dominica in ramis Palmar. sicut Domi. prima Aduentus.	Homilia I.
Dominica Paschæ.	Homilia I.
Feria secunda Paschæ.	Homilia II.
Feria tertia.	Homilia I.
Feria quarta.	Homilia I.
Dominica in Albis.	Homilia II.
Dominica secunda à Pascha.	Homilia I.
Dominica tertia à Pascha.	Homilia II.
Dominica quarta à Pascha.	Homilia I.
Dominica quinta à Pascha.	Homilia II.
Dominica sexta à Pascha.	Homilia I.

S V M M A R I E H O M I L I A E,
X L V I I.

V M
I
Homiliae in Euangelia

DOMINICALIA IVXTA LITERAM, adiectis Homilijs in Euangelia trium feriarum Paschalium, & totidem Pētecostaliū, per fratrem Ioannem Royardum, ordinis fratrum Minorum, nunc primum æditæ.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.



¶ *Um appropinquasset Iesus Ierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti.*

Mat. 21.

¶ Tria præsentis lectione comprehenduntur. Primum est, mysticum Christi ad Apostolos mandatum. Secundum est, prophetæ prænunciantis præclarum vaticinium, Ibi : Hoc autem totum factum est. Tertium est, turbæ plaudentis ingens gaudium, Ibi : Plurima autem turba.

¶ Circa primum attende, quòd præsentis Euangelij lectio bis in anno in Ecclesia recitatur, hodie videlicet, id est, dominica prima aduentus, & dominica in ramis palmarū. Si quidem Christi in Ierosolymam ingressum qui in ea describitur, considerare duobus modis possumus. Vno modo in se, & vt opus factum, quo modo dominica in ramis palmarum legitur, quoniam ea die vt hic descriptum est, Christus Ierosolymam intrauit. Alio modo secundum id quod significat, & quod nos docet. Nam sicut humiliter ciuitatem Ierosolymorum intrauit super asinam sedens, sic & humiliter assumpta nostra mortalitate in hunc mundum prius intrauerat. De qua ipsi⁹ humilitate per Apost. dicitur. Quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalē Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit autem semetipsum factus obediēs vsq; ad mortem, mortē autem crucis.

A

*ingressus
Christi in
Ierusalē
duo signi
ficat.*

Philip. 2.

A Sane

DOMINICA PRIMA

¶ Sanè præter opus nostræ redemptionis propter quod & prius è cælo descendens in hunc mundū venerat, & postmodum cōpleto iam suæ dispensationis tempore intrauit Ierosolymā, etiā viam nobis æternæ salutis ostendere dignatus est, & eisdē quibus redemit etiā nos operibus instruit. Inter quæ tria nobis præcipuè & verbo & exemplo cōmendauit. Hæc sunt obedientia, paupertas, humilitas.

Ioan. 6. ¶ De primo, id est, obedientia. Descendi de cælo, inquit, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Et alio loco: Qui me misit, mecum est, & nō reliquit me solum: quia quæ placita sunt ei, facio semper.

Ioan. 12. Vnde & nos commonens, ait: Qui odit animam suam (id est, propriam voluntatem) in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

*Christi pauper-
tas.* ¶ De paupertate sua ipse, quum vniuersorum esset dominus, testatus est, dicens: Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Pauper enim fuit nascēs, pauper inter

Matt. 8. homines viuens, pauper & nudus moriens. Denique mortuus non proprio, sed alieno sepulchro conditus est.

*Humili-
tas christi.* ¶ De humilitate verò audimus ipsum virtutis istius exemplar & magistrum se profitentem, vbi dicit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: Ecce, vt in signum nobis

Luc. 2. positus est. In signum sanè, sed cui à multis contradicitur. Cōtradiciunt enim propriæ voluntatis amatores signo suæ obedientiæ. Diuitiarum cupidi & auari, exemplum suæ paupertatis aspernantur. Superbi contemnunt magisterium humilitatis. Et vide si nō horum trium præsens lectio nos commonefacit.

Ioan. 12. **B** ¶ Iturus enim dominus Ierosolymam à Bethania processit. Sic enim Ioannes testatur, dicēs: Ante sex dies Paschæ (id est, sabbato palmarum) venit Iesus Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quē suscitauit Iesus. Interpretatur autem Bethania, domus obedientiæ. Nam (vt dictum est) factus est obediēs vsque ad mortem. Ad locum enim suæ mortis, patri obediens, quasi agnus ad victimam spontaneus venit. Memētote fratres, ait Bernardus: Christus ne perderet obedientiam, perdidit vitam.

¶ Paupertatis elucet insigne, quia Ierosolymam spectando schemate iturus, non ex propria, quam non habebat, sed ex aliena domo processit. Nec minus patet eius humilitas, qua mortalium damnat superbiam, si attendimus

que

quo schemate Dauidici regni hæres in eam ciuitatē vbi olim progenitores sui secundum carnem, magnificè potentèrque regnauerāt, plaudētibus turbis, & regias illi laudes acclamantibus, sese recepit: alinæ quippe (discipulorum superiectis palliis, ne utiquam pretiosis) non ornata, sed strata, sedens.

¶ Ceterum, magnam est hic attendere Christi misericordiam & charitatem, cui parem habet nemo. Quum enim Iudeorum ipsum interficere volentium pluries impia vota frustraſſet, quando iam præfinitum tempus humani generis operandi salutem adueniſſet, non subterfugit, non lanistarum cultros in suum iugulum acutos omniū præficius agnus Dei, exhorruit: quin magis vltroneus (vti dictum est) ad passionis locū accedit. Ad hoc enim appropinquabat Ierolymis, qui antea de se dixerat: Nō capit prophetam perire extra Ierusalem.

¶ Proinde à Galilæa Ierolymam ascendens, conuocatis prænuntiauerat discipulis, dicens: Ecce ascendimus Ierolymam; & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & senibus, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum. Itaque ad passionem suā properat, sponte festinat ad opprobria, voluntariè transit ad mortem. Sed ad hæc quid eum impulit, nisi charitas illa, de qua per Prophetam loquitur, dicens: In charitate perpetua dilexi te, i teo attraxi te miserans?

¶ Et veniſſet, inquit, Bethphage ad mōtem Oliueti. Bethphage prædium erat & villula sacerdotum. Meritò ibidē subsistit Christus, verus utiq; & summus sacerdos, ingressurus iam iam in sancta non manufacta, id est, in cœlū ipsam, vt interpellat pro redemptis: ingressurus, inquā, non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per sanguinē suum. Ad montem, inquit, Oliueti. Bethphage enim sita erat in latere montis Oliueti. Qui mons quia oliuis confusus erat, mons Oliueti est appellatus.

¶ Nec vacat mysterio q̄ saluaturus sua morte genus humanum Dei filius, venit ad montem oliuarū. Venit enim pacem inter Deū & hominem morte sua facturus, venit crucorum per ignorantiam spirituales oculos quibus Deū cognoscant, illuminaturus venit humanæ mētis ægritudines sanaturus.

C
Ad passio
nē christi
vitroneo.

Luc. 13.

Matth. 20

Ierem. 33

D

Hebr. 9.

Mōs oli-
uarum,
mysicē.

DOMINICA PRIMA

Ephes. 2.
Christus
pacificat.
Gene. 8.
¶ Ipse utique mons est oliuarum, qui pacis nostrę profert oliuam, dicente Apostolo: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Siquidem oliuę ramus etiam veteribus Ethnicis signum pacis extitit. Proinde post exitiale diluuium pacis signũ, columba virentis oliuę ramum ad Noe detulit in arcam.

christus
illuminat
IOAN. 10.
IOAN. 9.
¶ Quin & luminis fomentum est oleum. Vnde & hac ratione mons oliuarum Christus est, qui dicit: Ego sum lux mundi. Illuminat enim omnem hominem venientem in hunc mundum, tametsi glorię suę inuidentes, quasi qualdam noctuas, splendore suo amplius excętet: non suo vitio, sed illorum. Vnde & ait: Ego in iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident videant, & qui vident cęci fiant. Illuminat humiles corde, ignorantię suę cęcitatem confitentes, & eos qui superbia inflati sapientes sunt in oculis suis, sua luce cęcat.

christus
sanat.
Lucę. 10
¶ Denique mons oliuarum mysticę Christus est, quod videlicet oleum ad vsũ medendi plerunque necessarium est. Oleum enim misericordia est, quod vtiq; oleum vulneribus spoliati illius, & semiuiui relictĩ, pius Samaritanus infudit.

E
Ecclesia,
ciuitas supra montē
¶ Itaque credentium Ecclesia perpetuę pacis scedere per meditatorem Christum Deo reconciliata, illuminata fide & misericordia redemptoris sanata, ciuitas est supra montem posita, quę nequaquam potest abscondi. Mons (sicut iam est dictum) Christus est, cuius veritati (tanquam fundamento quod conuelli non potest) Ecclesię fides innitur. Vnde Beda.

Beda.
Matt. 5.
¶ Ciuitas hęc in monte Oliueti posita esse refertur, vt Ecclesiam per gratiam sui cõditoris saluandã esse designet, qui nos vnctione spiritualium charismatum & scientię pietatisque perpetua luce refouet. Vnde quum dixisset: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, continuo subiecit: Neque accendũt lucernam, & ponunt eam sub modio. Quia mons oliueti, id est, summus spiritualiũ distributor gratiarum Christus, qui ciuitatem suã vt emineat exultat, hanc quoq; oleo exultationis vt lucere possit, nec deficiat, impinguat Sequitur.

Tunc misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est.

¶ Locorum

¶ Locorum
subiung
os discip
sacerdo
veteru
filius v
os, qui
intentu
¶ Duos
nus mi
nis scil
certe d
& oper
eti ver
peruen
nam (I
turam
cantes
te.
¶ Ite, i
castell
eminu
à mon
suum
perdic
Imper
per de
quit, n
ius ca
tia & d
na, di
vri que
los ei
Sequit
Et
ca:
Pollar
tur V
tilis f
diuina

¶ Locorum gestæ rei consideratione breuiter præmissa, subiungitur mysticum Christi mandatum. Misit, inquit, duos discipulos. Vnde eos misit? Vtique à Bethphage, à villa sacerdotum eos misit. Nam quia vetus illud sacerdotium vetusque testamentum cum suis sacrificiis ac ritibus Dei filius voluit cõsummare, à villa sacerdotum Apostolos suos, qui veteris testamenti sacerdotibus erāt successuri, ad intentum opus destinauit.

¶ Duos sane ad exhibenda sibi iumenta discipulos Dominus misit, vt significaret in vtrumq; populum (circumcisos scilicet & præputij) prædicatores esse destinandos. Vel certe duos misit, vt eosdem prædicatores doctrina simul & operatione perfectos esse moneret, ne vel erroris indolenti verba, veritati miscerent, vel ea quæ recte docuissent, peruerse viuendo negarent. Proinde duos misit, vt geminam (Dei scilicet & proximi) dilectionem secundum scripturam tam noui quàm veteris testamenti, mundo prædicantes commendarent. Quid autem illis præcepit, aduerte.

¶ Ite, inquit, in castellum quod contra vos est. Ierosolymã castellum appellat, sita autem erat ad radices montis Sion eminus scilicet & è regione Apostolis descendentibus à monte oliueti. Quæ quia contra dominum regemque suum impium tractabat consilium, iure ciuitatis & nomẽ perdidit & dignitatem. Sic enim solent ciuitates contra Imperatorem coniurantes iuste puniri. Hinc ergo eam perdespectum castellum vocat. Quod contra vos est, inquit, non solum situ, sed etiam odiis & contradictione. Huius castelli tyrannus, diabolus erat: murus, cordis duritia & obstinata in malo voluntas: comæatus seu annoxa, diuitiæ erant & carnis voluptates: turris alta, superbia, veique ruicura: arma eius contra Christum & Apostolos eius, blasphemix & persecutiones hostiles.

Sequitur:

Et statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: soluite & adducite mibi.

Pullum quoque alligatum fuisse, alij Euangelistæ testantur. Vterq; enim populus tã Iudaicus, scilicet quàm Gentilis funibus peccatorum erat circumplexus, & solutione diuina opus habebat. Iste enim lege quã acceperat malè

F

*Bethphage
mysticè.*

*Beda:
Duo discipuli missi
mysticè.*

*Ierosolymã
cur castellum
mysticè.*

*G
castellum
describitur.*

*Animalia
alligata,
mysticè.*

DOMINICA PRIMA

Rom. 3. vtendo, ille nunquam accipiendo peccauerat. Vnde bene dicit Apostolus ad Romanos: Quia nō est distinctio: Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius.

Beda.

¶ Et pulchrè alij tres Euāgelistæ, qui gentibus scripserūt, pullum solummodo adductum domino memorant. Matthæus autē Euāgelista, qui ex Hebræis, sermone Hebræo scripsit Euangelium, etiam asinæ facit mentionem. Pro uida utique dispensatione, vt quorum salutem scribendo quaesierunt, hos saluandos à domino mysticè docerēt esse figuratos.

Asina & pullus mysticè.

¶ Asina enim quæ subiugalis fuit & edomita, synagogam quæ iugum legis traxerat: pullus asinæ lasciuus & liber, populum significat nationum. Super quem nemo adhuc hominum sedit, quia nemo rationabilium doctorum frenum correptionis, quo vel linguam cohibere à malo, vel in arctam uitæ viam ire cogeretur, nemo indumenta salutis quibus spiritualiter calefieret, populo gentium utilia suadendo contulerat. Sederet nanque super illum homo, si quis ratione vtens eius stultitiam deprimendo corrigeret.

H vt homines stulti hic signifi centur.

¶ Itaque duobus populis, Iudæis scilicet & Gentibus, magnis & multis (vt dictum est) peccatorum vinculis adstrictis, idololatriæ scilicet & blasphemie, & aliis multis, designatis per hæc animalia, prædicatores sancti Apostoli à Christo erant destinandi.

Chrysost.

¶ Et bene huiusmodi animalibus figurati sunt homines Deum non cognoscentes. Est enim asinus animal immundum, & præ cæteris penè iumentis magis irrationale & stultum, infirmum & ignobile, & oneriferū magis. Sic & homines ante Christi aduentum idololatriis & passionibus diuersis, immundi erant & irrationabiles, verbi ratione carentes, & quantum ad Deum stulti. Quid enim stultius, quàm factorem contemnere quasi facturam, & opus manum suarum adorare quasi factorem?

¶ Erant infirmi secundum animam, & ignobiles, non valentes suis resistere passionibus, & obliu generationē suā cœlestem, facti fuerāt serui passionum suarum & dæmonum, quibus resistere non valebant.

¶ Et quicumque vel dæmonum, vel philosophorum cuiusque

iusq; erroris vel dogmatis alicui⁹ sarcinam eius voluisset imponere, sufferebant, & omnia, non bona patientia supportabāt, nec resistebant. At vbi Christus super eos ascendit, & induxit in templum, loti per baptismum, facti sunt de immundis animalibus homines sancti. Percepta enim verbi ratione, & sapientia Dei, facti sunt homines rationabiles & prudentes.

¶ Proinde apud Ioannem sic legis: Et inuenit Iesus a sellū & sedit super eum, quia videlicet per passionis suæ mysterium Saluator perditum inuenit gen⁹ humanum: & abactō sessore diabolo, quem a sellus ignobilis & stultus magno dedecore suo nimis patienter portabat, capistro stultitiæ infrenatus, à quo & in stabulum mortis agebatur, ascendit super eum nobilis eques, & inclytus rex vt suæ nobilitatis eum participem faceret, & in supernam ciuitatem Ierusalem equitatus sui saluatione perduceret.

¶ Et quidem anima peccatrix quasi a sina est alligata, id est, diabolici erroris vinculo impedita, non habens libertatem quò vellet eūdi. Vt enim ait Ioānes Chrysostronus: Omnes homines priusquam peccemus, liberum quidem habemus arbitrium, si volumus sequi voluntatem diaboli, an non. Quòd si semel peccantes obligauerimus nos operibus eius, iam nostra virtute euadere non possumus. sed sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur quò tempestas impulerit, sic & homo diuinæ gratiæ auxilio perditio per peccatum, non quod vult agit, sed quod diabolus vult. Et nisi Deus validā manu misericordiæ suæ soluerit illum, vsque ad mortem in peccatorum suorum vinculis permanebit. Ergo nostra quidem voluntate & negligentia alligamur, sed per Dei misericordiam absolui-
mur.

¶ Sicut enim videmus in istis mundialibus regnis, quomodo in primis quidem nemo potest facere seipsum regem, sed populus creat sibi regem quem elegit: sed quum ille iam fuerit rex factus & confirmatus in regno, iam habet potestatem in hominibus, & non potest populus iugum eius de ceruice sua repellere. Nam primum quidem in potestate populi est facere sibi regem quem vult, factum autem de regno iam repellere non est in potestate eius.

I
Ioan. 12.

A selli vt
diabolus
sessor.

Anima
peccatrix
asina, my-
stice

Peccator
amissa
gratia
qualis.

Simile.

DOMINICA PRIMA

*Liberū ar
vt capti
uum.*

¶ Et sicut populi voluntas postea in necessitatem conuertitur, & sic homo priusquam peccet liberum habet arbitrium, vtrum velit sub regno esse diaboli, vel non (prout iam dictum est) quum autem peccando tradidit se sub regno ipsius, iam non potest de potestate eius exire.

¶ Et tamen excusationem de peccato suo non habent, quia primum potuerunt non esse sub diaboli potestate si voluissent, postquam verò posuerunt thronum diaboli in cordibus suis, iam nemo potest eos eripere de potestate

K illius, nisi solus Deus.

*Beda.
Ioan. 10.
Asellus ante
ianuā
in biuio,
mystice.*

¶ Nec ociosum est quod apud Marcum legis: Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & soluunt eum. Bene enim pullus ante ianuam foris inuenitur in biuio. Ianua enim ipse est, qui ait: Ego sum ostium ouium. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Quibus vitæ pascuis pullus iste (id est, gentium populus) carebat, quum adhuc extra hanc ianuam in biuio ligatus stabat.

¶ Et rectè in biuio, quia non vnā certus vitæ fideique viam tenebat, sed plures dubiosq; sectarum calles sequebatur erroneus, soluite: inquit, scilicet per doctrinam & per miracula vestra, sic enim & Iudæi & Gentes per Apostolos liberati sunt. Et adducite mihi, id est, ad ministrandum mihi corrigite illos. Sequitur:

Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his opus habet, & confestim dimittet eos.

*Deitatis
christi si
gnam.*

¶ Manifestè Deum se ostēdit, qui rerum omnium & potestatem haberet & præscientiam, dum discipulos mittens non incertus ait. Inuenietis asinam ligatam & pullum.

¶ Sed manifestius hoc declarauit, dum ait: Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his opus habet. Et confestim dimittet eos, id est, asinam & pullum. Sciebat enim quòd amenta hæc hi qui aderant statim essent discipulis audito Domini nomine permissuri. Ipse enim & si aliàs hoc permissuri non essent, diuinitatis suæ potentia faciebat vt essent permissuri. Et quidam (inquit Marcus) de illic stantibus dicebant illis: Quid facitis soluentes pullum? In Luca scriptum est: Quia dixerunt domini eius ad illos. Quid soluitis pullum? Et apte satis. Multos quippe

Matth. 11.

habebat dominos, quia non vni dogmati & superstitioni deditus

dedit
diuert
prout
scripto
dum
munda
Dei e
tor el
possi
¶ Dic
Non
rum:
lum a
sed et
Nam
tate a
nitud
¶ Pro
celle
runt
licet
do pu
Quia
tium
dere,
mini
stas a
liber
adduc
¶ Mon
stiteri
diabo
no ad
ter in
libus
imma
uit do
uit at

*A. sell^o plu
riū domi-
norum.*

deditus, sed pro libitu immundorum spirituum ad varios diuersosq; miser raptabatur errores, ad simulachra muta prout ducebatur incedens. Denique vernacula quadam scripturæ cōsuetudine, cōmune esse dicitur quod immundum est: ficus & ad Petrum vox de cælo dicit: Quod Deus mundauit, tu cōmune dixeris. Quia qui sanctus est solius Dei est, & cum nullo ei communitas est. Qui autē peccator est, & immundus multorum est: multi enim dæmones possident eum, & ideo communis appellatur.

¶ Dicit, inquit, quia dominus his opus habet. Quasi dicat *A. Est. 10.* Non dicatis, dominus noster, neque dominus iumento. *L* rum: vt intelligant omnes quia ego solus dominus, non so *chrsost.* lum animalium, neque solum eorum qui mihi subditi sunt sed etiam omnium hominū, etiam qui mihi contrarij sunt *Vniuers* Nam & peccatores conditione quidem mei sunt, volun- *rum do-* tate autem sua diaboli. Meus est enim orbis terræ & ple *minus.* nitudo eius.

¶ Proinde quod dixerat Iesus: Confestim dimittet eos, necesse erat euenire. Vnde & in Marco sic habes: Qui dixerunt eis sicut præceperat illis Iesus, & dimiserunt eis, sci licet discipulis: vt iumenta abducerent. Sanè qui soluendo pullo contradixerāt, audito domini nomine quiescunt. Quia magistri errorum, qui venientibus ad salutem gentium doctoribus obsistebant, eatenus suas tenebras defendere, donec miraculis attestantibus veri possessoris ac domini virtutes emicuit. At postquam fidei dominicæ potestas apparuit, cedentibus passim aduersariorum querelis *Beda.* liber credentium cœtus ad Deum quem corde portaret, adducebatur. *A. selli deo
min: vt
Chrsost
dicit in
isti.*

¶ Moraliter. Etiam doctoribus præcipitur, vt si quid eis obfuerit aduersitatis, & si quis prohibuerit peccatores à diaboli laqueis absolui, & per fidei confessionem domino adduci, non tamen à prædicâdo desistant: sed constanter insinuent, quia dominus ad ædificandam Ecclesiam talibus opus habet. Quamuis enim saeuus sit persecutor & immanis, non potest eorum obsistere solutioni, quos no-uit dominus quia sunt eius, & quos ad vitam præordinauit æternam. *Prædica
tor hinc
discat.*

HO-

DOMINICA PRIMA

HOMILIA ALTERA:

Dicite filia Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Mat. 21.

In hac parte lectionis Euāgelicæ duo restant cōsideranda. Primū est, Prophetæ de Christi aduētū præclarū vaticiniū. Secundū est, Turbæ Christū excipientis ingēs gaudiū, ibi: Plurima autē turba. Circa primum duo sunt noranda. Primū est ipsū prophetale vaticiniū: Secundū est promptū obsequium discipulorum, ibi: Euntes autem discipuli.

Zach. 9.
Beda.

¶ Circa primū præmittit Euāgelista dicēs: Hoc autem totū factū est, vt adimpleretur quod dictū est per prophetā, dicētem: Dicite filia Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.

A ¶ Adhibetur sanè huic factō prophetæ testimonium, vt appareat dominū quidē omnia quæ de ipso scripta erāt compleſse, sed inuidia cæcatorū scribas & pharisæos, ea quæ ipsi legebāt intelligere nequiuisse. Non tamen ista facta sunt principaliter, quia erāt scripta, sed magis econuerso, quia futura erant, scripta fuerant, & prænunciata.

Filia Sion
Ecclesia.

¶ Porro filia Sion, Ecclesia est fidelium pertinens ad supernam Ierusalem, quæ est mater omnium nostrum cuius portio tunc non minima erat in Hebræa gente.

Chrys.

¶ Et attende quòd Propheta præsciens malitiam Iudæorum, quia contradicturi essent Christo, antè præmonuit, vt per hoc signum cognoscerent regem suum Iudæi dicēs: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Et quia Propheta sciebat se Christum in carne non visurum, nec vsque in tempus illud victurum: ne tam præclara sua Prophetia daretur in obliuionem, sequentes Dei præcones compellat,

Ioan. 12.

August.

Noli timere
filia
Sion.

vt hanc suam Prophetiam instanter annuncient, magno cum desiderio clamans: Dicite filia Sion, pro quo in Euāgelio secundum Ioannem scriptum est: Noli timere filia Sion, hoc est, Noli timere Ierusalem, sed illū agnosce qui à te laudatur: & noli trepidare, quem paritur: quia ille sanguis funditur, per quem & delictum tuum deleatur, & vita redimatur. Quod autē Propheta de Christi passione, ad quam tali schemate venit, loquebatur: per hoc patet, quod mox ibi subditur: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua.

Zach. 9.

B ¶ Itaque dominus ascensurus ad mortem in Ierolymam magnam

magnā gratiam concordiaē & pacis vniuerso mūdo quasi in testamento reliquit. Ecce, inquit, rex tuus venit tibi mansuetus. Ecce ostendentis est verbum: quasi dicat, videte, non quidem tantum carnali aspectu, sed intellectu spiritali opera virtutum eius aspiciate, non schema visionis eius. Si enim schema eius tātum aspexeritis, decipiēdi estis natura humana: Si autem opus eius consideraueritis, saluandi estis in virtute diuina.

¶ Ecce inquit, vt ostenderet, quōd ille de quo loquebatur, antequā nasceretur iam erat. Ecce, inquit, rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam. Vbi Chrysostomus.

¶ Vis cognoscere mansuetudinem veniētis, cōsidera speciem arietis eius. Nō sedet in curru aureo preciosa purpura fulgēs, neq; ascēdit super equū feruidū amatorē discordiaē & litis: sed sedet sup asinā, trāquillitatis & pacis amica. Nō vides in circuitu eius splēdētes gladios, aut cætera ornāmēta armorū terribiliū. Sed quid? Ramos frondētes, testimonia pietatis. Venit ergo māsuētus, nō vt ppter potentiā timeretur: sed vt propter mansuetudinē amaretur.

¶ Sanē ex Prophetæ verbis si expendātur, insinuat nobis primo, huius regis nostri præsētia, quæ notatur in verbo Ecce. Ego, inquit, qui loquebar (videlicet iam dudum per Prophetas) ecce ad sū. Adest enim visibilis oculis iuxta illud: Vidimus gloriā eius, gloriā quasi vnigeniti à patre pleni gratiæ & veritatis. Adest audibilis aurib⁹. Siquidē olim Deus loquēs patrib⁹ in Prophetis nouissimē dieb⁹ istis loquutus est nobis in filio. Adest tractabilis manibus. Vnde B. Ioānes Manus nostræ, inquit, tractauerunt de verbo vita. Adest cum hominibus cōuērsatione amicabile. Siquidē in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.

¶ Secundo insinuat Prophetā ipsius regalem dignitatē dicēs: Ipse enim est rex pacis & veritatis, de quo scriptum est: Rex vnus erit omnibus imperās, & nō erūt vltra duæ gentes, nec diuidētur amplius in duo regna. Ipse est enim lapis angularis, in quo isti parietes duo ex Iudæis & gentibus vnū facti sunt. Ipse est rex clementiæ & pietatis, iuxta quod scriptum est: Roboratur clementia thronum ei⁹.

¶ Tertiō insinuat huius regis p̄p̄nquitatē quā dicit tuus. Quasi dicat: Ecce rex iste alienigena nō est, quō Herodes fuit, sed tu⁹, hoc est, secūdū carnē ex tenatus. Caro enī & frater noster est. Vnde & in lege scriptū est: Non poteris alteri⁹

B
Chrysof.
Ecce rex
tuus.

Christi ve
nientis mā
suetudo.

C
Christi re
gis præsē
tia.

Esai. 52.
Ioan. 1. 1.
Heb. 1.

1. Ioan. 1
Baruch.

Christi re
gia digni
tas.

Ezech. 37

Pro. 20.

Christi er
ga nos pro
p̄nquitas
alteri⁹

DOMINICA PRIMA

Deut. 17. alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater
Gen. 37. tuus. Hūc tamen regem suum Iudæi spreuerunt, ac si dice-
Ioan. 19. rent: Nunquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuæ?
 Hunc regem coram Pilato negauerunt, insuper & abiece-
 runt insana vociferatione clamātes. Tolle, tolle, crucifige
 eum: denique regem hunc suum occiderunt.

D Quartò, insinuat regis huius aduentum, quum dicit: Ve-
 nit tibi. Non venit ut bella suscitaret, ut onera genti & ex-
 actioes imponat vel affligat subiectos, sed venit tibi id est
 ad tuam utilitatem & salutem etiam seipsum daturus. Ve-
 nit autem ut de mundi huius principatu diabolum eiciat,
Christus
cur venit
Ioan. 12. iuxta quod ipse ait: Nunc princeps mundi huius eicietur
Ioan. 1. foras. Venit ut peccati regnum destruat, perhibente testi-
 monium qui ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata
Luc. 12. mundi. Venit ut regna cœlorum credentibus conferat. Vn-
 de ait: Complacuit patri vestro dare vobis regnum. Ve-
Iud. eis
diabolus
domina-
tur
Mat. 12. rum quia Iudæi regem hunc per fidem non receperunt,
 ideo diabolus manet regnans super eos. Inhabitat e-
 nim eos spiritus immundus, assumptis secum septem alijs
 spiritibus nequioribus se, sic enim factum est generationi
 illi pessimę. Manet etiam in eis regnum peccati dicente
Ioan. 8. ad eos ipso rege quem abiecerunt: Dixi vobis quia morie-
Mat. 12. mini in peccatis vestris, si non credideritis quia ego sum.
 Hinc iustè regnum eis cœlorum negatur: Auferetur, in-
 quit, à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus
 eius.

Quintò insinuat regis huius mansuetudinem, quum di-
 cit mansuetus. Non enim venit cum indignatione, aut ira,
 aut comminationibus: sed cū mansuetudine & tràquillita-
 te. Mansuetus enim fuit ad impropria: quia cum maledi-
 ceretur, non maledicebat: sed sicut agnus corā tondente
 se obmutuit, & non aperuit os suum. Mansuetus etiā fuit
 ad plagas, & verbera: quia cū pateretur, nō cōminabatur.
Iere. 11. Corpus meū, inquit, dedi percutiētibus. Deniq; mansuetus
Hcb. 4. fuit vsq; ad mortē, tradebat enim iudicanti se iniuste. Ego
 inquit, quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam.

E Quoniam ergo mansuetus & clemens est, adeamus cum
 fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam conse-
 quamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

Sextò, insinuat regis nostri humilitatem, quum dicit, se-
 dens super asinam, & pullum eius. Et quia vtrunque ani-
 mal

Christus
cur venit
Ioan. 12.
Ioan. 1.
Luc. 12.
Iud. eis
diabolus
domina-
tur
Mat. 12.
Ioan. 8.
Mat. 12.

Christi re-
gis man-
suetudo.
1. Pet. 2.
Esai. 53.

Iere. 11.
Hcb. 4.

Christi re-
gis humi-
litas.

mal su-
 retur,
 descer-
 q; tam-
 rus.
 sueta,
 cit: To-
 tis sua-
 debet
 punia
 ¶ Por-
 equi
 intig-
 nes &
 per pl-
 equit-
 lus. V-
 super-
 ¶ Sed
 est) re-
 tum
 trade-
 fr. en-
 E
 Iesu-
 ¶ Hl-
 ni iul-
 cur p-
 runt
 virtut-
 ¶ Ne-
 domi-
 eos f-
 dum.
 vincu-
 re ve-
 decit-
 pote-
 tuten-

mal simul insidere non potuit, vt Propheta fidelis inueniretur, quom super alterum per itineris sui partē sedisset, descendens etiā super alterū sedit: vt mysticē ostenderet q̄ tam Iudeos quā gentiles per fidem sibi esset subiecturus. Sedere enim super iumēta rationalia, scilicet & mansueta, est ipsum in piorū p̄cordiis habitare. Quibus & dicit: Tollite iugū meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Māsueta enim mansuetū portare debēt: quia vocauit eos sessor, nō vt eos propter peccata puniat, sed vt ipse p̄ eorū māsuērudinē in ipsis requiescat.

¶ Porro sicut sancti equi sunt Christi, ita & peccatores equi sunt diaboli. Et sicut diabolus in peccatoribus sedēs inligat eos per deserta facinorum, id est, per fornicationes & auaritas: ita & Christus sedēs in sanctis dirigit eos per plana iustitiæ, id est, in castitate & humilitate. Ergo equitatus diaboli, perditio est: equitatus autem Christi, salus. Vade per Prophetam ad ipsum dicitur: Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio.

Chrysof.
Christi iumēta qui sunt.

Matt. 11.

Equi diaboli.

Abacuc. 8.

¶ Sedens, inquit, super asinam & pullum: quia (sicut dictū est) requiescit in corde humilium & quietorū, & tremendum verba eius, siue eorum qui in synagoga iugum legis trahere nouerunt, seu eorum qui gentili diu libertate effrenes, ad fidei & veritatis disciplinam sunt conuersi.

Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum.

¶ Hic notatur promptum obsequium discipulorum, domini iussa complentium. Euntes, inquit, discipuli, fecerunt sicut præceperat illis Iesus. Quod euntes Apostoli soluerunt asinam alienam, ministerium quidem fuit illorum, virtus autem & autoritas Christi.

F
Chrysof.
Nisi Christi virtute animalia non soluentur.

¶ Nec enim potuissent tollere iumētum alienum ab illo domino qui eos non agnoscebat qui essent, nisi p̄ueniēs eos spiritus Christi, cor domini eius præparasset ad dandum. Sic, quod Apostoli soluerunt Iudæos vel gentes de vinculo inimici, prima quidē facie eorū videbatur opus, re vera autem virtus fuit & gratia Christi. Nec enim duodecim à Christo constituti, totum mundum ligatum sub potestate diaboli soluere potuissent, nisi gratia Christi virtutem confregisset inimici. Sequitur.

Et imposuerunt super eos vestimenta sua & de super

DOMINICA PRIMA

super eum sedere fecerunt.

G
Apostolo-
rum vesti-
mēta qd.
Beda.

¶ Vestimēta Apostolorū mysticē, vel doctrina virtutū, vel edissertio scripturarū, vel certe ecclesiasticorū dogmatū varietates intelligi possunt, quib⁹ illa corda hominū, antē nuda & frigida, quo Christo sessore digna fiāt, operiunt.

¶ Itaq; alios quos nūdos inueniunt discipuli, suis sternūt vestimentis, & ita desuper dominū imponunt, quum predicatores sancti quoslibet à sanctitatis habitu vacuos, inueniunt, hōsq; virtutum suarum exemplis ad suscipiendā fidem & dilectionem sui conditoris imbuunt. Non enim nudam dominus asinam, non nudū voluit ascendere pulum: quia siue Iudæus siue Gentilis, nisi sanctorum fuerit dictis ornatus & actis, nō potest dominum habere rectorē: sed regnat potius peccatum in mortali eius corpore ad obediendum concupiscentiis eius.

Apostolo-
rum igno-
rantia.
Ioan. 12.

¶ Nec tunc quidem ipsi Apostoli intelligebant quid per hęc quæ Christo obsequētes faciebāt significaretur, postea tamen hęc cognitari. Vnde in Euangelio secundum Ioannem scriptum est: Hęc non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hęc erant scripta de eo, & hęc fecerunt ei. Primum, inquit, non cognouerunt, id est, priusquam resurrexisset à mortuis, priusquā aperuisset illis sensum, vt intelligerent scripturas, sed quando glorificatus est Iesus, videlicet gloria resurrectionis, & ascensionis, & effusionis sancti spiritus, tunc recordati sunt suggerente illis omnia spiritu sancto, quia hęc scripta erant de eo, & quod hęc fecerunt ei.

¶ Quæ fecerunt ei? Hęc vtique, vt inueniret asellum, imò vt sederet super eum, & quod impositis asello vestimentis suis eum desuper sedere fecissent. Etenim ipse quidem asellum vbi esset indicauit, & eum sibi adduci iussit (vt dictum est) sed certi ordinator mysterij: quamuis ea intentione hęc iusserit, vt desuper sederet, & sic iam dictam impleret prophetiam, tamen non nisi rogantibus & vestimenta sua discipulis imponentibus, super eum sedere voluit. Hoc ergo fecerunt non cognoscentes, quod postmodum fecere scienter.

Nūc apo-
stolos in-
tellexisse.

¶ Etenim missi per mundum à domino vt gētilē soluerent populum, cum labore predicationis, addiderūt & instantiam orationis, vt super adductum sederet asellum, id

est, vt

est, vt credentem iam in se dominus dignaretur protegere gentilem populum,

¶ Ceterum quum dicat sanctus Euangelista discipulos adduxisse ad Christum asinā & pullum, & imposuisse eis, id est, asinæ & pullo, non tantum alteri horum animalium vestimenta sua, & fecisse dominum desuper sedere: manifestum est eū tam asinā equitasse quā pullū (vt dictū est) memorati ratione mysterij. Et plerisque videtur q̄ primū sederit super pullum: quod etiam tres reliqui Euangeliste omnino sentire videntur, qui nullam de Asina, sed tantū de pullo faciunt mentionem, perhibentes dominum pullum equitasse. Verum quum insolēs esset, & cœpisset calcitrare, ipso dimisso super asinam dominus ascendit.

Chryso.

¶ Nequaquam verò dominus ex necessitate à monte Oliueti Ierosolymam vsque super asellum ferrivoluit, quum omnem Iudæam & Galilæam pedes perambulasset: sed quod faciebat, signum erat, significabat enim q̄ per mortem suam ad quā veniebat, honor regius sibi esset accessurus cuius regnum futurum erat Ecclesia.

¶ Queratur iam à Iudæis qui Christum regem negauerūt, quem lex & prophetæ certis signis venturum, & certis fore cognoscendum indiciis annunciauerūt: quale est istud præfens Zachariæ prophetæ de Christo rege vaticinium, queratur, inquam, ab eis quando regum quisquam super asinam vectus in Ierosolymam, & in regnū ipsum venerit Iudeorum? Et quum alium quā Christum nullum inuenire poterint, prophetica veritate conuicti, errorem aliquando suum agnoscant.

Cæcitas Iudaorū.

¶ Circa secundum principale dicitur.

Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via, alii autem cædebāt ramos de arboribus, & sternerant in via.

¶ Hic ostenditur turbæ Christum venientem excipientis triumphale gaudium. Vbi aduertendum est quanto huius turbæ gaudentis plausu, quanto cum honore, cum quanta gloria Christus Ierosolymam veniens fuit receptus. Alij nanque vestimenta sua in via ei prosternunt, alij frondes ezdunt de arboribus, & proiiciunt in via: quidam cum ramis Oliuarum, & omnes simul alacres consonis vocibus dominum laudantes glorificant.

*I
Christus
vt receptus
cum gloria.*

¶ Frequen-

DOMINICA PRIMA

*cur in-
tranit cu
gloria.*

¶ Frequenter quidem Iesus venerat Ierosolymā, nunquā tamen adhibuerat ministeria iumentorum, nec ramorum circa se virentia ornamenta constituit, nec ad terribilem laudē suę diuinitatis animos populi excitauerat, nisi modo, quādo vt pateretur ascendit. Ideo ergo cum tanta gloria ingressus est, vt amplius illorū aduersum se excitaret inuidiam, quia iam tempus suę passionis instabat: & non mors eum vrgebat, sed magis ipse aduersum se cōpellebat mortem. Quoties enim de manu sacerdotum elapsus euasit? Quando Iudæi ipsum voluerant occidere, tangere eum nō potuerunt. Quando autem sequutus est mortem, parcere ei Iudæi nō potuerunt. Nec tamen erant propter hoc de Christi morte innoxij. Nō enim excitauit eos vt facerent, quod ante noluerant, sed vt possent facere quod prius volebant: facultas eis data est, nō mutata voluntas. ¶ Sed ad plaudentis turbę gaudium redeundo, considerare est, quemadmodum domino (vt iam dictum est) quidā vestimenta sua in via prosternebant. Quidā ramos de arboribus cædebant. Quidam ei vocis suę præconium læti offerebant.

*K
vestimen-
ta chri-
sti ster-
nunt, my-
sticè.*

¶ De primis: Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Portante etenim dominum a sino multi vestimenta sua in via sternunt: quia sancti martyres proprię se carnis amictu exuentes, simplicioribus dei famulis viā suo sanguine parant, vt videlicet inoffenso gressu mentis ad supernę mœnia ciuitatis, quo Iesus ducit, incedant. Ne qui videlicet dubitarent ibi pedem bonę actionis ponere in pace, vbi non paucos viderent in bello præcessisse martyrij. Quin & ij domino vestimenta sua in via sternūt, qui corpora sua per abstinentiam edomant, vt ei iter ad mentem parent, vel exempla bona sequentibus præbeant.

*cadūt ra-
mos, mo-
raliter.*

¶ De secundis dicitur: Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Frondes vel ramos de arboribus cędunt, qui in doctrina veritatis verba atq; sententias patrum de eorum eloquio excerpunt, & hæc in via Dei ad auditoris animum venientis humili prædicatione submitunt. Rami etenim arborū mysticè sanctorum patrum præcedētiū exempla sunt. Et quisquis in exemplum recte credendi siue operandi, quid Prophete, quid Apostoli, quid cæteri sancti dixerunt seu fecerunt, pandit: ramos profecto de arboribus cædit, quibus iter asini domi-

*arborum
rami, my-
sticè.*

num

num portatis complanet, quia, vt iam dictum est, sententias de sanctorū libris excerpit, per quas simpliciū Christianorum corda, ne in via veritatis errent, ædificet.

¶ Sed & ramos palmarum domino præferunt, qui propter ipsius amorem diabolū & peccatum vicerunt.

¶ Oliuam verò (quæ pacis signum est) præferunt, qui intra semetipsos pace sancta compositi, adminicula charitatis, & opera misericordiæ proximis propter dominum impendunt.

¶ De iis autem qui vocis suæ præconium domino offerebant, subditur.

Turbæ autem quæ præcedebant, & sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini.

¶ Præcessit quippe Iudaicus populus, sequutus est gētilis. Et quia omnes electi, siue qui ante in Iudæa esse poterant, siue qui nūc in Ecclesia existunt, in mediatorē Dei & hominū crediderūt, & credunt vna cōfessionis & laudationis voce dominum præcedunt & qui sequuntur, exaltant.

¶ Vna enim est fides eorum qui ante incarnationem dominicam, & qui post hanc fuere probati, quamuis sacramenta habuerint pro temporum ratione disparia. Petro attestante qui ait: Sed per gratiam domini Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi. Ergo quoniam vna spes, & vna fides est præcedentium atque sequentium populorū, sicut illi sperata passione ac resurrectione eius sanati sunt: ita nos præterita passione illius, ac permanente in secula resurrectione saluamur. Quem enim priores fideles ex Iudaico populo crediderunt, atque amauerunt vëturum, hunc nos & venisse credimus, & amamus, eiusque desiderio accendimur, vt eum facie ad faciē cōtemplemur.

¶ Quoniã ergo ab ipso salutem & priores quæsierunt, & presentes quærunt, & benedictum qui venit in nomine domini cōstitetur, bene dictū est & quod turbæ quæ præcedebat, & quæ sequebantur clamabāt filio Dauid hosanna.

¶ Est autē hosanna verbum Hebraicum cōpositum ex duobus, corrupto & integro: salua nanque siue saluifica apud eos dicitur osi: at vero anna, interiectio est deprecantis, quomodo apud nos Latinos interiectio est dolentis heu. Denique in psalmo centesimo decimoseptimo vbi

*Palmarū
ramos
præferūt
mysticā.*

*L
Beda.*

*vna fi-
des præce-
dentū &
sequentū.
Act. 10.*

*Hosanna
quid im-
portet.*

DOMINICA PRIMA

septuaginta interpretes trāstulerunt: O domine saluū me fac. In Hebręo scriptum est: Anna adonay oſi anna. Quod interpres noster Hieronymus diligētius elucidās ita trāstulit: Obsecro te domine, salua obsecro. Idē nanq; significat: O domine, per interiectionē obsecrantis, quod Obsecro domine, per ipsum verbū obsecratiōis. Itaq; Osantā, salua obsecro significat, cōsumpta litera I, vocali, quę p̄cedēs verbū terminat, quū perfectē dicitur: Oſi, per virtutem literę vocalis: à qua verbum sequens incipit, scilicet Anna. In hoc aut verbo Osanna, I, litera nec saltē scribitur, sed sensu loquentiū saluo, funditus interimatur. Clamabant ergo turbę salutē à magno mundi Saluatore filio David flagitātes, Osanna. Et quidē, hoc est, quod in Psalmo legitur: Domini (sub. solius) est salus, & super populū tuū benedictio tua. Hoc idē est quod in magnę laudis deuotione in Apocal. sanctorum chorus resonat. Salus (sub. audis adscribatur ei) qui sedet super thronum, & agno.

Apoca. 7.

Ioan. 5.

M

Christus
ut venit
in nomi-
ne patris.

¶ Benedictus qui venit in noīe domini. In nomine domini, in nomine patris significat. Vnde & alibi Iudęis nō creditibus, dicit: Ego veni in nomine patris mei, & nō accepistis me: si alius venerit in noīe suo, illū accipietis. Venit Christ⁹ in noīe dei patris, quia in oībus quę gessit & dixit, Patrē glorificare, & glorificādū hoīb⁹ p̄dicare curauit.

2. Thes. 2

¶ Veniet Antichristus in nomine suo, qui quum futurus sit homo omniū nequissimus, & diabolo comite plenus, nō dedignabitur se Dei filiū cognominari. Aduersatur enim & extollitur super omne quod dicitur Deus, & quod colitur. Assumunt autem versiculum laudis turbę de Psalmo iam dicto, quem ad literam de domino cantatum, nemo est qui dubitet. De ipso enim in eodem Psalmo p̄mittitur: Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. Quia videlicet Christus quē reprobauerunt Iudæi, aedificātes suarum decreta traditionum, factus est in munimentum vtriusque populi credentis, Iudæi scilicet & Gentilis. Quod enim in Psalmo lapis angularis vocatur Christus, hoc est, vtrique quod in Euangelio p̄cedentium sequentiūmq; collaudatur voce turbarū.

Etia ange-
lis per
christum
salus.

¶ Quod aut in Euangelio secundum Marcū in eiusdē laudis prosecutione subiūgitur: Osanna in excelsis, perspicuē docet aduentu domini in carne non solū humani generis in terra, sed & angelorū in cœlis esse salutē, qui dū

nos

nos redempti ad superna producimur, eorū profecto numerus, qui Satana cadēte erat minoratus, impletur. Hinc *Ephē. 1.*
enim Paulus ait instaurari omnia in Christo quę in cœlis & quę in terra sunt in ipso. Rectē igitur Osanna in altissimis in eius laudem canitur, cuius tota incarnationis dispensatio pro implenda gloria patrię cœlestis aderat.

Benedictus, inquit, qui venit in nomine domini. Isti laudātes clamabāt de aduentu Christi iam impleto, dicētes, qui venit: qui autē præcedebant Patriarchę & Prophetę, ceterique qui de Christi aduentu prædixerunt & cognouerunt, dicebant eodem cum turbis istis exultationis spiritu, dicebāt, inquam, de futura Christi gratia prophetantes: Benedictus qui venturus est in nomine domini.

Nec solū diuinas domino, sed etiā regias laudes acclamabāt. Vnde in Euangelio secundū Marcum scriptū est.

Benedictū quod venit regnū patris nostri Dauid. Legi- *Beda.*
mas in Euangelio Ioannis q̄ refectę de quinque panibus & *Ioan. 6.*
duobus piscibus turbę voluerunt rapere Iesum, & constituere eū regem. Sed ne hoc perficere possent, ipse in mōtem fugiēdo orauit. Nunc autem vbi passurus Ierosolymā *Christus*
venit, nō refugit eos qui se regē faciūt, qui agmine glori- *passurus*
fico & hymnis dei filio ac rege dignis ad ciuitatē regiam *cur regiū*
ducūt. Nō reprimunt voces eorū qui regnū patriarchę Da- *nomē non*
uid in eo restaurandū, & prisce benedictionis dona recuperāda cōcūnt. Vt quid ergo hoc quod prius fugiēdo *refugit.*
declinauit, modō libens amplectitur, regnūq; quod adhuc victur⁹ in mūdo suscipere noluit, iam iam exitur⁹ per passionē crucis de mūdo nō negauit suscipere, nisi vt aperte doceret, q̄ nō tēporalis & terreni, sed æterni in cœlis rex esset imperij. Ad quod p̄fecto regnū per cōtemptū mortis, gloriā resurrectionis, & ascensionis triūphū, perueniret.

Hic est enim q̄ post resurrectionē apparēs discipulis ait: *Mat. vlt.*
Data est mihi oīs potestas in cœlo & in terra. Sed nec præ- *Turbę &*
tereundū est quāta sit cōsonātia turbę dominū collaudā- *angeli cō-*
tis, cū voce euāgelizātis virgini matri Gabrieli, qui ait: *sonantia.*
Hic erit magn⁹ & fili⁹ altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs *Luc. 1.*
Deus sedē Dauid patris ei⁹, & regnabit in domo Iacob in *O*
æternū. Accepit autē dñs sedē siue regnū Dauid, vt gentē *vt regnū*
cui ille quondam temporalis regni gubernacula simul & *Dauid*
etēpla iustitię præbuit, quāmq; modulis hymnorū spirita *Christus*
liū ad fidē atq; amorē sui cōditoris accēdere solebat, hęc *aidōx.*

DOMINICA PRIMA

ipse verbis, donis factis & promissis tanto mediatore dei & hominum dignis, ad regnum cœleste & immortale vocaret, atque ad ipsam Dei patris visionem introduceret.

*Dignatio
christi,
nō promo-
tio.*

¶ Non ergo venit rex iste Davidici regni hæres ad exigendum tributum, vel ferro exercitum armandum, hostesque visibiliter debellandos: sed rex Israel est, quod mentes regat, quod in æternum consulat, quod in cœlorum regna credentes, sperantes, amantēque perducatur.

¶ Porro Dei filius æqualis patri, verbum per quod facta sunt omnia, quod rex esse voluit Israel, dignatio est, non promotio: miserationis indicium est, non potestatis augmentum. Qui enim appellatus est in terra rex Iudeorum, in cœlis est dominus angelorum. Verum quia Christus in carne totius mundi propitiatio & hominum videlicet & angelorum, illuxit pulchrè sibi inuicem in laude dispensationis eius cœlestia simul & terrena cōcinunt. Quomodo enim nascente cœlestium virtutum agmina deum laudantia decantant: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus, eò de mundi principe triumphaturo, mōxque se cœlis reddituro, mortales vicem laudis reponunt.

Lucæ. 2.

*P
Rami pal-
marum vi-
ctoriæ si-
gnum.*

¶ Sanè rami palmarū, insigna victorię sunt. Magnū utique & mirum spectaculū. Nunc primum parabatur bellū, necdum certamen initū, & iam triumphū celebrabant turbę populorū. Sed nunquid illud iam sciebāt, q̄ iste sine dubio perfecturus esset victoriā? Imo nec istud nouerant, q̄ ad præliandū venit rex Israel. Absconditū erat cunctis viuentibus, & ab ipsis Apostolis hoc diuinitatis cōsiliū, q̄ per passionē & mortem suā iste rex destructurus esset eū qui

Hebr. 2.

*Luc. 24.
Laudis cō-
centores
cur dicti
infantes.*

habebat mortis imperiū, id est, diabolū: vel q̄ oporteret eum pati & resurgere à mortuis & ita intrare in gloriam suā. Ergo illi tantę laudis cōcentores ad intellectum eius rei quā agebant, infantes erant & lactentes. Nam mysterium quod exterius præsignabant, nesciebāt. Vnde quum dicerent ei scribæ & pharisæi, audis quid isti dicunt? Respondit: Utique Nunquā legistis, quia ex ore infantium & lactentiū perfecisti laudem? Igitur ipse qui pati veniebat, nutu & voluntate sua tales infantes & lactentes in cōparatione scribarum & pharisæorum, penes quos erat vbetas faciendæ, solidūsq; cibus legalis & prophetice sciētiz, nutu, inquā, suo tales infantes & lactētes cōmouit, ut eodem modo sibi occurrerent, ut eiusmodi ramos attollerent, ut

hic

hic sibi
bant v
¶ Sanè
(id est
hoc
bitura
gentē
super
regen
sicut
uerte
heres
tym
nem
ange
quod
mun

E

pre
cis
est e
ibi:
¶ Ci
dent
tus f
nis a
dera
ut in
adu
man
sent
uent
tuos
em
gūt,

fic sibi acclamarent, & ita ex ore illorum, eius quã nesciebant victoria suã perficiebat laudem.

¶ Sanè sic vadens ad bellum contra diabolum rex Israel, (id est rex omnium qui Deum videre digni sunt) iam in hoc p̄figurauit illud tripudiũ quod de victoria eius habitura erat superna ciuitas Ierusalem. Illo nanque resurgente à mortuis, & ascendente in cœlum, cãtare habebãt supernorum ciuium chori ramos victoriã subleuando, & regem suum debita cum laude & honore suscipiẽdo. Nã sicut occiso à puero Dauid Goliath Philisthæo, quum reuenteretur, & ferret caput eius in Ierusalem, egressã mulieres de vrbibus vniuersis in occursum eius, canebant in tympanis lætitię & sistris: sic superato diabolo per passio- nem Christi exiturã erant animã sanctorum cum beatis angelis laudantes, & gloriam regi suo canentes, viuentiũ quoque fidelium multitudines victoriam eius per totum mundum p̄dicantes.

I. Reg. 17
victoriã
Christi
typus.

DOMINICA SECUNDA aduentus.

ERunt signa in sole & luna & stellis.

In hac lectione tria principaliter sunt consideranda. Primum est terribilium signorum ruinam mundi p̄cipientium denuntiatio. Secundum est, aduentantis iudicis conspicua manifestatio, ibi: Et tunc videbũt. Tertium est electorum de propinqua redemptione sua, cõsolatio, ibi: His autem fieri incipientibus.

¶ Circa primum attende quòd in officio dominicę p̄cedentis sancta mater Ecclesia commonefacit nos aduentus filij Dei venientis in hunc mundum per humanę carnis assumptionẽ, qui vtiq; aduentus amabilis est, & desiderabilis. Misit enim Deus filium suum in mundum, non vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mundus per ipsum: quo aduentu ipse venit non iudicare, sed iudicari, & dare animam suã redemptionẽ p̄ multis. Hodie verò in sacra p̄sentis Euangelij lectione illũ nobis proponit Christi aduentũ, quo in fine mũdi v̄turus est iudicare viuos & mortuos. Et hic aduentus est expectatione terribilis: vt qui ad emendationẽ vitę tãto diuinę clemẽtię indicio nõ assurgũt, m̄tuendi saltẽ terrore iudicij (quod effugere nequaquã

A
aduentus
Christi
duplex.

Ioan. 3.
Matt. 20

B iij possunt

DOMINICA SECUNDA

*Duobus
modis coer
ceri homi
nes à ma
lo.*

possunt, ad resipiscentiã omni excusso torpore sollicitius
cuigilēt. Duobus enim modis coërceri solent homines à
peccato, timore supplicij, & iustitiæ amore. Illud malorū
est, istud bonorum: iuxta qđ per quendam dictum est:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Oderunt peccare boni virtutis amore.

Horatius

¶ Quoniã ergo nouissimi illius & generalis iudicij nobis
terror pponitur, tria circa hoc sūt pmittēda Primū de illi
cōgruitate & decētia: Secūdu quæ sūt signa iudiciū pcedē
tia. Tertium de signorū illorum expositione & intelligētia

B

*Heb. 9.
Iudicium
de homine
particula
re.*

¶ Circa primum est aduertendum qđ licet in fine mortalis
vitæ vnusquisque iudicetur, dicente Apostolo: Statutum
est omnibus hominibus semel mori, post hoc autem iudi
cium, quia tamen iudiciū illud est particulare, imperfectū
& occultū, condecens est diuinæ iustitiæ, vt suo tēpore sit
de omnibus iudicium generale, perfectum & manifestum

¶ Cuius ratio sic colligitur: cū Deus sit summè bonus om
nia ei hominū peccata displicēt, tātum displicēt quātū bo
nus est, id est, in infinitū. Quūque sit summè iustus, summè
vult ea punire: Et summè sapiēs quū sit, nihil eū potest la
tere: Sed & cū sit summè potēs, nihil est quod eū possit im
pedire, quò minus vniuersa in ordinem reducat. Denique
quū summè sit misericors & benignus, omne quod ab ho
minibus rectè gestum fuerit, summè vult remunerare.

*Vniuersa
is iudicij
ratio.*

Iere. 12.

Iob. 12.

Boetius.

¶ Manifestū est autem qđ in præsenti vita non est omniū
peccatorū punitio, sicut nec omniū bonorum remunera
tio: frequēter enim benè est his qui prauaricantur & ini
què agunt, & abūdant tabernacula prædonum: & vt quidā
ait: Scelerum supplicia bonos premunt, & præmia virtutū
mali rapiunt. Aliud ergo expectatur iudicium in quo om
nium malorum perfecta punitio, & omnium bonorū ple
na atque perfecta fiat retributio

¶ Porro vniuscuiusque in morte iudiciū (vt iã dictum est)
particulare tātum est, nam pars hominis, id est, anima tāt
tum, iudicatur, corpus non iudicatur. Anima peccatrix iu
dicata ad gehennæ carcerē rapitur, caro in terram absco
ditur, & fugit velut vmbra, quū tamē vna cū anima parti
ceps fuerit in delictis, & reatuū debita simul cū illa cōtra
xerit. Itaq; in iudicio generali tam anima qđ corpus prout
simul gesserūt vel bonū vel malum, sunt receptura. Nā &
anima sancta & si ante iudicium generale in pacis ac lu
cis

eis reg
nē nō
natura
expoli
rificat
etiã
retard
nitati
cij cō
¶ Pro
Cuius
esse i
cuius
in se
(ver
quor
tus e
culis
do p
¶ Pr
mal
de m
de a
mē
cius
Vn
ad d
se l
mar
¶ Si
alio
puni
viti
ipso
hui
alie
red
ea r
¶ Se
vel
qui

eis regione recipiatur, quãdiu tũ sui corporis glorificatio nẽ nõ fuerit assequuta, pfectẽ beata esse nõ potest, ppter naturalẽ sui ad corp^o inclinationẽ: nolẽte cũ apost. Paulo expoliari: sed supuefiri, scilicet corpore immortali & glorificato. Vt absorbeat, iquit, quod mortale est à vita. Vnde etiã secundũ August. beatorũ animã aliquo modo nunc *2. Cor. 5.* retardãtur, nec ex toto feruntur in contemplationẽ diuinitatis. Similiter nec animã damnatorũ sui habent supplicij cõplementum, quãdiu sunt à corporibus separata.

¶ Proinde iudiciũ vniuscuiusq; in morte est imperfectum. Cuius ratio est, quia de nulla re vel causa perfectũ potest esse iudiciũ ante eius cõsummationem: nõ enim potest cuiuslibet hominis operatio iudicari, priusquã fuerit tam in se quã suis effectibus terminata & consummata. Vt (verbi gratia) si quis in rixa multos grauiter vulnerasset, quorum iam reliqui mortui sunt, de ceteris adhuc incertus est euentus, ille malefactor licet iam habeatur in vinculis, iudicari tamen non debet, nisi sui sceleris magnitudo per exitum rei manifestetur.

¶ Proinde sicut de vita cuiuslibet hominis num bona vel mala sit rectẽ iudicari nõ potest ante mortẽ, quia viuens de malo in bonũ, & de bono in malũ mutari potest: sic nec de anima (quã licet p mortẽ à corpore separatur, in suis tamẽ adhuc quodãmodo manet operibus) antequam opera eius finẽ sortiantur, plenẽ ac perfectẽ non potest iudicari. Vnde dicit August. pœnã Arrij apud inferos nondum esse ad certum acerbitatis seu intẽtionis modum terminatam sed adhuc eam augeri, quod nondum finis sit sui prauis dogmatis, quod plurimos in anima non cessat occidere.

¶ Similiter dici potest de iis qui vel hẽretico dogmate, vel alio quocunq; scandalo ceteros inficiunt atque corumpunt: q; scilicet eorum sceleris finis nõ est, quinimõ adhuc viuunt & serpit, quã diu in aliis perniciem operatur. Hoc ipsum atq; de in iis qui fraude, furto, rapina, vsura, & aliis huiusmodi nefariis artibus proximum spoliantes, vsurpãt aliena, quã & suis ad eorum damnationem relinquunt hæredibus, & illi similiter succedẽtibus sibi, qui non minus ea tenentur restituere, quã ille primus horũ acq;isitor. ¶ Sed & beatorum augetur gloria, quã diu per eorum vel salutarem doctrinã, vel operum exempla bonorum quisquam proficit ad salutem.

¶ Deniq; quoniam particulare vniuscuiusq; iudiciū occlū est & incōpletum, necesse est succedere iudiciū aliud quod sit cōpletum, & manifestum. Multi enim nunc iudicio peruerso viuificant animas quæ non viuūt: & interficiunt animas quæ non moriuntur: qui iniquos iustificant, & iustos damnant.

Aug. 20. ¶ Hinc ille dies iudicij, propriè dies domini vocatur, quod *dē civ. dei* iam nullus tūc erit imperitæ querelæ locus quæ in iustus *Dies do* ille sit fœlix, ille iustus infœlix. Omnium nanque tunc, & nō *mint.* nisi malorū digna & summa infœlicitas cūctis apparebit. Tunc cognoscent se errasse iudicio, qui beatos dixerunt eos, quos in hoc mundo dextris successibus, & honore mūdano prosperari, & post mortem cum ingenti pompa tumulari conspexerunt: beatum putantes populum cui hæc sunt, quum tamen nemo beatus, nisi cuius est dominus Deus eius.

Iudicium
precedēti
a signa. ¶ Circa secūdam, id est, signa iudicij præcedentia, aduerte quod ad dignitatē iudicis pertinet habere quædam iudicia potestatis quæ ad obedientiā, benedictionem iudicandos inducant. Et idē multa signa terribilia præcedent, ut hominum corda ad subiectionē vēturi iudicis Christi præparentur. Itaque inter signa iudicij præcedentia,

Bella &
seditiones
Mat. 24. ¶ Primum signum bella sunt & seditiones. Vnde dominus interrogatus à discipulis quod esset signum aduentus sui, & consummationis seculi, hoc inter alia respondit: Audieturi estis, prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbe mini, Oportet enim hæc fieri, sed non dum statim finis. Cōsurget enim gens in gentem, & regnum contra regnum. Ultima sanè tribulatio multis tribulationibus præuenitur & per crebra mala quæ proueniunt, indicantur mala perpetua quæ subsequuntur. Et ideo post bella & seditiones non statim finis, quia multa debent mala præcurrere, ut malum valeant sine fine nuntiare.

Mat. 23.
grego. ¶ Porro de domesticis tūc seditionibus apud Mar. dicitur Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient. Mino rem dolorē mala faciūt quæ ab extraneis ingeruntur. Pater enim ea in nos tormenta faciūt, quæ ab illis patimur de quibus minus præsumebamus: quia dum damna rerum & corporis nos cruciant, plus amissio charitatis molestat.

¶ Secundum signum erit fames, quæ præliis & seditionibus succedere

suocere consuevit, quæ tunc eo grauior ingruet, quo grauiora tunc fuerint bella & seditiones: quibus regiones tunc fuerint afflictæ, vsq; adeo vt profligatis colonis, omnibusque vastatis nec sementis ipsa supererit. Hinc nimirum famemes, & annonæ caritas tanta, vt hanc genus humanum vix possit tolerare.

Vnde facta mes.

¶ Sed & nonnunquam bellis etiã absentibus Deus ponit terram fructiferam in falsuginem à malitia inhabitantium in ea. Vnde & filij Iacob q; fratrem suum Ioseph vendiderant septenni fame receperunt iniquitatem suam.

Gene. 41.

2. Reg. 21

¶ Similiter & in diebus Dauid propter peccatum Saul, qui Gabaonitas contra fas occiderat, fames fuit in terra tribus annis: nec pluuia data est, donec peccato Saulis expiando septem viri de stirpe eius essent crucifixi.

¶ Sed & tempore Helix propter peccata Achab & Iesabelis quæ occidebat prophetas domini, non pluit super terram annis tribus & mensibus sex: & facta est fames valida iumenta pariter & complurimos hominum absumens.

3. Reg. 17

¶ Deniq; in obsidione Ierosolymorum sub Tito vsque adeo fames in ciuitate preualuit, vt plerique cloacas scrutantes, veterem simum hominum, alimentum bonum haberent. Vbi etiam deprehensum est matrem quandam lactentem filium comedisse. Et quare hæc omnia, nisi propter incomparabile scelus interemptionis Christi? Similiter & in nouissimo tempore circa finem mundi propter extremam hominum malitiam fames non toleranda grassabitur.

Fames grassabunda. Iosephus.

¶ Tertium quod iudicium præcedet signum erunt pestilentia & hominum mortes subitanæ. Nam & naturaliter succedere consuevit inedia: pestilentia: q; necessitate famis homines coacti impurum sumpserint alimeturum. Et licet fames nulla præcederet, nihilominus tamen stipendia peccati, mors. Et sicut timor domini apponit dies, ita & anni impiorum breuiabuntur, sicut scriptum est: Impij sublatis sunt ante tempus suum. Et iterum: Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.

G Pestilentia vltices.

Roma. 6.

Prou. 10.

¶ Hinc subita morte percussi sunt Sodomitæ. Subito etiã sorbente terra perierunt Dathan & Abiron, Chore similiter vnã cum suis complicibus, igne è thuribus eorum exhalante consumpti sunt.

Gene. 10. Num. 16.

¶ Deniq; propter peccatum Dauid in numeratione populi quum trium ei optio daretur, id est famis septem annorum

2. Re. vlt.

norum

DOMINICA SECUNDA

norum, belli & fugæ trium mensium, aut pestilentie tridua-
ana: & ille malens incidere in manus domini quã in ma-
nus hominum pestilentia elegisset, cedente angelo mortui
sunt vna die septuaginta millia virorũ. Sed in nouissimis
temporibus, quando iam vel maximè abũdabit iniquitas
pestilentie contra impios plus solito grassabuntur.

¶ Quartum signum, erunt terrores de cœlo, Cuius mali e-

H xempla multa legimus. Grandis enim fuit terror è cœlo,

Gen. 10. dum excussus è nubibus ignis incendio repëtino combus-

Terrores sit quinq; cum vniuersa gente ciuitates. Terror etiam fuit

de cœlo. non modicus in AEGYPTO, dum totis tribus diebus tene-

Exod. 10 bræ palpabiles eam terram occuparent. Deniq; terribili

exemplo ad imprecatione Helie ignis è cœlo cadens cõ-

4. Reg. 1. sumpsit duos principes quinquagenarios vnã cum eorum

quinquagenis. At multò terribiliora propter nimias ho-

minum impietates circa mundi finem de cœlo signa atq;

terrores apparebunt.

¶ Quintum signũ ea signa cõplectitur, de quibus post præ-

Mat. 24. missa apud Matthæum in generali subditur: Et signa ma-

gna erunt. Hæc in litera specificantur, quum dicitur: Erũt

I signa in sole, & luna, & stellis. Verũ qualia vel cuiusmo-

di hæc futura sint signa, in Euangelio secundum Mattheũ

expressum est, vbi dicitur:

Ioel. 1. ¶ Statim post tribulationem dierum illorũ sol obscurabi-

Signa in tur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœ-

sole & lu lo. Vnde & per Ioëlem prophetam dicitur: Sol conuertere-

72. tur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat di-

Ioan 5. es domini magnus & horribilis. Dies iste magnus, dies ex-

Apo. 5. tremus est. Sæpe enim in scripturis dies domini, dies ille

vocatur, quo ad iudicandum venturus est Christus.

Nam dies ille peculiariter dies ipsius dicitur, quòd die

illo manifestũ erit omnibus, q̄ omne iudiciũ filio dede-

rit pater. Et in Apocalypsi dicitur: Sol fact⁹ est niger tãquã

saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stelle

de cœlo ceciderunt super terram. Solis quoque pars non

exigua percutietur, sicut ibidem scriptum est: Percussa est

tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stella-

rum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non

luceret tertia pars, & noctis similiter. Hanc percussio-

intelligere potes diminutionem influxus, quem alijs

habent in ea omnia quæ ex terra nascuntur, & etiam in

*Percussio
solis & lu
næ.*

animã
cursio
sui im
¶ Nec
in ter
gnitud
terribi
theori
tunc a
cut er
mund
interf
miner
digni
¶ Et m
terrar
maxi
barat
bore
ficter
munt
sol ob
de co
lucis
ratur
stelli
dicat
¶ Po
quar
mori
gris i
te, v
sunt,
suo m
¶ Sec
per h
mult
atura
queb
ad v
feria

animãtia quæ viuunt super terram. Hæc enim ex tali percussione cœlestium luminarium, detrimentum graue cū sui imminutione patientur.

¶ Nec tamen putandum est ipsa stellarum corpora è cœlo in terram ruitura, quandoquidem his capiendis terræ magnitudo nequaquam sufficeret, sed propter ignes cœlestes terribilibus flammis lucentes, impressiones videlicet theoreticas (quas a sub, vel stellas volantes appellant) quæ tunc ad hominum terrorem horribiliter crebrescent. Sicut enim Christo in cruce moriẽte sol radios sui luminis mundo negauit, vtique tenebras sempiternas Dei filium interficientibus interminatus, ita seculi consumatione imminente, idem ille obscurabitur, suõsq; radios negabit in dignis.

¶ Et merito quidem (vt ait Beda) iam incumbẽte iudicio, *simile.* terrarum orbis prementibus se inuicem colonis inficitur, maxima cœli luminaria percussis horrore nouo radiis turbatam faciem velant. Et quo modo impulsæ ad casum arbores, fragoris motusque sui præmittere solent indicia, sic termino appropinquante quasi pauentia nutant & tremunt elementa. Et quid mirũ si sub ipsa iudicij præsentia sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ de cœlo cadent, quandoquidem apparẽre iam verè gloria lucis, omnia mundi lumina tenebris vmbriisque comparãtur? Quam ergo dicitur: Erunt signa in sole & luna & stellis, præcursores vicini eiusdem iudicij quasi nuntios in dicat.

¶ Porro signorum huiusmodi causæ plures assignantur, *K* quarum vna est, compassionis. Vbi enim paterfamiliã moritur, omnis familia turbatur, & in luctus signum nigris induitur: Sic etiam mundi huius occasu iam imminente, vniuersa quæ propter ministerium hominis condita sunt, ipsius interitum tenebris, quasi pulla veste obuoluta, suo modo iugebunt.

¶ Secunda causa est, vltionis. Per quæ enim quis peccat, per hæc & torquetur. Homo autem quia mundi creatura multipliciter peccando abusus est, ideo eadem mundi creatura terribilibus ipsum signis iudicio iam propinquo torquebit. Nam quoniam ea quæ ad vsum vitæ accepimus ad vsum vertimus culpæ, iure restat vt simul nos omnia feriant, quæ vitiis nostris malè subiecta seruiebant.

Et vnde

Chrysofost.
Signorum
causæ.
Simile.

Gregorius

DOMINICA SECVNDA

Et vnde prius habuimus incolumes gaudia, inde postmodū cogamur sentire tormēta. Et quia in cūctis delinquim^{us} in cūctis ferimur, vt impleat quod dicitur: Pugnabit p^{ro} orbis terrarū contra insensatos. Vbi enī cōmouetur ad irā paterfamilias, vnā cum ipso & familiā turbatur. Et vbi ingruente bello rex parat se vindicare de inimicis, mox cōtra hostes regis vniuersa militia se accingit, sicut scriptum est: Armabitur creatura ad vltionem inimicorum.

*Sapient. 5.
simile.*

*Sapient. 5.
Finis mū
di signum
Gene. 1.*

¶ Tertia est causa finalis terminationis, scilicet mundi. Sicut enim in exordio mundi De^{us} fecit duo luminaria magna, luminare maius vt præset diei, & luminare minus vt præset nocti: & stellas, & posuit eas in firmamēto cœli vt lucerent super terrā, & sic mundi constitutionem indicarent esse cōpleta: Ita etiam in fine mundi immutationes in eis fient, quæ mundū iam deficere demonstrant.

L ¶ Circa tertium, quod est dictorum signorum mystica intelligentia, notandū est ex his tribus, scilicet sole, luna & stellis mysticē intelligendo, accipienda esse signa nō solū finis mundi & temporū, sed etiam signa corruptionis fidei & morum, & insuper signa damnationis hominum reprobatorum. Horum ergo signa primo in sole erunt.

*Christus
vt sol my
stice.
Mala vlt
Matth. 5*

¶ Sol mysticē Christus est, iuxta quod per Malachiam dicitur: Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitię. Hunc solem Deus oriri fecit super bonos & malos, qui Christi mediatoris gratiam omnibus hominibus notam esse prædicantibus apostolis voluit. Et sicut sol fons est & origo totius luminis, tā superioribus astris quā inferioribus: sic & Christus fons sapiētię, & homines illuminat & angelos. Ipse enim est lux vera quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū. Appropinquante autē fine mundi, hic sol Christus per hereticos, per antichristi discipulos, propter eius signa, mēdacia, munera, tormēta obscurabitur, id est, inhonorabitur, contemnetur, blasphemabitur, negabitur. Omnes enim quotquot venerunt & venient heretici, Christum solem iustitię & lucem mundi paribus ausis nituntur obscurare. Sed casso labore in suo conatu & irritis votis deficiunt.

*Ioan. 1
Christus
sol, vt ob
scurabi.
sur.*

Simile.

¶ Quomodo enim fieri posset vt noctuę, vel omnes simul agmine facti, inuisum quidem sibi, aliis autem omnibus desideratum & necessarium solis lumen extinguant? Hoc tentando nihil aliud assequuntur, quā vt à solis splendore

dore in
¶ Sic h
cibus p
contra
magi
re, fide
suum e
apud e
se nob
tur ad
qui no
beatu
ra fide
hi fide
ctibus
vanes
carnis
non p
vini f
¶ Por
fiam
tis ve
vicos
quan
etiam
¶ Sed
banu
men
prior
veste
perit
fastig
deati
est co
pite o
mod
vesc
terie
ceis,
pluri
Eccle

dore infirmus eorū & qualiscunq; visus magis excētetur.

¶ Sic hæretici (qui quoniā male agunt, odiunt lucē) fallacibus prauisq; dogmatibus, irrisionibus atq; blasphemis contra Christum & Ecclesiā semetipfos quidē magis atq; magis excētare possunt: sed Ecclesiam Christi conuelle-

re, fidei catholicę veritatem abolere, lucem mundi Christum extinguere omnino non p̄ualebunt: tamen hunc apud eos duntaxat qui corruptis sunt moribus, & fatētur se nosse Deum, factis autē negant, falso dogmate videantur ad tempus obscurare. Apud eos, inquam, hoc possunt, qui nomen habent quod viuunt, & mortui sunt. Vnde ait beatus Ambrosius: Plurimis à religione deficientibus clara fides nube perfidię obscurabitur, quia sol cęlestis mihi fide mea minuitur vel augetur. Et sicut mēstruis defectibus luna vel terrę oppositu quum fuerit è regione solis vanescit, sic & sancta Ecclesia quum lumini cęlesti vitia carnis obsistūt, fulgorem diuini luminis de Christi radiis non potest mutuari. Nam in persequutionibus lucem diuini solis plerunque amor vitę huius excludit.

¶ Porro luna quia à sole lumen suum habet mysticę Ecclesiam designat: & hæc quidem operante mysterio iniquitatis vergente in ruinam mundo, per Antichristum & hæreticos Antichristi p̄cursores in sanguinem conuertetur, quando hanc non modo contumeliis & blasphemis, sed etiam gladiis iidem satellites Antichristi persequentur.

¶ Sed & stellę, id est, doctores & p̄dicatores, qui putabantur in cęlo iam mente cōuerfari, qui aliis doctrine lumen dederant: isti, inquā, cadent de cęlo. Nam derelicta prioris vitę professione, abrenunciata religione, mutata veste, huic seculo per omnia cōformabūtur, nihil aliud q̄ pericuras diuitias, voluptates carnis, & honoris mundani fastigia sectātes. Ita vt horum ruinā lamentatus fuisse videatur, qui ait: Quomodo obscuratū est aurum, mutatus est color optimus? Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omniū platearum? filij Sion in clyti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manū figuli? Qui vescebantur voluptuose (delectati prius in verbo Dei) interierunt in viis, scilicet errorū. Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Et quidem iam cernere est plurimos huiuscemodi in hæreticā dilapsos prauitatē ab Ecclesiā catholica, quasi è cęli firmamento in lutū, id est,

in vi-

Hæreticorum in sania.

Apoc. 3.

*M
Doctores
vt ruent.*

Thre. 4.

*Stellas
nūc è cę-
lo cecidif-
se.*

DOMINICA SECUNDA

Dan. 12.

in vitam contaminatam & omni criminum genere con-
spurcatam decidisse, sed nondum finis. Et hæc de stellis er-
raticis, vel potius de stellis cadentibus, quæ & stellæ, & in
cælo esse putabantur, sed veræ stellæ nõ erant sicut illi de
quibus scriptum est: Qui docti fuerint erunt quasi splen-
dor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt plurimos,
erunt quasi stellæ in perpetuas æternitates: non, inquit, ta-
les stellæ erant, sed nec in cælo, id est, cœlesti vita & con-
uersatione erant, sed tantum esse putabantur.

Iudith. 3.

¶ Porro de bonis doctoribus & verè religiosis hoc quod
scriptum est accipere possumus. Stellæ manentes in ordi-
ne & cursu suo, pugnaverunt contra Sisaram.

¶ Per Sisaram, qui exercitum aduersus Dei populum per
maximum ducebat, diabolus significatur. Interpretatur
enim, excludens gaudentem, siquidem per ipsum intravit
in orbem terrarum mors, dolor, & omne malum: & à bea-
titudinis gloria per ipsius dolum exulamus.

Prov. 27.

¶ Aduersus hunc pugnant stellæ, id est, sancti perseveran-
tes in ordine suo, id est, in ea vocatione qua vocati sunt.
Super quos & si spiritus potestatem habetis forsan ascen-
derit, tamen locum suum non dimittant. Perseuerant ni-
hilominus & in cursu suo, hoc est, in augmento profectus
spiritualis de virtute in virtutem, duce gratia procedunt.
Sic igitur mysticè in sole, luna, & stellis diminutionis fi-
dei signa cernentur.

*Corrupti
onis mori
signa.*

N ¶ Ut aut signa deprauationis & corruptionis motu penes
hæc colliguntur, aduerte per solem Ecclesiasticum principa-
tum figurari. Iste sol obscurabitur quando iam auctoritas
Ecclesiæ & eius spiritualis potestas & contemnetur & vi-
lipendetur. Sed & tunc sol obscuratur, quando ij qui in
Ecclesia præeminēt, quorum erat virtutibus & sanctitate
splendere, diuersorum squalore vitiorum tenebrescunt.

*Luna pri-
cipatus
secularis.*

¶ Proinde per Lunam principatum secularem intellige.
Sicut enim Luna à Sole lumē habet, sic potestas secularis
ab Ecclesiastico principatu fulcitur, dirigitur, ac fidei &
morum præceptis illuminatur. Sed obscurato (quo modo
dictum est) sole, luna hæc, id est, secularis potestas iam di-

*Ecclesia-
stica pote-
stas in cõ-
temptu.*

cta, in sanguinem, id est, in crudelitatem, impietate, pau-
perum oppressionem, in iniustitiam, in sacrilegia, & in om-
ne id genus scelerum, quasi in sanguinem conuertetur.
¶ Quum enim Ecclesiastica potestas venerit in contem-
ptum,

prom, & omnia sub potestate seculari fuerint redacta, quid restat, nisi ut per omne nefas nemine prohibete, superbiat impius, & pauper incendatur? Et adhuc amplius fiat quod iam fieri cernitur, illud scilicet de quo per Salomonem dicitur: Vide calumnias pauperum & lachrymas innocentium, & neminem consolatore, nec posse resistere eorum violentie cunctorum auxilio destitutos. Et laudavi magis mortuos quam viuentes, & feliciorum utroque iudicavi qui necdum natus est, nec vidit mala que sub sole fiunt.

*Eccle. 4.
Lamenta
innocentium.*

¶ Vnde etiam per Ieremiam Prophetam sciuenti impio dicitur: In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentium, & dixisti: Innocens sum & absque peccato. Alia potentium sunt eorum satellites & sarrapae, qui de sudore & sanguine pauperum diuitiis crescunt, & deliciis impinguantur: iis quorum erat eos coercere, id est, dominis dissimulantibus & coniuuentibus. Quisque tamen eorum dicit: Absque peccato ego sum. Cui dicitur a domino: Ecce ego iudicio contendam tecum.

Ierem. 2.

¶ Principum & potestatem habentium erat, non inferre subditis iniuriam, sed ab aliis illatam repellere, iuxta illud. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Sic enim fecit David, sicut scriptum est: Omnis qui gemebat, & vexabatur a Saul, fugiebat ad David, & liberauit eum. Hoc enim decet facere principatum gerentes. Vnde Hieronymus: Regum est facere iudicium & iustitiam, & liberare de manu calumniarum vi oppressos: & peregrino, pupilloque; & viduae (quae facilius a potentibus opprimuntur) praebere auxilium. Vnde etiam ait beatus Cyprianus: Rex debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, patricidas & periuros non sinere viuere, filios suos non sinere impie agere.

*O
Manus
principis.
5. Re. 25.
Super Ieremiam.*

¶ Sed nunc verendum est, ne de iis illud verificetur quod per Esaiam dominus loquitur, dicens: Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicat, & causa viduae non ingreditur ad eos.

*Esa. 1.
Iniqui
principes
arguuntur*

¶ Vnde & per Ezechielē prophetā dicitur: Principes eius in medio eius quasi lupi rapientes praedam. Audiant dicentem: Non facias violentiam pauperi quia pauper est, neque ceteras egenum in porta, quia iudicabit dominus causam eius, & configet eos qui confixerunt animam eius.

Ezec. 22.

Pro. 22.

Denique

DOMINICA SECUNDA

P Denique corruptionis & deprauationis morum signa in stellis est cernere. Porro regularis cuiuslibet vite professores mysticè stellę vocantur, nempe quorum erat terrenis calcatis, cœlestibus inharere: quę sursum sunt quærere, vbi Christus est in dextera Dei sedēs: quę sursum sunt sapere, non quę super terram. Sed nunc passim stellę istę de cœlo cadunt, dum instituto spiritualis vite derelicto, nihil nisi transitoria ambire, nihil nisi terrena quærere cōspiciuntur. Siquidem cœnobiis suis derelictis, per mundū vagantes commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruiuerunt sculptilibus eorum, id est, mammonam colunt seculo prorsus confirmati, sicut scriptum est: Dispersus est populus Israel per omnem terram Aegypti ad colligendum paleas. Hos beatus Hieronymus ad Paulinum scribens arguit, dicens: Si cupis esse monachus quod diceris, quid facis in vrbibus? quę utique non solorū sunt habitacula, sed multorum.

Exod. 5.

Signa dā
nationis
reprobōrū

Q Colligere nihilominus in sole, luna, & stellis possumus signa damnationis reprobōrum: si per solem, charitatem: per lunam, fidem: per stellas cæteras animi virtutes velimus accipere. Sol, inquit, obscurabitur, id est, charitas refrigescet. Luna verò, id est, fides non dabit lumen suum.

Luc. 18.

2. Tim. 4.

Jerem. 7.

Vnde in Euangelio Dominus loquitur, dicens: Filius hominis veniens, putas inueniet fidem super terram? Et vnde per Apostolum dicitur: Spiritus autem manifeste dicit quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dēmoniorum.

Vnde etiam per Ieremiam prophetam dicitur: Perit fides, ablata est ab ore ipsorum. Falsa enim est fides Iudeōrum, corrupta hæreticorum, mortua falsorum Christianorum.

Thre. 1.

Osee. 4.

¶ Et stellę cadent de cœlo, id est, alię virtutes euanescent de Ecclesia, iuxta quod scriptum est: Et egressus est à filia Sion omnis decor eius, & vitia virtutū loco succrescent, iuxta quod per Osee dicitur: Non est veritas, non est misericordia, nō est scientia Dei in terra. Maledictū & mendacium, furtum, homicidiū, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit, id est, peccatum peccato, & noua veteribus superadduntur. Itaq; charitate, fide, cæterisq; virtutibus deficientibus, quid superest nisi reprobōrum hominum iusta damnatio? Sequitur in litera:

¶ Et

Et in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris & fluctuum arescentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cælorum mouebuntur.

Quæ euentura sunt orbi post luminarium obtenebrationem ex quibus fiet angustia gentium, exprimit dicens: Et in terris (subaudis, erit) pressura gentiû: quæ pressura partim ex superioribus malis, id est, bellis, vastatione regnorum, humani sanguinis effusione, fame, pestilentia, tot subitaneis hominum mortibus, terroréque nimio signorum cælestium, partim ex iam tunc incumbentibus signis terroribusque proueniet. Quorum vnum est cõfusio sonitus maris & fluctuum. *Pressura gentium vnde.*

Quum enim alterabitur superior orbis, & elementa inferiora necessariò iacturâ patientur. Præcipuè ipsum mare, quod per illa superiora disponitur, præsertim per virtutem lunæ, cuius effectus in maris affluxu & defluxu, eleuatione & demissione vel maximè apparet. Tunc ergo mare ipsum terribiliter fremet & littus maris tâta percellitur tempestate, vt sit populo terræ pressura, id est cõmunis miseria, vt tabescant timore ingruentium malorum. *Theo.*

Fugiet enim tunc à facie timoris huius homines à locis maritimis ad mediterraneas regiones, præ confusione sonitus maris & fluctuum. Mare enim (vt dictum est) insolito modo cõmotum, magnos acolis solis horrores, pressuras, damna, ac detrimenta pariet, iuxta quod per Psalmistam dicitur: Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. Vnde & alibi scriptum est: Scandescent in eos aquæ maris. *Sapient. 5.*

Arescētibus hominibus præ timore & expectatione eorum quæ superuenient vniuerso orbi. Tabescant enim (vt iam dictum est) ex incumbentium mole malorum, iuxta quod apud Mattheum legitur: Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet, sed & multo amplius arescent horrore eorum quæ adhuc superuentura sunt malorum. *Horror futurorū malorū. Mat. 24*

Tunc enim seperueniente vniuerso orbi timore & expectatione districti examinis, multi qui in hoc mundo steterè videbantur, quum se sine fructu cõspexerint, arescēt. Tunc fides quæ ab operibus bonis vacauit probante hanc *Beda.*

D O M I N I C A S E C V N D A

*iudicij
quantus
terror.
Theophi.*

chryso.

Gregori^o

iusti iudicis igne, marcescet. Nec mirum est homines (vel natura, vel sensu terrestres) ad eius iudicium turbari, cui⁹ aspectu & ipsa cœlorum virtutes, hoc est Angelicæ tremment potestates, beato quoque Iob adtestante qui ait: Columnæ cœli contremiscunt & pauent ad nutū eius. Quid ergo facient tabulæ, quando tremant columnæ? Quid virgula deserti patitur, quum cedrus paradisi concutitur? Nō solum enim mortales fluctuabunt, quum alterabitur mūdus, sed & Angeli stupebunt in tam terribilibus mutationibus vniuersi. Et quomodo non tremereēt Angeli sancti, quum videbunt tantam & dēmonum & hominum multitudinem simul damnari?

¶ Quid autem Dominus virtutes cœlorum, nisi Angelos, Archāgelos, thronos, & dominationes, & principat⁹ & potestates appellat, quæ in aduentu districti iudicis nostris oculis visibiliter apparēt, vt districtè tunc à nobis exigāt, hoc quo nos modo inuisibilis conditor æquanimiter portat. Commouebuntur ergo ad vltionem inimicorū, quum iam viderint regem suum inimicis suis iratū. Vnde Chrysofostomus.

Simile. **T** ¶ Si rege terreno ad expeditionem surgente, totus cōmouetur exercitus, & ciuitas tota feruet: quātomagis cœlorū rege surgente ad iudicandum viuos & mortuos, virtutes cœlorū mouebuntur? Quid ergo mirum si inter hæc atrescāt homines præ timore & expectatione propinqui iam iudicis, & ineuitabilis atq; irreuocabilis iudicij, & ingruētium terrore malorum, quæ nunquā habitura sunt finem?

Simile. ¶ Si debitor quispiam videt appropinquantem cum literis debiti creditorem, volentem hunc iudicialiter cōuenire, anxiatur atque turbatur. Et vtique debitores sumus Deo, quicumque dicimus supplicātes: Dimitte nobis debita nostra: & quidē debitores debiti grauis & insolubilis. Quotiescunque enim non fecimus quod facere debebamus, debitum graue contraximus, venit contra nos ad iudiciū creditor Deus, venit autē cum literis & documentis quibus conuincat debitorem. Debitum enim cōscientiis eorum qui iudicādi sunt inscriptum tunc palām manifestabitur. Nihil enim tam opertum quod tunc non reueletur. Aderit sanè dies domini, in quo facta nostra quasi in tabula depicta manifesta erūt. Hinc in Apocalypsi scriptū est. **Libri aperti sunt** (videlicet conscientiarū) & iudicati sunt

*vt credi-
tor deus,
& homi-
nes debi-
tores.*

A poc. 20.

mortui

*mortui
eorum
tur, co
& ant*

T

*¶ In
redu
festat
ption
¶ Ciro
temp
gnific
¶ Pri
dum,
diciu
cogn
bit,
li est
huiu
natu
nepl
tura
¶ Ad
tus f
plati
Aug
san
nere
men
fuga
& ex
neur
ac pe
¶ Qu
bus f
sele*

mortui ex his quæ scripta sunt in libris, secundum opera eorum. Si ergo times examen pauendū, dum facultas datur, corrige cōscientiam, & ante iudicium para iustitiam, & ante languorem adhibe medicinam.

HOMILIA ALTERA.

TVnc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate.

Lucæ 21.

¶ In hac parte Euangelicæ lectionis de duobus est differendum. Primum est, iudicis aduenientis conspicua manifestatio. Alterum est, Electorum de sua propinqua redemptione consolatio. Ibi: His autem fieri incipientibus.

¶ Circa primum tria notantur. Primum est, consideratio temporis. Secundum est, forma iudicantis. Tertiū est, magnificentia maiestatis.

¶ Primum insinuat, quum dicitur: Tunc. Vbi est aduertē- *A*
dum, quod tempus aduentus Christi in fine mundi ad iu- *mūdi finē*
dicium, nec Angeli ipsi, nec homines naturaliter possunt *naturali-*
cognoscere. Cuius ratio est, quod tunc motus cæli cessa- *ter cogno-*
bit, & ex consequenti cessabit tempus, quod ex motu cæ- *scit nemo*
li est. Sed nullus Angelorum nec hominum nouit, quando huiusmodi motus cessabit, eo quod talis motus non est naturalis, vel ex seipso necessarius: sed est secundum beneplacitum Dei, quod nulli Angelorum aut hominum naturaliter cognitum est.

¶ Ad hæc, mundus & tempus constabunt donec completus fuerit numerus electorum, sed Angeli & si in contemplatione diuinitatis cognoscant hunc numerum (vt dicit Augustinus in Enchiridio: Nouerunt, inquit, Angeli *Cap. 36.*
sancti docente Deo, quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectet) verū- *cōpleto*
tamen quando ille electorum numerus implendus sit, inue- *electorū*
stigare Angeli nequeunt, eo quod ex sola Dei voluntate, *numero,*
& ex libero hominis arbitrio depēdeat salus electorum: *mūdi fi-*
neutrū autem horū naturaliter Angelis cognitum est, *nis.*
ac per hoc nec mundi finis, & aduentus iudicis Christi.

¶ Quod si queras, num hoc idem vel Angelis vel hominibus sit reuelatū, Respōdetur, quū hoc Christus Apostolis sciscitantibus & dicentibus: Dic nobis quando hæc erunt,

DOMINICA SECVNDA

*Num mū
di finis
alicui re-
ueletur.
Actu. 1.*

& quod signum aduentus tui & cōsummationis seculi? Er-
rursum: Domine si in tēpore hoc restitues regnum Israel,
reuelare noluerit, & hoc eis responderit: Nō est veitrum
nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua po-
testate, verisimile est hoc nulli hominum esse diuinitus
reuelatum, quia (vt dicit Augustinus) hoc nosse non expe-
dit hominibus, quin potius ita viuant homines quasi quo-
tidie iudicandi.

Mat. 24

¶ Sed neque hoc angelis reuelatum est. Vnde ipse domi-
nus: De die autem, inquit, illa, & hora nemo scit, neque
angeli cœlorum, nisi solus pater. Nam sicut mundi exor-
dium priusquam esset, soli Deo cognitum fuit: ita & mun-
di finis soli Deo cognitus est, & homini Christo, cui (datū
est de hominibus pariter & dæmonibus iudicare) à Deo
reuelatus.

Mar. 13.

¶ Et quum dicitur quod de hoc sciat solus pater, & in Eua-
gelio secundū Marcū dicitur, quod neq; filius hoc scit, ni-
si pater: attēde quod sicut patris & filij & spiritus sancti est
vna essentia, ita & vna triū sciētia. Sicut enim filius habet
eandem diuinitatem quam pater, ita & eandem quam ha-
bet pater & filius habet scientiā: sed vt ostēderet quod ani-
ma Christi tantę rei notitiam per semetipsam habere nō
potest, nisi à diuinitate ei fuerit reuelata, ait, quod neque
filius scit nisi pater. Vnde colligitur neque beatos in cœlo
diem illum scire. Quod si hoc non datur scire beatis in
cœlo, multominus mortalibus in hoc mundo.

*Fallūt se
metipsos.*

¶ Vnde & quotquot de mūdi fine hætenus dogmatizare
pręsumperunt, tempus certum assignātes, conuicti sunt
re ipsa asseruisse quod ignorabant, & fuisse deceptos. Vn-
de Augu. de ciuitate Dei: Frustra, inquit, annos qui reman-
ent huic seculo computare ac diffinire conamur, quum
hoc scire non sit nostrū. Et subinde: Omnium de hac re
calculantiū digitos resoluit & quiescere iubet ille qui di-
cit: Non est veitrum nosse tempora vel momenta quæ pa-
ter posuit in sua potestate.

*Li. 18. ca.
13.*

B

*Forma
christi
iudicātis.
1ob. 36.*

¶ Circa secūdū, quod est forma iudicātis, dicitur: Videbūt
filiū hominis. Iudex enim in forma hoīs apparebit: nā vt
dicit Aug. illa forma iudicabit, quæ iudicata est. Sedebit
vt iudex, qui sub iudice stetit vt reus. Damnabit verè reos,
qui factus est falso reus, iuxta quod scriptum est: Causa
tua quasi impij iudicata est, causam iudiciūmq; recipies.

¶ Et

¶ Et merito quidem in forma humana iudicabit. Primo ad confusionem Iudæorum, qui blasphemantes dixerunt: Nos scim⁹ quia hic homo peccator est. His, inquam, in ea forma in qua ipsum & blasphemauerunt, & crucifixerunt iudicaturus apparebit, vt suam vel sero cognoscant falsitatem. Videntes autem turbabuntur timore horribili. Nec dicent: Si tu es Christus dic nobis palàm. Sed nec Pilato vacabit sciscitari: Tu es rex Iudæorum? Sed quid? Videbit eum, inquit, omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ.

Cur in humana forma.

Ioan. 9.

Apoc. I.

¶ Gentiles scilicet qui pro Deo idola colentes, fidē eius recipere noluerunt. Amplius autem Iudæi, qui hunc sibi cœlitus missum crucifixerunt, falso Christiani præ ceteris omnibus se plangent amplius, quod hunc cognoscentes, impiè viuendo contempserint. Tunc incipient dicere montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronū, & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare? Et tunc quærēt homines mortem: & non inuenient: & desiderabunt mori & fugiet mors ab eis. Nec mirum. Si enim intolerabile est humanæ infirmitati vel huius angeli gloriam aspicere (vt in Daniele patuit & in Ioanne Apostolo, & in custodibus sepulchri dominci, qui ex visione angeli facti sunt velut mortui) incomparabiliter maior erit terror malis in die iudicij iratum videre Deum & hominem Christum, viuorum iudicem & mortuorum, & sui iudicij exequutores exercitus omnium cœlestium legionum. Nec tamen, videbunt ipsius diuinitatem, sed tantum ipsius humanitatem videntes, per effectus & signa virtutis suæ, Deum esse cognoscent.

Apoc. 6.

Dan. 10.

Apoc. I.

Mat. vlti.

¶ Secundò apparebit in forma humanitatis ad maiorem superbiorum & omnium reproborum pœnam, qui videbunt se non angelica celsitudine, sed ab homine iudicari.

¶ Tertio sic apparebit ad gloriam electorū, quibus magna erit gloria & ineffabilis causa lætitię quòd sui generis naturam in Christo tantæ maiestatis honore videbunt exaltatam. Tunc sanè beati, quorum oculi regē in decore suo ridebunt. Tunc tolletur impius ne videat gloriam Dei, cui in terra sanctorum, iniqua gessit.

Esa. 31.

¶ Porro tertium, id est, magnificentiam maiestatis, insinua-

DOMINICA SECUNDA

*Christi
aduentus
in maie-
state.
Cyrillus.*

*In nube
veniet.
A. Clu. 1.*

*D
Magnos
venit iu-
dicare.*

Matth. 25.

*Esa. 3.
Prou. 1.*

*cur om-
nes angeli
sum eo.*

tur quum dicitur: Venientē in nube cum potestate magna & maiestate, subaudis, similiter magna. Primā suam apparitionē persequutus est dominus cū infirmitate & humilitate nostra, sed secundā celebrabit cū propria potestate & maiestate. Vnde Greg. In potestate enim & maiestate visuri sunt, quem in humilitate positū audire noluerūt, vt virtutem eius tanto tunc districtius sentiant, quanto nunc ceruicem cordis ad eius patientiam non inclinant.

¶ In nube autē veniet, vt sicut à nube susceptus ab oculis Apostolorum in cœlum ascendit, ita & nubes referet descendentem. Sic enim futurum esse sancti Angeli domino in cœlos assumpto Apostolis prædixerunt, dicentes: Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlū, sic veniet quemadmodū vidistis eum euntem in cœlum. Ascendit autem susceptus à nube, non quasi nubis indigeret obsequio, sed vt per hoc ostēdatur etiā ipsa mundi elementa authorē dominūq; suum agnoscere, & agnitum suo ministerio venerari.

¶ Proinde quoniam magnos venit iudicare (id est, reges & tyrannos, quin & ipsos principes & potestates, ipsos mundi rectores tenebrarum harum) condecens est vt cū magna veniat potestate. Et quia in primo aduentu suo ppter suam humilitatem contemptus fuerat à superbis necesse est vt iudicaturus veniat cum maiestate, vt contemni non possit. Tanta autem cum maiestate venturus est, vt cœlum pariter & elemēta concutiat, vt à voce virtutis suæ vniuersi resurgant mortui, suisque cōpellantur ad esse tribunalibus iudicandi. Vnde ipse in Euangelio secundum Matthæum loquitur, dicens:

¶ Quum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cū eo, tūc sedebit super sedem maiestatis sue. Et congregabuntur ante eum omnes gentes. De hoc tam magnifico suę maiestatis aduētu p Esa. di. Dñs ad iudiciū veniet, cū senioribus populi sui & principibus eius. Et vnde rursus scriptū est: Nobilis in portis vir eius (id est Christus sponsus Ecclesię) quādo sederit cū senatoribus terre, id est, tam noui quā veteris testamenti patribus electis.

¶ Et omnes, inquit, angeli eius cū eo, si quæras quid causæ est, quod veniet stipatus innumerabilium exercitibus angelorum. Respōdetur, hoc ita fieri debere. Primo propter iudicis honorem & auctoritatem eius ostēdendam

Nam

Nam sine potestate, iudicis autoritas nulla est.

¶ Secūdo, propter impiorū accusatiōē. Angeli enim illo-
ramerūt in iudicio accusatores, quibus ad ministerium &
custodiam fuerint deputati: si videlicet eorū instinctus &
monita contemnerent vt salui fierent, nō acquieuerūt. De
quibus scriptū est: Instauras testes tuos cōtra me. Et iterū
Reuelabunt cœli iniquitatē eius, Cœli. i. angeli cœlorum.
Tertio, propter iudicij executionem. Siquidē ministerio E
sanctorū angelorum congregabuntur electi. Vnde in E- *Angelorū*
uangelio secundum Mattheum loquente domino dicitur, *in die iu-*
Et mittet filius hominis angelos suos cū tuba & voce ma- *dicij mini*
gna, & cōgregabunt electos eius à quatuor ventis, à sum- *sterium.*
mis cœlorum vsq; ad terminos eorum. *Matt. 24*

¶ Sed & eorundē ministerio angelorum perpetuo diuortio
separabūtur reprobī ab electis, dicēte domino: In tempo- *Matt. 13*
re messis, id est, iudicij dicā messoribus: Colligite primū
zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburēdū: triticū
autē cōgregate in horreum meū. Quod ipsemet expone-
re dignatus, ait: Ager est mundus, Zizania autē filij sunt ne-
quam. Messis verō consummatio seculi est. Messores autē, *ibidem.*
sunt angeli. Itaq; sic erit in cōsummatione seculi. Exhibunt
angeli, & separabūt malos de medio iustorum & mittent
eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium.

¶ Deniq; eorundē ministerio sanctorū angelorum, detru-
sis ad inferna vnā cū demonibus, reprobis vniuersis, electi
p̄ angelos in cœlos assumētur, iuxta quod de anima beati *Luce. 20.*
pauperis scriptū est: Factū est vt moreretur medic⁹ & por- *De ciui-*
tatei ab angelis in sinū Abrahe. Vnde Aug. Omnes ange- *tate Dei.*
li cum eo veniēt, quos aduocabit de superioribus locis ad
faciēdum iudicium, scilicet discretionis, separādo malos
à nobis. Et Chry. Omnes inquit, angeli cum Christo erūt
testantes ipsi, qualiter administauerunt missi à dño pro-
pter hominū salutē. Qui nūc eos nō suscipiūt tanquā à pa-
tre missos, tūc in iudicio patiētur eos aduersarios, vt iudi-
cis exequentores. Quare audiat & sciat vnusquisq; vt Dei
amore alliciatur & faciat bonū, & timore iudicij terreatur
vt fugiat malū. Nā ineffabilis erit lætitia bonis creatoris
redeptorisq; sui illū vultū videre, in quē desiderāt angeli
aspicere. i. quē (vt dicit B. Petr⁹) nūc quoq; nō vidētes cre-
ditis. Credētes autē exultabitis lætitia inenarrabili, & glo-
rificata, reportātes finē fidei vestræ salutē aīarum vestrarū

DOMINICA SECUNDA

¶ Vnde & consequenter in Euangelio subditur,
quod sequenti articulo tractandum est.

¶ Circa secundum principale dicitur.

*His autem fieri incipientibus, respicite & leuate
capita vestra, quoniam appropinquat redemptio
vestra.*

F

Hic ponitur electorū de sua p̄p̄inqua redēptione promissa consolatio. Vbi tria sunt consideranda. Primū, Dei electis cōsolationis p̄missio. Secundū est, hui⁹ p̄missionis p̄ similitudinē declaratio, ibi: Videte ficulneam. Tertiū verborum domini stabilis confirmatio, ibi. Cælum & terra.

¶ Circa primum aduerte Christum h̄ic loqui ad discipulos non tanquam ad eos qui durare deberēt in vita ista vsque ad terminum mūdi, sed quasi vno corpore existente ipsis & nobis & posteris vsque ad consummationem mundi in Christum credituris Itaq; circa primū quod est consolatio

*electis in
iudicio p̄-
missa con-
solatio.*

nis p̄missio, dicit: His autē, id est, signis & mirabilibus fieri incipientibus, quum impij arescent p̄ timore & expectatione malorum, respicite & leuate capita. Exhortatio planē est & cōsolatio bonorum, vt quum viderint hęc quę dicta sunt mūdi mala crebrescere capita leuet, id est, considerationem suam & spem in finem erigant, vbi fiet eis æterna & plena remuneratio pro modica & breui p̄p̄ensione malorū. Iuxta quod ait Apostolus: Id quod in p̄-

2. Cor. 4.

senti est momentaneum & leue tribulationis, supra modum in sublime æternum glorię pondus operatur in nobis. Nec in longum differtur p̄m̄ium bonorum. Vnde in Apocalypsi loquente Domino descriptum est. Tēpus prope est, ecce venio cito: & merces mea mecum est, reddere vnique secundum opera sua.

Apoc. 22.

¶ Itaq; inter mundi mala ad Christum liberatorē, & ad suę p̄p̄sionis exēpla mentis attētio est erigenda, iuxta quod monet Apostolus, dicēs: Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei & consummatorē Iesum Et iterū. Recogitate eum qui talem aduersus se metipsum à peccatoribus sustinuit contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim vsq; ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnātes. Hęc itaq; quę ad electorum consolationem h̄ic dicitur, Beda post Gregorium exponens, dicit.

Heb. 12.

Ibidem.

Quum

¶ Quum plagæ mundi crebescunt, quum terror iudicij virtutibus cœlorum commotis ostenditur. Leuate vos capita, id est, exhilarate corda. Quia dum finitur mundus, cui amici non estis, propè fit redemptio quam quæsitistis. In scriptura enim sacra, sæpe caput pro mente ponitur. Quia sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mēte disponuntur. Leuare itaque capita est, mentes nostras ad gaudia patriæ cœlestis erigere. Quoniam, inquit, appropinquat redemptio vestra.

¶ Vbi Eusebius: Transactis corporalibus, aderunt intelligibilia & cœlestia, scilicet regnum seculi nō amplius trāstuturi, & tūc dignis salubria pmissa tribuentur. Dei enim promissis quæ speram⁹, erigimur: q̄ ante curui fueram⁹, & eleuabim⁹ capita nostra quondā humiliati, eo q̄ redēptio nostra quā sperabam⁹, aderit: illa scilicet, quā tota creatura expectat, id est, perfecta corporis & animæ libertas. Sicut enim prim⁹ aduentus domini fuit ad reformationem animarū sic secūdu⁹ ad reformationē corporū celebrabitur,

¶ Et quidē virtute passionis Christi redemptio electorū facta est: sed eiusdem redemptionis effectū necdum plenariē consequuti sunt, adhuc enim nexibus mortalitatis grauamur. Vnde Apostolus: Scimus, inquit, quoniā si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex eo habemus, domum non manufactam æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostram quæ de cœlo superindui cupientes. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quod nolimus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita. Et hoc est vnde alio loco dicit. Ipsa creatura, id est, nostra mortalitas, liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scim⁹ enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. De qua corporum redemptione seu glorificatione Eusebius: Sicut, inquit, in hac vita sol hyeme recedente ac succedente vere radium calidum mittens fouet ac viuificat humi condita semina exuentia pristinam figuram, pululant autem nouarium virorem habentia: sic & gloriosus vnigeniti Dei aduentus, viuificatiuis radiis illustrans nouum

Theoph.

Animab⁹
corporis-
ribusque
reformatis

2. Cor. 5.

Roma. 8.

DOMINICA SECUNDA

nouum seculum, dudum condita per totum mundum semina, scilicet dormientes in puluere terræ, potioribus corporibus quam prius producet in lucem, ac confucata morte regnabit deinceps noui seculi vita.

¶ Circa secundum, quod est dominicæ promissionis per exemplum declaratio, subditur:

Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam & omnes arbores quum producant iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas: Ita & vos quum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.

H ¶ Vbi sub similitudine arboris docet cognoscere consummationis aduentū. Nā sicut foliorū & fructuū productio signū est æstatis vicinæ: ita & mundi per hæreses & prælia cōmotio, indicium est propinquæ cōsummationis. Porro mundi ruina, propinquæ signum est beatitudinis.

*Præscēdo fini si-
militudo
Mar. 24.
seductores in fine
mundi.*

*Mundi fini
ruina.*

¶ Et (vt ait Chrysostr.) Sicut homo circa mortem patitur fantasias, sic mūdus circa sui finem multos patietur errores. Contra quos præmonemur dicēte domino: Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducunt. Et infra: Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducunt multos. Vbi Gregorius: Apertè, inquit, docet quia sicut ex fructu arborū ventura æstas agnoscitur, ita & ex ruina mundi prope esse cognoscitur regnum Dei. Quibus profecto verbis ostenditur, quia fructus mundi, ruina est.

¶ Ad hoc enim crescit vt cadat, ad hoc germinat, vt quæcunq; germinauerit, cladibus consumat.

¶ Hic iste mundus est qui Deum nō cognouit, qui spiritum nō potest accipere veritatis, qui totus in maligno positus est, qui Apostolos Christi & martyres, ipsumq; odit Christum, qui mundus tot sanctis fuit indignus.

*Regnum
Dei vt o-
portandum.*

I ¶ Quum videritis, inquit, hæc fieri, scitote quoniam prope est regnū Dei, videlicet vt vobis detur, quemadmodum ad fidē precamur, dicentes: Adueniat regnum tuum. Quotiescunq; igitur orationem dominicam repetimus supplicantes, meminisse debemus aduentum nos orare diei nouissimæ. Neq; enim Christi regnum ad nos veniet: sed nec ac omni malo perfectè liberabimur, nisi in illo die.

Itaque

Itaq; cum alacritate aduentum eius orare nos condecet. idq; eo magis, quo maiore illius horrore afficiuntur impij & peccatores. Vnde Apostolus redēptionē hāc (quā coronā vocat iustitię) non tātūm sibi dicit preparatā, sed & iis qui diligūt aduētū ei°. Quo docet bonos omnes diligere debere aduētū Christi: nō horrere vt faciunt mali. Quē etiā aduētū suū & obseruare & expectare nos docet, quū dicit: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quādo reuertatur à nuptiis. Et subdit, dicens: Beati serui illi quos quum venerit dominus, inuenerit vigilātes. Proinde omnia quæ hic dicta sunt à domino cum magna certitudine confirmantur, quum subiungitur:

Amen amen dico vobis, quia nō præteribit generatio hæc donec omnia fiant.

Multū cōmendat dñs quod ita p̄nuntiat: Amē dico vobis, Hoc enī (si dici liceat) quodāmodo iuratio ei° est. Amen enī interpretatur verū, & tñ nō est interpretatū, quū potuisset dici. Verū dico vobis, nec Græcus hoc interpret ausus est facere, nec Latinus: Sed sic māsit, nō interpretatū, vt honorē haberet vel amēto secreti: nō vt esset negatū, sed ne vilesceret nudatū. Igitur verū dico vobis, dicit veritas, quæ utiq; & si nō diceret mentiri omnino nō posset. Tamē cōmendat, inculcat, dormientes quodāmodo excitat, intentos facit, cōtēni nō vult, nihilque ambiguitatis super his quæ dicta sunt signis in aīo cuiusquam patitur remanere.

¶ Amen, inquit, dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiāt, Generationē hanc autē omne hominum genus dicit, aut specialiter Iudæorum. Secundum Origenem verò, Eusebium & plerosq; alios, generationē ipsam totam Christianitatem accipimus, quæ vsq; ad finē mundi est duratura: iuxta quod ipse dominus ad Petrum Apostolum de ipsius fide loquens, ait: Ego pro te rogauī Petre vt non deficiat fides tua.

¶ Vnde Eusebius: Generationē dicit Ecclesiæ sanctæ suæ ostendens duraturum populum fidelium vsque in tempus illud quo visurus sit omnia, & euentus verborum domini Saluatoris oculis apprehendat.

¶ Nō est ergo (prout delirat Abbas Ioachim) vt expectet quis Euangelium aliud, vel aliud testamentū, vel Ecclesiā aliam, dicente Christo de sacrificio nouæ legis: Hic est sanguis

2. Tim. 4.

Luc. 12.

K

Beda.

Amēquid importet,

Generatio hæc quæ.

Luc. 22.

Abbas Ioachim delirium.

DOMINICA SECUNDA

sanguis meus noui & veteris testamenti. Nō ergo quantumuis sequant tyranni, premant, blasphemant, calumniatur hæretici, fidelis Christianæ gentis generatio vsque ad mundi consummationem præteribit.

¶ Verum quia turbationes & bella, & alterationes tam elementorum quàm cæterarum rerum futura esse prædixerat, ne quis suspicaretur quòd & ipsa Christianitas foret peritura, subiungit consequenter, dicens:

Cælum & terra trāsibunt, verba autem mea non trāsibunt.

Fidei Christianæ stabilitas. L Hic notatur tertium, id est, verborum Domini stabilis confirmatio. Quasi dicat: Et si cuncta commoueantur, fides tamen mea non deficiet. Quo utique innuit Ecclesiam præferri totam mundanæ creaturæ. Nam & si illa alterationem patietur, attamen Ecclesia fidelium, & sermones Euangelij permanebunt.

2. Pe. ult. Quod cælum transibit. ¶ Porro secundum Bedam, cælum quod transibit non æthereum, siue sydereum: sed æreum, à quo & volucres cæli & nubila cæli cognominantur, intelligere debemus, Petro attestante, qui dicit: Qui cæli erant prius, & terra de aqua & per aquam consistens Dei verbo, per quam ille tunc mundus aqua inundatus periit. Cæli autem qui nunc sunt & terra eodem verbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij & perditionis hominum impiorum. Apertè docens quia non alij cæli sunt igne perituri, quàm qui aqua perdituri: hoc est, inania hæc nubila ventosi aeris spatia. Neque enim aqua diluuij, quæ quindecim tantum cubitis motum cacumina transcendit, ultra aeris & ætheris cõfinia peruenisse credenda est. Quocunq; autem ipsa diluuij aqua peruenire potuit, eo nimirum iuxta præfatam Beati Petri sententiam, & ignis iudicij præueniet.

Eccle. 1. cælum & terram trāsibit. ¶ Sed dicat aliquis: Si cælum & terra transibunt, quomodo verum erit quod per Ecclesiasten dicitur: Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum statet. Sed intelligendum est quòd cælum & terra per eam quam nunc habent imaginem transeunt, attamen per essentiam sine fine subsistunt. Præterit enim figura huius mundi. Et ad Ioannem angelus: Erit, inquit, cælum nouum, & terra noua. Quæ quidem non alia condenda sunt, sed hæc ipsa quæ sunt renouantur. Cælum igitur & terra transibit & erit: quia & ab ea quam nunc habet specie per ignem

tergetur

tergetur & tamen in sua semper natura seruabitur. Vnde per Psalmistam dicitur: Mutabis ea mutabuntur. Quam quidem vltimam commutationem suam, ipsis nobis nunc vicissitudinibus nunciant, quibus nostris vltibus indefinenter alternant. Nam terra à sua specie hyemali ariditate deficit, vernali humore viridescit. Cælum quotidie caligine noctis obducitur, & diurna claritate renouatur. Hinc ergo fidelis quisque colligat, & interire hæc, & tamen per innouationem refici, quæ constat nunc assiduè velut ex defectu reparari.

¶ Sed dominicæ assertionis stabilitatem consideremus. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Nihil in rerum corporalium natura cælo & terra durabilius, & nihil in rerum natura tam velociter quàm sermo transit. Verba enim quousque imperfecta sunt, verba non sunt, quum verò perfecta fuerint, omnino iam non sunt, quia nec perfici nisi transendo possunt. Ait ergo: Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, ac si aperte dicat: Omne quod apud vos durable est & sine mutatione, durable ad æternitatem non est: & omne quod apud me transire cernitur, fixum & sine transitu tenetur: quia sine mutabilitate manentes sententias exprimit meus sermo qui transit.

¶ Ecce fratres iam cernimus quod audiamus, nouis quotidie crebescentibus malis mūdus vrgetur, flagella renouata affligunt, repentini casus obruunt, improuisæ calamitates quotidie afficiunt. Sicut enim in iuuentute viget corpus, forte & incolume manet pectus, torosa ceruix, plena sunt brachia: in annis autē senilibus statura curuatur, ceruix exiccata deponitur, frequentibus suspiriis pectus vrgetur, virtus deficit, loquentis verba anhelitus intercipiunt. Nam & si languor desit, plerunque sensibus ipsa salus ægritudo est: Ita mundus in annis prioribus velut in iuuentute viguit, at nunc ipsa sua senectute deprimitur, & quasi ad vicinam mortem molestiis crescētibz vrgetur. Nolite ergo diligere quæ videtis diu stare non posse. Præceptum Apostolicum in animo ponite quo nos admonet, dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mūdo sunt, quia si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Et iterum: Si quis voluerit amicus esse huius mūdi, inimicus Dei constituitur.

M
Gregori⁹
Domini-
cæ asser-
tionis ve-
ritas.

Calami =
torosa mūdi
mutatio.

Vt homo
mutatur.

1. Ioan. 2.

Iacobi. 4.

DOMI-

DOMINICA TERTIA
aduentus.

Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Matth. 11.

In hac sancti Euangelij lectione tria comprehenduntur. Primum est, de notitia veritatis Ioannis interrogatio. Secundum est, Christi de suæ deitatis potentia probata responsio. Ibi: Respondens autem Iesus, ait illi. Tertium est, eximie sanctitatis B. præcursoris commendatio. Ibi: Illis autem abeuntibus.

A *Marc. 6.* Circa primum aduertendum est secundum Marcum quemadmodum Herodes cognomento Antipas Tetrarcha Galilææ, misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem, propter Herodiam uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Quum autem (vt dicit Mattheus)

Matt. 4. audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam: & relicta ciuitate Nazareth, venit, & habitauit in ciuitate Capharnaum. Et quum eatenus miracula pauca (nempe vel vnum vel alterum, illud præsertim quod in Chana Galilææ inuitatus ad nuptias, aquam mutauerat in vinum) effecisset, & necdum palam adhuc prædicasset, exinde (inquit Mattheus) videlicet ab incarceratione Ioannis, cepit Iesus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Cœpit & tantis coruscare miraculis, vt cunctis ipse esset admirationi. Vnde post præmissa Mattheus infert:

Non nisi Ioanne tradito cepit Iesus.
B Et circumibat Iesus totam Galilæam docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Et abiit fama eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus, & tormentis comprehesos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos & paraliticos, & curauit eos.

Ioan. 16. **D**iscipulorum Ioannis contra Christum zelus.
Quum ergo huiuscemodi signis Ioannis gloriam longe superaret (qui vt in Euangelio scriptum est signum quidem fecit nullum) discipuli Ioannis pro suo præceptore aduersus Christum zelo moti sunt, nempe quod Christi gloria opinionis sui magistri detrimentum esse putabant. Vnde e

& dicunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat (quamuis Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) & omnes veniunt ad eum. Et paulo post dicitur, quoniam Iesus plures discipulos faciebat quam Ioannes. Sed & ad Christum aliquando venientes, dicebant, Quare nos & Pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?

Quum ergo etiam iam filium viduæ Christus in Naym civitate à mortuis suscitasset, eaq; mox fama ubiq; vulgaretur, venerunt ad Ioannem discipuli eius idipsum zelo moti, nunciantes: arbitrati magistrum suum nulli gloria sanctitatis cedere debere. Quibus ille fidem in Christum persuadere volens, respondit: Nō potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cælo. Ipsivos mihi testimonium perhibebis, quod dixerim: Non sum ego Christus, sed quia misus sum ante illum. Qui habet sponfam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui.

Quum autem per hæc & alia cōplura de Christo digna testimonia videret se discipulorum animos ut in Christum crederent, inducere non posse, tunc misit duos è discipulis suis ad Iesum interrogans eum, & dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

Ubi considerandum est, quæ fuerit interrogantis intentio. Ioannes enim (ut infra dominus testatur) propheta & plusquam propheta erat. Quis autem prophetarum nesciuit aut tacuit passurum esse Christum? Omnes sciuerunt, omnes prænuñciauerunt: iuxta quod B. Petrus in Actibus Apostolorum loquitur, dicens: Deus autem qui prænuñciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, implevit sic. Quomodo ergo Ioannes saltem propheta (ne dicam plusquam Propheta) aut diceretur aut esset, si quod interrogare videtur ignoraret? Vtique Ioannes propheta & plusquam propheta, sicut & cætera Christi sacramenta, ita & hoc ipsum sciabat, quod interrogabat. Restat ergo ut quæramus, quid interrogauerit, dicendo: Tu es qui venturus es an alium expectamus? & quid opus fuerit ut hoc interrogaret missis duobus discipulis.

Profecto hoc interrogavit, videlicet: utrum ipse esset Messias, id est, Christus, qui utique expectabatur venturus, ita

DOMINICA TERTIA

Ioan. 4.

Ioan. 6.

Quæstio
notanda.

Matt. 3.

Luce 6

Matt. 3.

Interro-
gationis
causa.

Matt. 16

vt mulier quoque Samaritana dixisse legitur: Scio, quia
Mefsias venit, qui dicitur Christus: quum ergo venerit, il-
le nobis annuntiabit omnia. Sed & turbę quas pauerat de
quinque panibus & duobus piscibus ita dixerunt: Quia hic
est verē propheta qui venturus est in mundum. Et hic & il-
lic quod dicitur venturus, idem est ac si diceretur: De quo
scripturæ, siue prophetæ testati sunt quod esset venturus.
Hoc igitur interrogauit vtrum ipse esset Christus, an alius
hoc nomine expectandus.

¶ Sed cur hoc interrogauit eum, quem mefsiam esse pro-
phetando, baptizando, ostendendo, testimoniū perhiben-
do clamauerat? Ad hæc, ipse Ioannes Christum ab se ba-
ptizari volentem, prohibuerat, dicens: Ego à te debeo ba-
ptizari, & tu venis ad me? Quo etiam à se baptizato vidit
cœlos apertos, & spiritum sanctum descendentem sicut
columbam. Audiuit insuper vocem patris: Hic est filius
meus dilectus, in quo mihi cōplacui. Quare ergo post hæc
omnia quasi ignarus vel dubius interrogat: Tu es qui ven-
turus es? Vtique magnam ob causam, quam Euangelista
non præteriuit præmittendo. Quum audisset Ioannes in
vinculis opera Christi, & idcirco missis discipulis modo
quo dictum est interrogat.

¶ Sed nunquid nō idem Ioannes antequā missus fuisset in
carcerē audierat opera Christi? quorū illud pulcherrimū
fuit, quod inuitatus ad nuptias (vt dictū est) aquas in vinū cō-
uertit? Si interrogatione opus fuit, cur nō prioribus signis
cōmonit⁹ interrogauit, præsertim testimonio patris de cœ-
lo audito? Perpendēda ergo est diligētius huius interroga-
tionis causa, quā (vt dictum est) Euāgelista latēter retiguit
præmittēdo: Ioānes cū audisset in vinculis opera Christi.

¶ Nimirum hoc vult intelligi, quia quum opera eius re-
vera essent opera Christi, id est, talia opera qualia nemo
alius facere potuisset, nisi ipse solus Christus filius Dei:
Inter ipsa opera tamen Christum se esse palam non dice-
bat, imō & discipulos suos hoc dicere prohibebat. Verbi
gratia: Quum interrogasset discipulos suos, dicēs: Quem
dicunt homines esse filium hominis, ac subinde: Vos autē
quem me esse dicitis? Respondente Petro: Tu es Christus
filius Dei viui, illum quidem beatificauit pro cognitione
& confessione veritatis: sed hoc eos in vulgus proferre
prohibuit, sicut protinus Euangelista infert, dicens: Tunc
præ-

precepit discipulis suis ne cui dicerēt quòd ipse esset Christus. Cuius prohibitionis causam ex his qua continuo sequuntur, promptum est agnoscere: Exinde, inquit Euāgelista, cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymā, & multa pati à senioribus & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Denique per occasionē regij nominis, scilicet Christi, futurum erat ut traderetur Gentibus à Iudæis, dicentibus: Omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari. Si hūc dimittis, non es amicus Cæsaris. Maximè hāc ob causam ita præcepit. Nequaquam tamen hoc dicere prohibuit, quasi mortem refugere voluerit: sed sicut mortem eius oportebat non multum differri: ita expediebat hanc non nimis accelerari. Prius oportebat credi Euāgelium, & tāta fieri, quanta facta sunt, quorum pars aliqua conscripta, sufficientibus testimoniis probare posset Christianæ fidei sacramentum.

¶ Porro ubi tempus fuit postquam & docuit & signa sufficientia fecit, tunc (quod valde notandum est) non solum neminem prohibuit, verū etiam turbam multam, & pueros multos admisit sibi ad publicā regij nominis acclamationem dicentes: Osanna benedictus qui venit in nomine domini, Benedictum quod venit regnum patris nostri David. Benedictus qui venit rex in nomine domini, pax in cælo & gloria in excelsis.

¶ Itaque dominus noster ante tempus suæ passionis licet filium Dei se esse dixerit, & operibus comprobauerit, tamen regium nomen quod est Christus, quia nimis foret tam Iudæis, quàm Romanæ potestati inuidiosum, & ipse tacuit, & discipulis suis, ut de hoc racerent, præcepit. Hęc dicta sint, ut consequenter elucescat, qualis esse potuerit sollicitudo Ioannis, qui cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? utique ut Christus ipse quis esset, insinuaret.

¶ Constat enim vsque adhuc dicere Iudæos aduersarios nominis huius. Vos Christiani dicitis: Discipuli eius dixerunt, ipse (tamen non dixit, quòd ipse esset Christus, quod ipse esset) Messias, quem nos expectamus. Patásne quòd & ipsi discipuli Ioannis pro magistro suo zelátes (ut dictū est) talia non dixerint, quòdque non aliquando etiam

*Christum
se vocari
ut prohibuit.*

Ioan. 19.

Mat. 21.

Mar. 11.

Luc. 19.

*E
Quo tēpo
re regij
nomē do-
min⁹ vi-
tauit.*

*Ioanis s. &
scitantis
intensio.*

D istud

DOMINICA TERTIA

istud dixerunt: Rabbi, tu illum Christum esse dixisti, ipse autem Christum se esse non dicit: Volens igitur ex ipsius ore auditum esse quod Christus ipse esset, & sciens quia ille fidelis permanet, seipsum negare non potest, mittens per discipulos ipsum interrogat.

F ¶ Hoc, inquam, fidelis amicus sponsi desiderabat, hoc intendebat, ut non contentus Dei filius testimonio Ioannis, maiori se testimonio manifestaret, testimonio scilicet non modo proprio, sed etiam testimonio Dei patris, quemadmodum apud alium Euangelistam ipse dicit Iudæis: Vos misistis ad Ioannem, & ille testimonium perhibuit veritati. Ego autem ab homine testimonium non accipio. Itē: Ego habeo testimonium maius Ioanne. Opera quæ dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater me misit, & cætera, usque ibi: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.

Ioan. 5.

¶ Ecce igitur quod cupiebat Ioannes ex ore ipsius Christi auditum esse testimonium maius Ioanne, imò testimonia de quibus rectè dixerit Psalmista: Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Sūt enim hic duo testimonia: alterum mirandorum operum, alterum scripturarum.

G ¶ Quum autem Christus, Ioannem post hanc suam interrogationem tam eximie commendauerit, ut etiā plusquam prophetam diceret, & angelum suum vocaret, manifestū est ipsum de Christo nil prorsus dubitasse. Nam qui fieri posset ut de illo dubitaret, cui tam validum, tam certum, tam syncerum dederat testimonium? Non ergo Ioannes ipse, sed discipuli eius de Christo dubitabant. Missi sunt, inquit Beda, ut magistrū interrogantes, sibi discerent: non illi, qui non dubitabat. Quum enim Ioanni plusquam privato cuius homini tribuerent (quum tamen Ioannes de venturo semper loquens doceret, sed nec nisi in nomine venturi baptizaret) credebant quidem magistro, sed non credebant Iesum eum esse, quem Ioannes post se venturum promittebat.

Ioannem nihil dubitasse.

¶ In hac enim cum cæteris Iudæis habebant opinionem, ut persuasum haberent Christum in maiori apparatu, longèque splendidiore pompa esse venturum, quod ut olim,

ita

Ita nunc quoque Iudæi omnes errore se deludi credunt. Quicquid ergo eis de Christo Ioannes dixerat, non inducebantur ut crederent. Vnde non immerito ad Christum hos destinavit, ut qui verbis & testimonio Iohannis de Christo credere recusabant, maximis Christi crederent operibus. sicque hos placidè & humaniter ad sequendam Christi fidem prouocaret, qui iam nimirum ex suo magistro pendebant.

*Ioannes
cur interro-
gat.*

¶ Et hunc intellectum sequuti sunt Chrystostomus, Augustinus, Rupertus, Theophylactus, & Cyrillus, qui sic locum hunc exponit.

¶ Ex dispensatione Ioannes interrogat. Nouerat enim ut præcursor passionis Christi mysterium. Sed ut discipulis suis constet quanta sit excellentia Saluatoris, ex propriis discipulis prudentiores misit quos præcipit sciscitari, & ex viua Saluatoris voce conuicere, si ipse est qui expectabatur.

¶ Quamuis cõstet Hieronymum, Gregorium, Bedam hæc eo referre, an Christus in propria persona descensurus esset ad inferna, an potius suo nomine alium illuc redimendis vincis missurus.

¶ Ad hanc igitur interrogationem duplici quo dictum est testimonio dominus respondere dignatus est, non solum ut illis de seipso fidem faciat, sed & multo magis ut fidee omnium in ipsum credentium cõfirmaret. Et primo respondet testimonio suorum mirandorum operum deinde testimonio scripturarum.

¶ Circa secundum dicitur:

Et respondens Iesus, ait illis: Euntes renunciate Iohanni quæ audistis & vidistis. Cæci vident, claudî ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes Euangelizantur.

¶ Hic ponitur Christi de deitatis suæ potentia probata responsio. Vbi duo notantur. Primum est, operum Christi edificatio. Secundum est, dubitantium salutaris admonitio, ibi: Et beatus.

D ij ¶ Circa

DOMINICA TERTIA

H ¶ Circa primum nota, quòd quia dominus quem nihil la-
tet, nouerat fidelem & pium Ioannis animum, nò respon-
dit: dicite Ioanni quia ego sum, ne sic respondendo inter-
rogantium perturbaret affectum. Non ergo ad uerba re-
spondebat interrogationis, sed tantum eis signa ponit ob
oculos & miracula quæ illis respondeant & loquantur, ut
sic & irreprehensibilis, & extra omnem suspicionem esset
sua responsio. Testimonium autem quod operibus datur,
longe certius atque efficacius est eo, quod solis præstatur
verbis. Vbi Rupertus: Optares fortè ò tu quicumque es di-
scipulus Ioannis, discipul⁹ esse gratiæ domini, ut ad interro-
gationem istam: Tu es qui venturus es an alium expecta-
mus, responderet: Ego sum, nec alius est expectandus, esset
quippe responsio hæc eloquiū castum, argentum verum:
sed apud homines non videretur eloquiū castum, non
æstimaretur argentū igne examinatū, quippe quorum di-
iudicatio tam est iniqua, ut ipse sciens & prouidens dice-
ret, & quidem maximè pro sua persona: Amē dico vobis,
quia nemo ppheta acceptus est in patria sua. Sapiens igitur
& ipsa sapiētia, inde protulit responsionis suæ eloquiū
castum, ubi nihil est vel dictum, vel scriptum, quod nò sit
argentum igne examinatum: nec audet dicere quisquam,
nisi impius, quòd non sit irrefragabiliter verum.

Luc. 4.

I ¶ Itaque cui non sufficit testimonium hominis missi à
Deo, qui venit in testimonium, ut testimonium perhibe-
ret de lumine, ut omnes crederent per illum: si non suffi-
cit index digitus, dicentis: Ecce agnus Dei, accedit testi-
monium patris, testimonium operum quæ nemo alius fe-
cit De quibus ex principibus Iudæorum quidam ait: Rabi-
bi, scimus quia à Deo venisti magister, nemo enim potest
hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum illo.
Sciens ergo Christus, nempe Deus cui patent corda, quo
animo misisset eos Ioannes, & causam aduentus eorum,
tunc temporis ueriora egit miracula, de quibus Lucas
perhibet, dicens:

¶ In ipsa autem hora curauit multos à languoribus, &
plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum.
Ad hæc igitur opera consideranda Ioannis nuncios re-
mittebat, dicens: Cæci vident, claudi ambulant, & cætera
quæ sequuntur. Hæc enim admiranda Dei sunt opera,
quæ probarent hunc esse, nec esse alium quem expecta-
rent.

*Christi re-
sponsio ir-
reprehen-
sibilis.*

rent. V
¶ Plen
rent. N
sunt. H
Vnus T
nis n
uit & f
tamen
Itaque
suorū
in leg
phetic
mirum
aures
& ape
pera,
rus D
¶ Itaq
stam
ad eo
gua ra
tis, &
si dice
¶ Cir
nitio
E
¶ Id e
enim
cui p
hic in
in sig
Vobis
fensio
in cap
qui o
Proin
zari,
pter f
rum i
posse
ta tel

rent. Vbi Ambrosius.

¶ Plenum sane testimonium quo dominum ipsi cognosce-
rent. Non enim humane, sed diuinæ hæc virtutis insignia
sunt. Hæc ante Euangeliū vel rara vel nulla inueniuntur.
Vnus Tobias oculos recepit, & hæc fuit angeli, non homi-
nis medicina. Helias mortuum suscitauit, ipse tamē roga-
uit & fleuit, hic iussit. Heliseus leprosum mūdari fecit, nō
tamen ibi valuit præcepti autoritas, sed mysterij figura.
Itaque hæc dicendo Christus quasi digito miraculorum
suorū Ioannis discipulis ad se missis, & Deū se & Messia
in lege promissum irrefragabili testimonio cōfirmat, pro-
phético etiam sermone attestante, quo dicitur: Tunc (ni- *Esa. 35.*
mirum Messia iam præsentē) aperientur oculi cæcorū &
aures surdorū patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus,
& aperta erit lingua mutorum. Hæc enim & his similia o-
pera, Christo testimoniū perhibēt, q̄ Messias esset & ve-
rus Deus, qui hæc propria virtute potuerit efficere.

¶ Itaque cessent verba, loquantur opera. Nam ad propo-
sitam interrogationem non verbis, sed factis respōdit. Et
ad eorum (quod plus est) tacitas cogitationes, & ipse lin-
gua tacens, operibus prophetarum vaticiniis prænuncia-
tis, respondet: dum illuminat cæcos, & erigit claudos: ac
si dicat, operibus credite.

¶ Circa secundum, quod est, dubitantium salutaris admo-
nitio, subditur in litera:

Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

¶ Id est, occasione ruine sibi non acceperit ex me. Multos *K*
enim in Christo scandalum passuros etiam Simeon san-
ctus prænunciauit, dicens de puero Iesu: Ecce positus est *Luc. 2.*
hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israël, &
in signū cui contradicetur. Attestatur & B. Petrus, dicens: *1. Petr. 2.*
Vobis credentibus honor, nō credentibus autem lapis of-
fensionis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est
in caput anguli, & lapis offensionis & petra scandali, iis *In christo*
qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. *sto scan-*
Proinde dum beatos dicit qui in se non fuerint scandali-
zati, Ioannis discipulos ad se missos latenter tetigit, pro-
pter suā humilitatem scādalum passos. Porrò mentis eor-
um ita passionem detexit, vt nullus huius rei testis esse
posset: sed eorum qui sibi conscij erant cōscientiis res to-
ta relicta est. Quod tamen & de generali illo suæ mortis

DOMINICA TERTIA

scandalo non cōgruè potest intelligi. Vnde Beda: Et nuntios, inquit, Ioannes qui eum esse Christum non crediderant, à perfidiæ scandalo castigat, & eidem Ioanni quod quærebat exponit, quia Deus saluos faciendi, & domine exitis mortis, visis tantisque virtutibus, non scandalizari quisque potuit, sed admirari. Sed fidelium mens graue in illo scandalum pertulit, quum eum & post tot miracula morientem vidit.

Gregori⁹ ¶ Quid est ergo dicere, Beatus est qui nō fuerit scādalizatus in me, nisi aperta voce abiectionem mortis suæ humilitatēq; signare? Ac si patenter dicat: Mira quidē facio, sed abiecta perpeti nō dedignor. Quia ergo (subaudis o Ioannes) moriendo te subsequar, cauendum valde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur.

¶ Itaq; & si plerisque promptum fuerit Christum sequi tot miracula facientem, eundē tamen in passione sua humanitatis imbecillitatem ostendentem exhorruerunt multi, retrocedētes & scādalu passi in illa summa ipsius humili-

L tate. Vbi nobis magis est pensandum quàm grande malū

Roma. 8. peccatū sit pro cuius expiatione Dei filiū oportuerit mori, quāmq; fuerit immensa erga genus humanū Dei charitas, qui etiā vnigenito filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū. Ceterū pro confirmatione huius cā-

Fide in Christum cōfirmant. de. eximie veritatis, videlicet q; Iesus est verus indubitat⁹ & vnicus humani generis Saluator, nō solum attendendum nobis est ad cæcos illos qui tūc corporaliter illuminati viderūt, ad claudos illos qui tūc corporaliter mūdati sunt, ad leprosos illos qui tūc corporaliter audierūt ad mortuos illos qui tunc in corpore resurrexerūt. Ibi nanq; nondū perfectio, sed initiū erat operū, quæ dedit ei Pater, vt pficiat ea.

Cæci vident. ¶ Vbi ergo vel quando perfecit ea? Nimirum in morte & resurrectione sua, quando mortē nostram moriendo deuicit, & vitam resurgendo reparauit, ita vt iam non moriatur, mors illi vltiā non dominetur, quod & de nobis nō incerti speram⁹. Et tūc dato spiritu sancto opera ista perficit, quia verè cæci vident. Vbi primo designatur moraliter

8. moral. mentis illustratio, dū videlicet (vt dicit Gregorius) gratia superni respectus cūcta mentis nostræ etiam occulta manifestat, vt qui se heri nō cognouit, hodie se per lamē gratiæ cognoscat & doleat, & sic tandem ad Dei & cele-

stium

stium bonorum cōsurgat cognitionem. Vnde Augustinus Irradiasti & corruscasti, & fugasti cæcitatem meam.

¶ Secundo claudi ambulant. Ecce diuinæ iusionis impletio. Siquidem animæ pedes, mysticè affectus eius sunt. Isti pedes sine Christo ad bonum tardi, imo prorsus inepti & claudi sunt testante Apost. qui ait: Non est volentis (scilicet suum velle) neque currentis (est suus cursus) sed miserentis Dei. Et alibi: Non sumus, inquit, sufficientes à nobis quasi ex nobis aliquid cogitare, sed sufficientia nostra ex Deo est. Vnde & bernardus: Mox vt verbi virtus intus venit, experge facit dormitantem animam.

Claudi ambulant.

*Roma 9.
2. cor. 3.*

Super ca.

¶ Tertio leprosi mundatur. Ecce culparum purgatio. Quid enim aliud est animæ lepra quàm culpa? Quum ergo Dei timore intrinsec^o attactus, affect^o mutaris, presentem Deum per gratiam non dubites.

M Leprosi mundantur.

¶ Quarto surdi audiunt. Ecce verbi cœlestis diligens auditio, vt videlicet interiori mentis auditu Dei verbum hodierno percipiat. Vnde ipse Dominus ait: Qui habet aures audiendi audiat: Deus enim non tam corporis aures quàm mentis requirit, quinimo multo magis interiori nostrum quàm exteriori requirit auditum: Alioqui super petram tantum, non in terram bonam cœlestis verbi semen recipitur.

Surdi audiunt.

Luca 8.

¶ Quinto mortui resurgunt. Ecce interioris hominis viuifica renouatio, De qua renouatione Gregorius: Sicut, inquit, animam habitare in corpore, vitales probant corporis sensus, sic gratiam Dei credentis mentem inhabitare, virtuosa & spiritualis vita comprobatur.

Mortui resurgunt.

¶ Sexto pauperes Euangelizantur. Ecce pauperum consolatio. Quid enim aliud est Euangelizare, quàm bona annuntiare? Pauperes, inquit, Euangelizantur. Vel pauperes spiritu, vel certe opibus pauperes, vt nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos in prædicatione distantia sit. Hæc præceptoris veritatem, hæc magistri rigorem comprobant, quando omnis apud eum qui saluari potest æqualis est. Pauperes, inquit, Euangelizantur, quod vtique vel inter præcipua Messia venturi opera Esaiæ vaticinio fuerat prænuntiatum: Spiritus Domini, inquit, super me coquod vnxit me, ad annuntiandum mansuetis misit me. Quem Prophetæ locum Christus ipse in synagoga Nazareth & legit coram omnibus, & ad se retulit.

Pauperes Euangelizantur.

Bedæ.

Esaiæ. 36.

Luca. 4.

DOMINICA TERTIA

*Christus
primus
pauperes
beatificat*

¶ Quis enim alius ante ipsum paupertatem comendasse, & beatificasse pauperes a seculo auditus est? Et opportunè quidem hæc ad discipulos Ioannis verba loquutus est. Ipse enim a magisterio suo de aduentu Messiae edocti, putabant cum in magno ac splendido mundi huius apparatu fore venturum (vti superius iam dictum est) Quam eorum opinionem erroneam, iam dicto Esaiæ testimonio confirmat. Vnde & per beatum Iacobum dicitur: Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide & heredes regni, quod repromisit diligentibus se?

Iacob. 2.

*Diuites
vt euange-
liū fasti-
diant.*

¶ Hinc autem patet verum esse, pauperibus magis quam diuitibus Euangelium annuntiarī, quod ad illud audiendum pauperes magis properare cernuntur: cum interim diuites qui suam hic habent consolationem, contumacī fastidio tumescant inflati, putantes se satis sibi sapere, nihilquē proinde prædicatione indigere, dum ea quæ mundi huius sunt, id est, emere, vendere, fallere, simplicibus hominibus imponere, perituras diuitias incessanter accumulare, pulchrè norint. Quos decebat Apostolum audire dicentem: Sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum.

2. Cor. 5.

Persus.

¶ Itaque apud huiusmodi homines, prædicatori veritatis (qui diuitibus minimè blandiens non celat veritatē) locus non est, sed palponibus assentatoribusquē, qui sibi illud vel primo loco seruandum statuerunt quod quidam ait: Sed quid opus teneras mordaci radere vero Auriculas? vide sis, ne maiorum tibi forte Limina frigescant, sonat hic de nare canina. Littera, per me equidem sint omnia protinus alba.

*Pseudo
predicato-
rum fre-
quens au-
ditorium.
Thren. 2.*

¶ Huiusmodi adultores, imò pseudopropheta apud plebosquē maximi habentur, qui loquuntur placentia, qui faciunt auditores confidere in mendacio. Hos plausibiliter audiunt mercatores vsurarij, amici carnis suæ, Dei veri inimici. Quos Propheta plangit, dicens: Propheta: tui non aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad penitentiam prouocarent.

¶ Itaque quū in testimonio suæ veritatis, testis fidelis & verax loquitur, dicēs: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis, probauit se esse Dei virtutem & Dei sapientiam. Dei virtutē in his quæ vidistis, inquit, meis operibus quibus cæci vident, claudi ambulant leprosi mundantur,

& ceteri
sibiles
ferantur
¶ Nec
rute
ostendit
di, illi
to spi
ambu
num
& ita
in ret

Illo

In
curso
tem
de sa
hom
phet
vide
gnit
¶ Ci
dicer
iam
luit,
scipu
prac
leren
men

Q
agit
Secu
neba
sum
raqu
los n

& cæteris quæ sequuntur. Et nihilominus per irreprehensibilem saluificamq; doctrinam suam quam ipsi suis hauserant auribus, se Dei sapientiam esse comprobauit.

¶ Nec tamen illis solis datum est Dei sapientiam atq; virtutem cognoscere, quin & in nobis vtrunq; misericorditer ostendit. Nos enim sumus illi cæci (vt dictum est) illi claudi, illi leprosi, illi surdi, illi mortui, & illi pauperes, qui dato spiritu sancto, per Christi fidem videmus spiritualiter, ambulamus, mundati sumus, audimus, à peccati morte in numerabiles secundum exemplum Mariæ resurreximus & ita Euangelizati sumus: vt qui pauperes eramus, diuites in verbo & scientia facti simus.

I. Cor. 1.

HOMILIA ALTERA.

Illis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. *Math. II.*

In hac parte lectionis Evangelicæ ponitur beati præcursoris Christi eximia commendatio. Commendatur autem quadrupliciter. Primo, de constantiæ firmitate. Secundo de sanctæ vitæ suæ austeritate, ibi: Sed quid existis videre, hominem mollibus vestitum? Tertio commendatur à prophetici spiritus eminenti sublimitate, ibi: Sed quid existis videre, Prophetam? Quarto commendatur ab officij sui dignitate, ibi: Hic est enim de quo scriptum est.

¶ Circa primum dicit: Illis autem abeuntibus cœpit Iesus **A** dicere ad turbas de Ioanne, Idcirco nisi iam abeuntibus, iamque digressis nuntiis Ioannem Dominus laudare voluit, ne quis ei assentationis notâ appingeret, si coram discipulis magistrum commendasset, & ne illi tantæ laudis præconia audientes de magistri sui gloria, in corde extollerentur. Itaq; primo Ioannem de constantiæ firmitate commendat, dicens:

Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam?

Secundum Chryostomum, quod ad legatos Ioannis attribuebat, illi iam vel ex solis Christi miraculis certi erant Iesum esse Messiam illum qui vêturus erat: plebs autem ignara quo animo quòue consilio Ioannes Christum per discipulos modo quo dictum est interrogasset, cogitare poterat *Plebs confirmanda*

DOMINICA TERTIA

Ioannem de Christo dubitasse, inconstantem etiam ipsum fuisse, nec in priori perseuerasse testimonio quod toties Christo dederat. Hanc ergo opinionem ut Christus à corde turbatum auerteret, cepit Ioannem laudare, uti mox explicabitur. Neque enim sibi Ioannes, sed discipulis suis interrogauerat. Et hac ipsa laude Ioannis declarat Christus se Ioannem intendisse quum de scandalo loqueretur beatum prædicans qui non foret scandalizatus in se: ut sic Christus utrorumque corda vno inspexerit intuitu, scilicet discipulorum Ioannis, qui eum non credebant illum esse qui venturus erat, & populi qui ex interrogatione Ioannis, ipsum insimulare poterant inconstantia & dubitationis. Vbi Cyrillus: Cōiecit dominus tanquam hominum secreta cognoscens, aliquos dicturos: Si vsque hodie ignorat Ioannes Iesum, qualiter eum ostendebat nobis, dicens Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mūdi? Ut igitur sanaret hanc quæ eis acciderat passionem, damnum quod ex scandalo procedebat exclusit.

Matth. 13.

B

Ioannes à moribus cōmendatur.

¶ Ait ergo. Quid existis in desertum videre? Consistentem enim in deserto Ioannem tota illa regio exibat videre. Vnde in Euangelio scriptum est: Exibat ad eum omnis Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. Nec mirum, quia nouus homo mūdo apparebat, solitariae habitationis admirabilis habitu, innocentis vitæ prædicator regni cælorum, iustitiæ defensor insuperabilis, singularis officij, nempe Baptista (quod eatenus à nemine fuerat usurpatum) & homo Prophetiæ excellentis. Vnde & in Euangelio secūdū Marcū dicitur: Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Ierosolymitæ vniuersi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, consistentes peccata sua.

Marc. 1.

Luc. 3.

¶ Inter hæc autem vel aliud maximè considerandum est, quod existimante populo, & cogitationibus omnibus in cordibus suis de eo, ne fortè ipse esset Christus, cōfessus est, & nō negauit, & cōfessus est quia nō sum ego Christus. Propter ea dominus utiq; testis fidelis, qui testimonium redditurus est omnibus in die iudicij, & pro merito suo singularis. Arūdinem, inquit, vento agitatam existis videre: Quia si dicat secundum Cyrillum: Mirati estis de Ioanne Baptista, & pluries perrexistis ad eum, tam longa deserti itinera

inera
matis vt
clinanti
nihilò h
mario
gitara
indice
rem. A
iustar
pulsus.
¶ Nequ
nem ali
cere ho
dus arg
tus: sed
ter tano
vt aura
aron di
fauore
clinatu
larefcit
cti. Sed
dis ve
roris in
quia h
in iran
aduert
¶ Proin
bet eni
crita n
fructu
ra in tu
nis & p
de forti
runque
tute &
impetu
dicitur
dineto
hypoc
tingun

nera

itineras percurrentes, frustra sanè, si sic leuem ipsum existi-
 matis vt similis sit arundini quocunq; ventus agitat de-
 clinanti. Nequaquam. Non enim inani gloria celsit, & p-
 nihilo habuit popularem auram, siue ventum tantæ existi-
 mationis. Non ergo Ioannes quasi arundo fuit vento a-
 gitata in eo præsertim quasi de Christo, ambigeret, quæ
 indice demonstrans perhibuerat esse mundi Saluato-
 rem. Alioqui ipse sibi non satis constitisset, sed magis
 instat arundinis vento agitatur, huc illucq; fuisset im-
 pulsus.

¶ Nequaquam ergo fieri permisit Christus vt plebs Ioan-
 nem alicuius insimularer leuitatis, qui etiã vsq; adeo pla-
 cere hominibus contempsit, vt & ipsum Herodem intrep-
 dus argueret, dicens: Nō licet tibi habere vxorem fratris
 tui: sed magis propter veritatis & iustitiæ amorem constã-
 ter tandem mortem passus est. Gregorius: Arūdinem mox
 vt aura contigerit, in partem alteram inflectit. Et quid per
 arundinem nisi carnalis animus designatur? Qui mox vt
 fauore vel detractio tangitur in partem quamlibet in-
 clinatur. Si enim ab humano ore aura fauoris fluxerit, hi-
 larefcit & extollitur, totumq; se quasi ad gratiam infle-
 ctit. Sed si inde vetus detractio eruperit, vnde aura lau-
 dis veniebat, mox hūc quasi in partem alteram ad vim fu-
 toris inclinat. Sed arundo vento agitata Ioannes nō erat,
 quia hunc nec blandum gratia, nec cuiuslibet detractio
 in iram asperum faciebat. Nec prospera hunc erigere, nec
 aduersa nouerant inclinare.

¶ Proinde per arundinem benè hypocritæ designantur. Ha-
 bet enim arundo folia, sed fructu prorsus est sterilis. Hypo-
 crita nonnunquam bona verba, quasi folia, profert, sed
 fructu caret iustitiæ. Arundo radices in luto figit, hypocri-
 ta in suorū hæret fæcibus peccatorum. Arundo foris le-
 nis & plana est, sed intus caua, & ideo fragilis. Hypocrita
 de foris simulata quasi politus est iustitia, blandusq; ple-
 runq; & quasi tactu mollis, sed quoniam intrinsecus vir-
 tute & Dei gratia vacuus est, mox ad cuiuslibet frangitur
 impetum tentationis. In Iob de diabolo, loquēte Domino
 dicitur: In vmbra dormit, in secreto calami id est, in arun-
 dineo. Ecce cubile diaboli. In vmbra, inquit dormit, id est
 hypocritarum cordibus, quo radij solis iustitiæ non per-
 tingunt.

In se-

Ioannes
nequaquam
arundo.

C
Ioānis cō-
stantia.
Marc. 6.

Arundo
qui sunt
moraliter

Arundini
qui simi-
les.

Iob. 40.

DOMINICA TERTIA

In secreto calami. i. in hypocritis, qui sicut foris iustitiam simulant, ita etiam peccata sua & abscondunt & celant.

¶ Circa secundum dicitur:

Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum:

D *Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.*

Hic commendatur Ioannes à suæ sanctæ vitæ (præsertim in vestitu) austeritate. Quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Cum negatione interrogat ut prius, ut subaudias, nequaquam. Quum enim ipse esset pœnitentiæ prædicator, pœnitentiæ ac vitæ asperitatem etiam habitu ostendebat. Vnde apud Matthæum dicitur:

*Ioannes
ut à vesti
mentis cõ
mẽdatur.
Matth. 3.*

¶ Ioannes habebat vestimētum de pilis camelorū, & zonam pelliceam circa lūbos suos. Et mox probat Saluator Ioannem mollibus vestimentis vsū non fuisse, dicens: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regū sunt. Vos autem Ioannem non in aulis, sed in deserto quæstis. Habitus sanè tanto homine opportunus, de quo & cœlestis angelus prænuñtiauerat, dicens: Ipse præibit ante illum, scilicet Christum, in spiritu & virtute Helix parare domino plebem perfectam. De Helia enim legim⁹ interrogat se regem Ochoziam: Cuius figuræ & habitus est vir ille qui occurrit vobis, & loquutus est verba hæc? At illi dixerunt: vir pilosus & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Helias Thesbites est. Ioannes ergo sicut Christum præcessit in Helix spiritu, ita & in vestitū Helix. Tales enim vtriusq; fuerunt mores, & zelus auster⁹, talisque vita, quæ non indulgebat sibi ut esset remissior. Et quid est dicere: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt, nisi apertè demonstrare, quia non cœlesti, sed terreno regno militant, qui pro Deo perpeti aspera refugiunt, & solis exterioribus dediti, præsentis vitæ molliciem & delectationem quærunt? Nemo ergo existimet in luxu atque studio vestium peccatum deesse, quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa non esset, nequaquam Petrus apostolus per epistolam scæminas à pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens: Non in veste pretiosa. Sed & diues ille qui apud inferos torquetur, pretiosis & mollibus indutus fuisse non ociosè memoratur.

¶ Quamvis hoc quod Ioannes non fuisse vestit⁹ mollibus dicitur

*Luce 1.
Ioannes ut
similis He
lix.*

4. Reg. 1.

*Grego.
Mollibus
vestiri nõ
earet cul
pa*

dicitur
libus et
blandir
pauit, d
bis fu
Verba l
fixi Cla
parantu
sed pun
¶ Proin
latores
nõ fuit.
scilicet
atq; sua
iniqui,
cõiuu
autè sp
posset,
aliter i
perditio
afferat
dam vi
deberet
¶ Ecce
sunt. P
licet qu
mo mo
facile n
tur. Vn
dam an
rum, fa
Facto v
ticipare
conson
¶ Et qua
tamen,
re, hum
Sunt au
Hi ver
cœlesti
tenebra

dicitur per significationem intelligi & aliter possit Mol-
libus enim vestitus non fuit, quia vitia peccantium non
blandimentis fuit, sed vigore asperę inuentionis incre-
pauit, dicens: Genimina viperarum quis demonstraui vo-
bis fugere à ventura ira? Vnde & per Salomonem dicitur:
Verba sapiętiũ quasi stimuli, & quasi clauis in altum de-
fixi Clauis quippe atque stimulis sapientium verba com-
parantur, quia delinquentium culpas nesciunt palpare,
sed pungerē.

¶ Proinde mollibus esse vestitos per significationem adu-
latores rectę dixerimus, qualis (vti ex dictis patet) Ioãnes
nō fuit. Verũ homines isti mollibus vestiti, assentatores,
scilicet qui regum suorum adulantur peccatis, tractabiles
atq; suaves dominatoribus tãquam beneficis, quum sint
iniqui, sicut adulterij patrator Herodes, ecce in domibus
cõmunijs circa latera regalia comedunt & bibunt. Ioannes
autē spinosus & aspero vestitu arctatus, ita vt palpari nō
posset, hic talis extra conuiuũ in carcere clausus est, nec
aliter in illas regũ domos admittitur, nisi ita vt illic de ei-
perditione sermo tractetur, & sic quodãmodo caput eius
afferatur in disco. Ex quibus apparet, vt dicit Hiero. Rigi-
dam vitam & austeram prædicationem, vitare aulas regũ
debere, & mollium hominum palatia declinare.

¶ Ecce, inquit, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum
sunt. Per vtrũque horum quę de Ioanne dicta sunt, vide-
licet quod nec similis esset arundini vëto agitate, nec ho-
mo mollibus vestitus, planē Christus insinuat, quod nec
facile mobilis esset Ioannes, nec vlla voluptate flectere-
tur. Vnde Chrysostomus: Mollis enim vestis dissoluit rigi-
dam animam. Et si rigidum corpus hanc assumat & aspe-
rum, facile per sui molliem delicatum reddit & fragile.
Facto verò corpore molliore, necesse est & animam par-
ticipare læsionem. Nam & plurimum operationes ipsius
consonant dispositionibus corporis.

¶ Et quamuis plerosq; mollioris cura vestitus effœminet,
tamen, vt ait Ambrosius, alia videtur hic indumēta signa-
re, humana scilicet corpora, quibus anima nostra vestitur.
Sunt autem mollia indumenta delitiosi actus & mores.
Hi verò quibus fluida delitiis membra soluuntur, regni
cœlestis extorres sunt, quos rectores mundi huius atque
tenebrarum harum cœperunt. Hi sunt enim reges qui do-
minan-

*Matt. 3.
Eccle. 12.*

*E
Adulato-
res qua-
les sint.*

*Ioannes
nō facilē
mobilis.*

*Mollia
vestimen-
ta, mora-
liter.*

DOMINICA TERTIA

minantur super operū suorum æmulos. Nec otiosè Ioannis hic persona laudatur, qui vitæ amore posthabito, iustitiæ formam nec martis terrore mutauit. Hæc ille. Ecce igitur infallibile testimoniū vitæ Ioannis, vestitus, scilicet ipsius cum carcere, in quem derusus non fuisset, si arundinis instar vento agitata, nouisset fauere principibus.

¶ Circa tertium dicitur:

Sed quid existis videre Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam prophetam.

F ¶ Hic Ioannes commendatur à prophetice gratiæ eminenti sublimitate. Ac si dicat: Si dignum vobis visum nō fuisset egredi in desertum videre hominem nequaquā arundini similem, nec mollibus vestitum, at sanè dignum erat exire in desertum & videre prophetā, imò plusquam prophetam. Sanè quum iam duabus dictis quæstionibus Christus Ioannem excusasset, quia non decidisset a sui testimoniij veritate, quandoquidem & constantissimus & vitæ quoque continentissimæ & asperrimæ fuisset, adhuc et duobus restat commendandus, vt eo minus suspicari quàm possit Ioannem de Christo dubitasse.

vt nostræ fidei promissum.
Ioan. 1.
Ioan. 3.

¶ In quo etiam & nostræ in Christum fidei magnopere prouisum est, vt nulla nobis hinc subrepat diffidentia cuiuslibet cogitatio, dum & nobis hic idē testis fortissimus atque irreprehensibilis, & verbo testatur & digito, dicet: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ego, inquit, vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Et rursus: Qui credit in filium Dei, habet vitam æternā. Qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

Ioannes vt plusquā propheta
Ioan. 1.

¶ Itaq; Ioannis mentem in notitia Saluatoris mundi (de quo vaticinati fuerant propheta) abundantius qui illorū quenuquam Christus predicat fuisse illuminatā, quum dicit: Etiā dico vobis plusquam prophetam. Quo modo igitur fieri potuisset vt in tam clara, in tam certa notitia tantæ veritatis mens illa ambiguitate vel minima caligasset? Par erat cæteris prophetis Ioannes in eo q̄ venturū nunciavit, dicens: Post me vêturus est, qui ante me factus est, cuius ego nō sum dignus vt soluam eius corrigiā calcamenti. Sed omnibus maior prophetis, imò plusquam propheta erat, dum hunc quē venturum annunciauerat, iam

adesse

adesse n
dixi: Pa
in immo
¶ Sanè n
quo si n
quem in
dicitur,
gnitatem
zauit. V
teris ma
ter ipsu
te, quem
mitantu

Hic

gelum
tum at
¶ Hic Io
gelus fa
gelus e
Et quia
ciem C
¶ Cate
propos
an alim
disse, v
pturari
hic dico
loco di
est eni
Ecce eg
verba p
mos se
domin
vos viu
¶ Ergo
venit q
rebatis
vos, qu
seques

ad esse monstrabat, dicens: Ecce agnus dei. Hic est de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est (id est, mihi in immensum dignitate prælatus) quia prior me erat.

¶ Sanè maior omni propheta, inquit beatus Ambrosius, in quo finis est prophetarum. Quia multi cupierunt videre quem ille baptizauit. Qui etiam hinc plusquam propheta dicitur, quia supra omnem prophetarum omnium est dignitatem ministerium illud Ioannis, quo Dei filium baptizauit. Vnde secundum Chrysostomum, etiam in eo ceteris maior fuit prophetis, quæ Christo fuit propinquior. Inter ipsum enim & Christum nulli alij intercessere prophete, quem admodum qui regi aditant, eumque proximi commitantur, & nobilissimi habentur, & maximi.

¶ Circa quartum dicitur:

Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Malac. 3.

¶ Hic Ioannes commendatur ab officij sui dignitate. Angelus sanè appellatur Ioannes, non natura sed officio. Angelus enim Græcè, idem significat quod Latine nuncius. Et quidem nuncius fuit Ioannes quem Deus misit ante faciem Christi præparare viam eius, uti postea ostendetur.

¶ Cæterum superiore Homilia ostensum est Christum ad propositam sibi interrogationem, Tu es qui venturus es an alium expectamus, gemino de se testimonio respondisse, videlicet testimonio operum, deinde testimonio scripturarum. De testimonio operum illic dictum est, restat hic dicendum de testimonio scripturarum, quod ipse hoc loco dignatus est inducere, dicens: Hic, scilicet Ioannes, est enim de quo scriptum est per Malachiam prophetam: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, & sunt verba patris intemporaliter ad filium suum loquentis. Et mox sequitur: Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis, & angelus testamenti quem vos vultis.

¶ Ergo iam alius expectandus non est, certissimè enim iam *Christum* venit qui expectabatur venturus: dominator quem vos queratis à serui domini, angelus testamenti quem volebatis à *siam esse* vos, quibus & testamentum creditum fuit & promissio. Et sequitur in Propheta: Ecce venit, dicit dominus exercituum.

Iam

DOMINICA TERTIA

Iam enim venit: nam statim illum secundum veritatē huius scripturę venire oportuit, vbi missus est iste Angelus ad hoc destinatus, vt pararet viam ante faciem eius.

¶ Itaque propheticū imò diuinum hoc testimonium, vñ cum supra memoratis operū Christi testimoniis collatū nō sinit ignorare (nisi cum qui ignorare vult) Iesum à Nazaret, qui putabatur filius Ioseph, illū esse dominatorem, & Angelum testamēti, quem querebatis, quem volebatis.

H ¶ Igitur istę duę interrogationes prēmisse (quibus sine dubio subauditur, Non) auditorem attentum faciūt ad tertiam interrogationem qua interrogat, dicēs: Sed quid existis in desertum videre prophetam? Etiam dico vobis & plusquam prophetam: & ita esse subiuncta ratione morprobat, quum dicit: Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciē tuā, qui pręparabit viam tuam ante te. Attentis enim auribus hoc opus erat, vt audito hoc propheticō testimonio, non modo quę tūc pręsentes aderant turbę, verum etiam omnes populi qui hoc erant audituri, oculos aperirent, circūspicerent, ac intelligerent quid & quantum esset responsum ad interrogationis huius intētionem: Tu es qui venturus es, an aliū expectamus? Nimirum hoc tale est, ac si diceret: Ioannes ante faciem meam officium agit Angeli, quod videlicet officium Angeli quātum differat ab officio prophetę, de scripturis sanctis requirendum est.

*Angelorū
& propheta-
tarū offi-
cia differ-
runt.*

¶ Angelorū officium est non solum res venturas, siue iam instantes nuntiare, verum etiam ad certas mitti personas per quas oporteat res ipsas administrari, & earum condā pręparare colloquij sui pręparatiōe, qui digni sint operatione diuinitatis, ad quā oportet per fidem, per quā iustus viuunt, familiariter peruenire. In hoc officio primi post verbum promissionis fuerūt illi tres Angeli, qui apparentes Abrahamę in figura sanctę trinitatis, hospitio eius fuerūt recepti, loquente in ipsis domino ac dicente: Reuertens veniam ad te tempore isto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Nouissimus autem Angelorum qui eiusdem promissionis administratorij fuerūt, Gabriel ad Mariam missus est virginem, vt eius mentem prępararet annūciatione ista: Ecce concipies in utero, & paries filium.

Gene. 18.

Luc. 1.

*officium
prophetarū*

¶ Porro prophetarum officium fuit, promissionē eādē, siue aduentum eius, absque certis pręnunciare personis.

Exem-

Exempli
virgo co
Emman
ad certa
gelizar
hoc mihi
digito d
stration
nes pluf
causas p
libet, Ho
¶ Quod
nes ang
quasi an
ginitate
nē Chri
virgini,
eis, sed
¶ Prępa
singular
nate de
cōceptu
Christū
tem, it
rum. P
nio, iux
nomen
niam p
¶ Prępa
simo Ch
dinet
post m
respues
penitē
est, ipse
¶ Prępa
do. Sic
propin
Christū
vinctū
cēs: P

Exempli gratia: Audite, inquit Esaias, domus David. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Neque iste, neque quisquā alius prophetarū ad certam aliquam personam missus est, vt tale quid Euāgelizaret, neque iste plusquam propheta Ioannes, qui ad hoc missus est à Deo, vt præsentem Christum hominibus digito demonstrans, viam ante faciem eius ipsa demonstratione præpararet. Itaque per hanc excellentiam Ioannes plusquam propheta est, & angelus est. Alias autem causas propter quas Ioannes angelus vocetur, require si libet, Homilia secunda in natali eius.

Quòd autem ad præsens sufficiat ratione gemina, Ioannes angelus vocatur, scilicet ratione vitæ angelicæ. Nam quasi angelus vixit in solitudine, in contèplatione, in virginitate. Secundo ratione officij, vt nunc dictum est. Sane Christum angelus paucis nominauit personis, scilicet virgini, Ioseph, pastoribus, & magis: Ioānes hunc nō paucis, sed palàm toti mundo prædicauit.

Præparabit, inquit, viam tuā ante te. Ecce præcelsum & singulare præcursoris officium. Præiuit enim ante Christum nascendo. Nam & sex mensibus, angelo teste, ante Christum cōceptus, sex mensibus ante Christum natus fuit. Et sicut Christum præiuit & prænucciavit in hunc mūdum venientem, ita & præcessit prænucciavitq; ad inferos descensurum. Proinde præparauit Christo viam suo fideli testimonio, iuxta quod scriptum est: Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.

Præparauit autem Christo viam baptizādo, & suo baptismo Christi baptismū præcurrēdo: ad baptismi consuetudinem paulatim homines assuefecit, ne Christi baptismū post mortē ipsius domini conferendū, quasi rem insolitā, respicerent. Vnde ipse: Ego, inquit, baptizo vos in aqua in penitētiā. Qui autem post me venturus est, fortior me est, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni.

Præparauit nihilominus Christo viā penitentiā prædicādo. Sic enim prædicare cœpit Ioānes: Penitentiā agite, appropinquauit enim regnū cœlorū. Iisdem verbis cœpit & Christus postmodū prædicare. Quū enim audisset Ioannē vinctū esse, venit Capharnaū, & ibi cœpit prædicare, dicēs: Penitentiā agite, appropinquauit enim regnū cœlorū.

E Futuræ

I
Ioannes
gemina
ratione
angelus.

Ioānes vt
Christū
præiuit.

Ioan. 1.

Matt. 3.

ibidem.

Matt. 4.

DOMINICA TERTIA

Marc. l.

¶ Futuræ nihilominus confessioni peccatorum viâ quodammodo præparauit. Nā vt ex Marco superius citatum est, Ioanne prædicante in deserto baptismū pœnitentiæ in remissionem peccatorū, egrediebatur ad eum omnis regio iudææ & Ierosolymitæ vniuersi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine confitentes peccata sua.

¶ Præparauit etiam Christo viam in desertum ituro, vbi quadraginta ieiunaturus erat diebus ac noctibus, dum ipse à primæua ætate habitationem deserti sectatus fuit.

K ¶ Præiuit deniq; Christum moriendo (vt dictū est) & apud inferos aduentum ipsius nuntiādo. Et vt præcursor ille ad epilogum reducantur, Triplex fuit Christi via qua ipsum Ioannes præcucurrit, videlicet, Via eius in mundum, Via eius in mundo, Via eius ex mundo. Via domini in mundum fuit per incarnationem & natiuitatem. Via eius in mundo, fuit per prædicationem. Via eius in mundo fuit per mortis perpeffionem. Istis & aliis præmissis rationibus patet quā merito beatus Ioannes præcursor domini dictus sit.

*Ioānes vt
stellæ ma-
tutine cō-
paratur.*

¶ Vnde & stellæ matutine rectè comparatur, quæ & ortuum solem ortu suo prænuntiat, & quum ille iam exortus fuerit, hæc lumine suo delitescēte quodammodo occumbit. Christus enim lux mundi est, & sol iustitiæ quem Ioannes omnibus iam dictis modis quasi præclaro lumine præcessit. Verum Christo iam doctrinæ miraculorūque fulgoribus quasi propriis radiis coruscante, Ioannes traditur, & pro iustitiæ & veritate moriens occubuit.

*Ioānis
eminētia*

¶ Ad hæc, sicut in firmamento cœli hac quæ dicta est stella matutina, luminosior pulchriorq; nulla est, imò cetera omnia cœli luminaria (sole & lūna demptis) claritate suæ luminis superat, ita etiam sanctos omnes tam veteri testamēti quā noui Ioannes excellit, Christo mox post præmissa dicente: Amen dico vobis, non surrexit inter matros mulierum maior Ioanne Baptista.

¶ Sed quæstio suboritur: Si enim & Christus ppheta, quomodo Ioannes maior est omnibus? Soluit Ambrosius dicens: Sed inter mulierum, non virginis natos. Maior enim fuit Ioānes iis quibus æqualis esse poterat sorte nascēti Christus tantum & virgo mater, vtique duo illa in firmamento duo luminaria magna, quasi sol & luna, sua vtique aliis incommunicabili dignitate, Ioanni præferuntur.

DOMI-

M
 ¶ In ha
 Prim
 cund
 Spon
 de suo
 terrog
 ¶ Circa
 centlo
 esset ip
 preced
 terrog
 gation
 Ioanne
 deli te
 Ieroso
 li, nun
 emine
 nātur.
 sitaten
 lation
 iusmo
 lo nor
 signa
 perem
 erga C
 à se re
 erat) c
 tum p
 miser
 eam,
 ¶ Et c
 tum c
 præfer

DOMINICA QVARTA
aduentus.

Miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum:
Tu quis es? Ioan. i.

A

¶ In hac sacri Euangelij lectione tria comprehenduntur. Primum est, solennis Iudæorum ad Ioannem legatio. Secundum est, Ioannis de semetipso irreprehensibilis responsio, ibi: Et confessus est, & non negauit. Tertium est, de suo Ioannis ministerio veridica recognitio, ibi: Et interrogauerunt eum.

¶ Circa primū dicitur: Miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, nimirū sciscitatu-
ros quis esset ipse. Vbi notandum est quòd in Euāgelio dominicæ præcedentis, Ioannes legatione missa Christum de se interrogat, in Euangelio præsentis, missa ex Ierosolymis legatione de seipso quis qualisve sit ipse interrogatur. Ibi Ioannes à Christo cōmendatur, hic Christum Ioannes fidei testimonio prædicat. Itaq; legatione solēni ab electo Ierosolymorum loco, nempe ciuitate regia & sacerdotali, nunciij nō quicunq; sed dignitate venerabiles & officio eminentes, quippe Sacerdotes & Leuitæ, ad Ioannē destinantur. Vbi cernere est erga Christum inuidiam & peruersitatem Iudæorum. Qui quum Ioannem tanti honoris delegatione fuerint venerati, qui signum nullū fecit, nihil huiusmodi erga Christū fecisse reperiuntur qui signis à seculo non auditis Deum se esse ostēdit: quin potius post tot signa & ingrata genti beneficia collata, in cruce tandem peremerunt. Sed quod Iudæi erga Ioannem, hoc Ioannes erga Christum prosequitur. Nam & delati honoris munus à se remouit, & Christū suo testimonio sublimiter (vt pariter commēdauit. Vnde & mox ante huius lectionis initium præmittitur: Et hoc est testimonium Ioannis, quādo miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum: tu quis es?

¶ Et quidem non parum ad rem attinet scire harum rerum quæ lectione comprehenduntur tempus & causam, præsertim quum exinde possit dignosci vtrum de cælo an

Iudæorū
contra
Christum
inuidia.

Ioānis er
ga Christi
sinceritas.

DOMINICA QVARTA

*Tempus
legationis*

*Testimo-
nium Ioa-
nis synce-
ricas.*

Luc. 3.

*Christi
personam
ut igno-
bat Ioa-
nes.*

ex hominibus testimonium eius sit, id est utrum ex con-
iectura humana, an ex prophetiæ spiritu testimonium Io-
annis prodierit. Hoc ergo testimonium tunc loquutus est,
quando legationem hanc ad ipsum miserunt Iudæi ab Ie-
rosolymis. Videlicet, recens à deserto venerat, ubi vitam
anachoriticam duxerat adeo incognitam hominibus, ut
quādo ipse venit, aut Christus, aut Helias, aut vnus ex an-
tiquis prophetis, ex occultis, & soli Dei cognitis locis ap-
paruisse, putaretur.

¶ Quod utique palam suffragatur veritati, scilicet quod
nō ex hominibus (ut prædictum est) sed de cælo testimo-
nium eius fuerit. Non enim fama Iesu excitus venerat,
quippe qui adhuc inter homines occultus degens, nihil
famosum operabatur: neque ab illo per visibilem aliquē
nuntiū fuerat euocatus, sed (sicut refert) iussus venit præ-
dicare & baptizare. Ait enim quod anno quinto decimo
imperij Tiberij Cæsaris, factum est verbum Domini super
Ioannem Zachariæ filium in deserto, & reliqua. Ergo ne-
sciebat adhuc dominum Iesum secundum hominem, do-
nec vidit eum venientem ad se inter turbas, ut baptizaretur
ab eo in Iordane, & tunc reuelante eodem spiritu quo
factum fuerat super eum verbum Domini, cognouit esse
Christum dominum ante cuius faciem ipse mittebatur ut
pararet viam eius. Vnde & postmodum diciturus est. Et ego
nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille
mihi dixit: Super quem videris spiritum Dei descendente
sicut columbam, & manentem in eo, hic est qui baptizat in
spiritu sancto.

¶ Non tamen ignorabat venisse Christum, quum vix; ob
hoc à deserto expulisset eum spiritus, ut veniens prædicando
& baptizando, insuper & moriendo, suæ coram illo præ-
cursoris officio fungeretur. Neque ignorabat dignitatē
maiestatēque eius, quam & minoris gradus prophetæ
ignorauerāt, sed secundum hominem nesciebat illum (ut
dictum est), id est, cuius figuræ vel habitus esset, aut ubi
vel quibuscum hominibus habitaret. Tāto ergo fidelius
& omni acceptione dignius est testimonium, quanto ab
omni humano favore purum, vel cōiecturæ præsumptio-
ne constat esse liberrimum. Igitur non ab reposito testi-
monij huius tempore vel causa, nunc ipsa verba restant,
eo ordine quo ad idem testimonium ventū est, disserēda.

Novē-

Novem
stum est
de Iuda
nim dix
de Iuda
dus est
tum esse
sertim c
genē pe
rant ex
que dec
gnoscer
ginta he
super v
& hinc a
tur iustu
vngatur
ta prænu
risset. Ig
se Chris
semper
monēte
carnale
pietēs
suos sci
tim ad
tum ut i
¶ Inter
eius opi
omnibu
tiz & v
tum bap
factus est
suadere
cogitab
set Chr
profiter
sentū; s
minimē
tens, ve
¶ Accē

Nouerant Iudæi ex lege & prophetis magnū regē Chri-
 stum esse venturū, nec defecturum regem vel principem
 de Iuda priusquam veniret ipse qui mittendus erat. Sic e-
 nim dixerat pater eorum Iacob: Non auferetur sceptrum
 de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mitten-
 dus est. Iam verò sub oculis suis, ea videbāt, scilicet abla-
 tum esse sceptrū de Iuda, & ducem de fœmore eius: præ-
 fertim cum in regno diuiso ac dilacerato, quatuor alieni-
 genæ per partes singulas principarentur. Hoc ipsum pote-
 rant ex Daniele cognoscere, quod iam ferme ad finē vs-
 que decurrissent annorū hebdomades quas ei angelus co-
 gnoscendo Christi aduentui reuelauerat, dicens: Septua-
 ginta hebdomades abbreviatę sunt super populū tuum, &
 super urbem sanctam tuam, & consumetur preuaricatio
 & finē accipiet peccatum, & deleatur iniquitas, & adduca-
 tur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, &
 rogatur sanctus sanctorum. Sciebant autem sic à Prophe-
 ta prenuntiātū, & quod (vt dictū est) præfixū tēpus decur-
 risset. Igitur facillē persuaderi poterāt vt crederent veni-
 se Christum ad omnē sonum arrecti semper atq; suspecti
 semper aliquid audire cupidi, vtpote iuxta carnalem opi-
 nionē suā habituri aureā atq; gēmatā Ierusalē, & seculū
 carnale, regnūmq; victoriosum, ita vt iuxta Prophetam ca-
 piētes essent eos qui cœperant, & subiicerent exactores
 suos scilicet Rom. quorū tunc ditioni superant. Hoc sta-
 tim ad prædicationem Ioannis poterant suspicari, in tan-
 tum vt ipsum esse Christum existimarent.

Interea Ioannis Baptistę fama sanctitatis virtutumque
 eius opinio crebrescere vehementer cœpit, admirātibus
 omnibus singularem suę vitę sanctimoniam, zelum iusti-
 tię & veritatis: prædicationis efficaciam, & eatenus insue-
 tum baptizandi officium: quibus rebus tantę authoritatis
 factus est apud omnes vt quod vellet facillē illis posset per-
 suadere. Vnde secundum Lucam existimabat populus &
 cogitabāt omnes in corde suo de Ioanne ne fortē ipse es-
 set Christus. Itaq; magnopere cupiebāt vt se Christū esse
 profiteretur. Libentius enim ipsum suscepissent agnouis-
 senę; sibi Messia, quā ipsum Christū. Quod quia Christū
 minimē latuit, ait de Ioāne: Ille erat lucerna ardens & lu-
 cens, vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.

Accedit etiam ad hæc Iosephi testimoniū, qui ait Ioan-

E iij nem

*Iudæos tē-
 pus aduē-
 tū Christi
 cognouis-
 se.*

Gene. 49

Daniel. 9

*Iudæorū
 expecta-
 tio.*

Esa. 60.

*cur Iu-
 dai præ-
 sto erant
 Ioāne pro
 Christo
 recipere.*

Luc. 3.

Ioan. 5.

DOMINICA QVARTA

*Anti. 18.
Iac 14.
Iosephi re
stimoniu
de Ioanne*

nē qui vocabatur Baptista. Herodes occidit, virū valde bonum, qui præcipiebat Iudæis virtuti operā dare, iustitiam colere, in Deum seruare pietatē, & per baptismum in vniū coire, tum demū baptismū acceptabilē fore, si non solū ad abluēda peccata sumatur verū etiā ad castimoniam corporis atq; animæ iustitiā, purificationemq; seruetur, omnium pariter virtutū velut signaculū & custodia quardā fidelis habeatur. Et quum ab eo huiuscemodi præcepta docerentur ad audiendum eum plurima turba concurrebat, præceptis que eius ac monitis parata plebs erat in omnib⁹ obedire. Hæc Iosephus. Hinc etiā beatus Augustinus. Non mitteēt inquit, Iudæi ad Ioannem, nisi mouerentur excellentia authoritatis eius, quia ausus est baptizare. Et secundū Christostomum, sic fide dignum existimarunt esse Ioannem, vt ei de seipso testimonium dicenti crederent. Vnde dicitur Vt interrogarent eum, Tu quis es?

*Rupertus
Quid su-
dicos in
Ioanne
offēdebat*

¶ Veruntamen carnalē illorū spē nō parū offēdebat quod humilitatē pœnitentiæ prædicabat, & genimina viperarū faciendo dignos fructus pœnitentiæ fugere à ventura ira cōmouebat, & ita omnino regni Dei leges suis vitiiis (quibus libēter inhērebāt) cōtrarias illo prædicatē fore audiebant. Miserūt ergo legationē (sicut iam dictū est) interrogantes. Tu qui es? Tu inquirunt, homo tanti nominis, qui tāta authoritate nouū baptismi ritum inducis, quē te esse dicis? Nimirū audire cupiebāt (vt dictum est) ex ore ipsius num ipse esset Christus pro vt vulgo iam existimabatur.

*Tentatus
Ioannes si
delu per-
mansit
Esai. 14.
Gene. 3.*

E Vbi notatu dignissimū est, quā grauitè hic Ioannes sit tentatus. Tentauit semetipsum diabolus vt similis esset altissimo in cœlum, inquiens, conscendā super astra Dei ex altabo solium meum, Ascendā super altitudinē nubium, similis ero altissimo. Tentata fuit per diabolū ipsum Eva vt sese Deo cōpararet, ita enim tētator ait: scit Deus quod in quocunq; die comederis ex eo (nimirū fructu ligni vititi) aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij sciētes bonū & malum. Itaq; sicut in cœlo lucifer, & Eva in paradiso, ita & hic Ioannes tentatur in paradiso, vt similem se faceret Deo, vt se Christum esse profiteretur. Graui sanē & magna hæc etiam ad blasphemiam tentationis suggestio, vt que adeo, vt grauius sub cœlo peccare nemo posset quā hic Ioannes, si post tanta gratiarum sibi collata dono sese Melsiam professus, Deum vtique, blasphemasset.

*Tentatus
grauius.*

Atille

¶ At ille
onis hu
sed nec
mensura
li asser
regum t
adulator

Et co

non

Hic por

sibilis. E

taor pro

est: Tu o

stus, pro

id aper

lorum f

tur, qui

ponden

ultimo

in des

¶ Porro

tempu

presen

tempu

Melsie

sicut Th

stoloru

tum est

¶ Ante

cui cor

qui occ

redacti

bus pro

Cesari

pulum

dispersi

aduene

est, tu q

retur.

¶ At ille arundo non erat, vt vento suggestionis & tentationis huiuscemodi agitari posset, & a veritate deflecti, sed nec homo erat mollibus vestitus, vt præconia famæ mensuram suâ excedentis, quasi palpantium manus, molli assensu exciperet, quo modo faciunt ij qui in domibus regum sunt, quia potestatem habentes gratulantur, quod ab adulatoribus suis benefici vocantur.

¶ Circa secundum dicitur:

Et confessus est, & non negauit. Et cōfessus est: Quia non sum ego Christus.

Hic ponitur Ioannis de semetipso responsio irreprehensibilis. Est autem eius hæc responsio quadruplex iuxta quatuor propositas sibi interrogationes. Quarum prima hæc est: Tu quis es? Quum vellent querere num ipse esset Christus, prout omnes eum esse existimabant, noluerunt tamē id apertè proferre, ne temerarij putarentur. Hanc enim illorum fuisse intentionem, ex Ioannis responsione colligitur, qui non verbis, sed affectui & intentioni eorum respondens, ait: Non sum ego Christus. Nam quis ipse esset vltimo tandem eloquutus est, vbi ait: Ego vox clamantis in deserto.

¶ Porro secundum Origenem (sicut & superius dictum est) tempus aduentus Christi populum tunc recreabat quasi iam præsens existens, legis peritis & sacris scripturis Christi tempus speratum colligentibus, quamobrem nonnulli Messie sibi nomen temere vsurparunt. Iosepho perhibente sicut Theodas, & Iudas Galilæus. Vnde & in Actibus Apostolorum Gamaliele in cōcilio iudeorum differente, scriptum est:

Messie nomen vsurparent. Act. 5.

¶ Ante hos dies extitit Theodas, dicens se esse aliquem: cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum qui occisus est, & omnes qui credebant ei dissipati sunt & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis (id est, quibus per singula capita census Cesari in signum subiectionis persoluebatur) & auertit populum post se, & ipse periit, & quotquot consenserunt ei dispersi sunt. Quum ergo feruentius Christi expectaretur aduentus, Iudei transmittunt ad Ioannem, per hoc quod est, tu quis es, conuicere volentes si ipse se Christum fate-
retur.

DOMINICA QVARTA

Rupertus ¶ Nō sum ego, inquit, Christus. Verax utiq; veritatis p̄co-
cauit sapienter mortiferum diuini nominis adulterium,
velut is qui quum paranymphum se esse sciret, clanculū
ad sp̄sām veniendo, sp̄sūm se esse mentiri nollet. Nā (vt
dicit Chrysoſt.) deuoti famuli est nō solum nō rapere glo-
riam domini, sed & oblatam à multis, respuere.

Gregori⁹ ¶ Vbi planè Ioānis humilitas cōmendatur, qui quum tante
virtutis esset vt Christus credi posset, elegit solidè subsiste-
re in se ne humana opinione raperet inanita super se. Nā
confessus est, & non negauit: confessus est, quia non sum
ego Christus. Sed qui dixit non sum, negauit planè quod
nō erat, sed nō negauit quod erat, vt veritatē loquēs eius

Rupert⁹, membrū fieret, cuius sibi nomē fallaciter non viurparet.

Ioannes hinc confessor ¶ Vbi & illud notandū est, q̄ Euangelista hanc negatiuam
enuntiationē qua Ioannes ait, nō sum Christus, cōfessio-
nem esse affirmat: hoc nimirū intendens, vt hoc maximè
loco Ioannem Baptistam Christi cōfessorem esse sentias.
Nā si Christum se esse dixisset, vel ita opinātib; confes-
sisset, eum proculdubio qui Christus est, Christū esse nega-
set. Igitur ex hoc satis cōstat, quia dū dicit pro testimonio
Christi, non sum ego Christ⁹, vno & eodem dicto Christū
confessus est, Christum non negauit, ac per hoc verus hoc
loco Christi confessor claruit. Itaque Ioānes fidelis Chri-
sti confessor & testis, & ipse dignum recepit testimonium
pronuntiante sic Euangelica veritate: Et confessus est, &
non negauit: & subaudias, Christū: quē profecto negasset
si aliud dixisset quum dixit: Non sum ego Christus.

¶ Ecce ad primam illorum suscitationem prima & irrepre-
hensibilis Ioannis responsio, sed nondum suscitandi finis.
Sequitur enim:

Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dixit: Non sum.

H ¶ Audito quòd se esse Christum negasset, rursus interro-
gāt num esset Helias. Nam quum iam tēpus messis adue-
nisse intelligerent (vt iam dictum est) & scirent Heliam
venturū esse ante Christū, iuxta quod p̄dictum erat per
Mal. 4. Malachiam prophetā dicentem: Ecce ego mitto vobis di-
cit dominus Heliam Prophetā antequam veniat dies do-
mini: Cogitabāt ne fortè ipse esset Helias, q̄ ipsius cū He-
lia in vita & moribus grādis esset similitudo. Itaque inter-

roga

rogauit
sensum
non sum
futuro
nos o
demqu

¶ Sic en
tione H
dixisset

re, Ioan
pugnet
lias my
aliud E

Heliaz,
¶ Sed &
pares si

vtiq; z
Iezabel
Herodi

catu. S
quòd si
cessurus

primū
mi, ille
quòd Io

ria non
esset sci
¶ Contr

se esse d
illorum
fallum f

¶ His re
tia inter

Prop
¶ Et hoc
in deser
pheta. I
cio Pro
fuerit, p

¶ Proph

rogauerunt: Helias es tu? Et dixit: Non. quasi dicat. Iuxta sensum & opinionem vestram in persona Helias ille ego non sum, qui in igneo curru quōdam raptus est in cœlum, futuro tempore referuādus, sed sum homo alius ante annos circiter triginta patre veterano, & matre sterili eademque proeecta ætate, progenitus.

Helias se esse negat

¶ Sic enim distinguendū est, quia videlicet sine vlla exceptione Heliam se esse negare non poterat. Alioqui contradixisset Christo dicenti de illo ad turbas: Si vultis recipere, Ioannes ipse est Helias: Nunc autem quomodo non repugnet perspicuū est. Nam quod ait dominus, ipse est Helias mysterium est, ac si dicat: In hoc est Helias quod iuxta aliud Euangelij testimonium venerit in spiritu & virtute Helix, & eandem cum illo spiritus gratiam acceperit.

*Lucæ I.
Ioānes cū*

Helias similitudo.

¶ Sed & Ioannis vitæ austeritas, rigorque, mentis & Helix, partes sunt. Ille in heremo, & iste in heremo victitabat, & uterque zona pellicea cingebatur. Ille quia regem Achab & Iezabel impietatis arguit, fugere compulsus est. Iste quia Herodis & Herodiadis illicitas arguit nuptias, capite truncatur. Sed & idcirco Ioannes Helias à domino vocatus est quod sicut iuxta dictam Malachię prophetiam Helias processurus est, & venturum iudicem nunciaturus, sic Ioānes primum Christi præcesserit aduentum, & uterque, hic primus, ille secundus aduentus nuntius sit. Itaque mysticum est, quod Ioannes à Salvatore Helias dictus est. At illi mysteria non quærebant, sed tantum an ipse in persona Helias esset sciscitabantur.

¶ Contrarium itaque nō est sententię veritatis quod Helias se esse denegat, quia quod mystico intellectu verum erat, illorum sensu qui interrogabāt, si diceret: Helias ego sum falsum fuisset.

¶ His responsionibus acceptis, necdum cōtenti, etiam tercia interrogatione Ioannem discutiunt, dicentes:

Propheta es tu? Et respondit Non.

¶ Et hoc planè verū est, licet de illo dicat dñs. Quid existis in desertū videre Prophetā? Etiā dico vobis & plusquā prophetā. Ioannes enim virtute quidē Propheta erat, sed officio Propheta nō erat. Quod autem officio Propheta non fuerit, palam fit ex Prophetici officij definitione.

*I
Mat. II.*

¶ Prophetarum officium fuit, verbum domini antequam

caro

DOMINICA QVARTA

*Officium
Propheta
rum.*

caro fieret, carnē assumpturum esse, dictis prænunciare factis præfigurare. Nam & si sunt & fuerunt plurimi qui diuersis in rebus Prophetæ spiritu perduci meruerunt, eos tamen solos in Prophetarum catalogo sancta ecclesia computat, qui de summis rebus, id est, de incarnandi verbi mysteriis sancti spiritus oraculum mente perceperunt, voceq; & literis mundo annunciauerunt.

¶ Ioannes autē non hoc modo æterno Dei verbo obsequit^r est, quippe qui nō in vmbra futurorū, sed in veritate erat præsentium, neq; præferbat propheticum sermonem, cui attendendum esset tanquam lucernę lucenti in caliginoso loco, sed prætento digito monstrabat verum solem mōdo iam exortum. Igitur officio propheta non erat: Virtute autem vel gratia, Propheta, imō plusquam Propheta erat, quia videlicet præsentem Prophetarum omnium verticē, Christum contingens, ipsius mysteria Prophetis omnibus

X familiaribus nouerat.

¶ Sed dicit aliquis: Quis interrogatus utrū esset Propheta quum de officio negauit, de virtute vel gratia Prophetali quę in se erat reticuit? videlicet, quia cum hi qui interrogabant ex aduerso consisterēt, quod & paulō post Euāgelista latenter innuit, cū dicit: Et qui missi fuerāt erāt ex Pharisæis, cum ergo insidiosa intētionē starēt ex aduerso, nec animo discēdi venissent, nō placuit spiritui sapiētia in animo sancti præcursoris habitāti alio modo indignis respondere. Tātum ergo ad interrogata irreprehensibili parcitate respondit. Sed nemo iure reprehenditur quod non responderet vltā vel aliter quā exigit modus inquisitionis.

*Qualis
propheta
Ioannes
non erat.*

¶ Vel potest dici, quod cum plures in Israël æditi fuerint Prophetæ (vt dicit hic Origenes) vnus de quo Moyses prophetauerat, præsertim expectabatur, prædixerat enim: Prophetam vobis suscitabit Deus ex fratribus vestris, sicut me, illi parebitis. Sciscitantur ergo interrogatores isti non si foret Propheta simpliciter, sed cum articulo in Grego sermone ponitur, Propheta, inquit, es tu? Per singulos enim prophetas nouerat popul⁹ Israël neminē eorum fuisse hūc, quē Moyses prænuñciauerat, qui (sicut Moyses fecerat) medi⁹ starēt inter Deum & homines, & accepto testamento à Deo, illud tradidisset discipulis. Hoc autem tātū tamque singularis Prophetæ nomen illis Christo minime tribuentibus, sed arbitrantibus alium quempiam ab illo-

ab illo,
Prophe
lum ma
thorem
numi i
ergo i

Dix

qui n

Quand
interrog
tatis pu
rogatio

¶ Verū d

nus nun

Ioāne q

ta nisi et

Quid di

nos? Spe

¶ Vbi ef

nium su

q Christ

testimon

& Xpi,

xē appe

diceret

dit, q; ne

altitudi

Ego

sicut

ex P

Respo

missi ad

videri m

scere, qu

si sunt, q

re omne

habere i

retrosu

audierin

erit hoc

ab illo, Prophetam illum fore, Ioānes sciuit, quoniam ille
Propheta nemo alius quā Christus est. Sciens ergo se il-
lum magnum Prophetam, id est, mundi. Saluatorem, au-
thoremq; noni & aeterni testamenti non esse interrogatus
num ipse Propheta ille esset, rectè respondit: Non. Adhuc
ergo iam quarto sciscitantur. Vnde sequitur:

*Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his
qui miserunt nos? Quid dicis de teipso?*

Quamdiu ij qui sibi sapientes & prudentes videbantur, *Chrysof.*
interrogationibus irreuerenter habitaculum tantæ sancti-
tatis pulsauerunt, simplici negatione iuxta modum inrer-
rogationis (vt par erat) cessati sunt.

¶ Veni quia nemo est bonus seruus sine ministerio, nec bo-
nus nuncius sine responso, quū non sufficeret illis scire de
Ioāne quid erat, quia nec Christ^o, nec Helias, nec prophe-
ta nisi etiā scirēt quid erat, adhuc acrius insisterūt, dicētes:
Quid dicis de teipso? vt responsum dem^o his qui miserunt
nos? Sperabant sanè aliquid magnum & nouum audire.

¶ Vbi est cōsiderare Ioannis autoritatē, quia & testimo-
nium suū de seipso Iudæis erat acceptabile, vt iā dictū est
q̄ Christo de se testimonium dicente, dixerūt: Tu de seipso
testimoniū perhibes, testimoniū tuū nō est verū. Quū ergo
& Xpi, & Helias, & pphetæ, nomina de se negasset, tū eni-
xè appetebāt scire quidnā Ioānes de seipso, & quē se esse
diceret. Tūc delectis illis ad se nūciis hoc de seipso respō-
dit, q̄ nec interrogare ipsi nosset, nec quod auditum præ
altitudine mysterij vllatenus possent attingere, dicens:

*Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam domini
sicut dixit Esaias Propheta. Et qui missi fuerant erāt
ex Pharisæis.*

Responsum sanè magnum, sed quod non intellexerūt qui
missi ad eum venerant, Nec mirum. Nam illi qui sapientes
videri magis volunt quā esse, nescire malunt quā di-
scere, quales utiq; erant isti, qui ob hoc ad Ioannem mis-
si sunt, quia tales æstimabantur qui possent comprehende-
re omne respōsum, & quæ omnibus quæ dicerentur certū
habere iudicium. Sed prauè prudentes declinant animo
retorsum, & hoc respōsum dissimulatores callidi quasi nō
audierint, surda aure prætereunt. Sed nos prout datum fu-
erit hoc responsum expendamus.

Primum

*Quanta
Ioānis a-
pud Iude-
os autho-
ritas.
Ioan. 8.*

*M
ΑΥΤΟΓΑΝ-
ΤΙΟΝ ΤΥΠ^o*

DOMINICA QUARTA

Rupertus ¶ Primum igitur per hoc quod ait: Ego vox clamantis in deserto intelligi datur, quia contemporalem Christo se esse fatetur, nempe cuius ipse vox sit. Et aduerte quod sicut Ioannes dictus est à Christo Helias, non quidem in persona, sed officio, ita etiam officio vocem se esse fatetur. Et hoc propter duo.

¶ Primo quia vox est manifestatio verbi quod utique nihil aliud quam mentis conceptus est. Quoniam ergo Deus pater verbum suum iam nunc incarnatum per beatum Ioannem mundo manifestum fecit, ideo ipse rectè vox dicitur. Vnde ipse de eodem Dei verbo incarnato, id est, domino Iesu Christo ait: ut manifestetur in Israël, propterea ego veni. Ipse enim fuit homo missus à Deo in testimonium,

Ioan. 1.

Ioan. 10.

ut testimoniū perhiberet de lumine, id est, de Christo, qui ait: Ego sum lux mundi. Sequitur: Ut omnes crederet per illum.

¶ Secundo B. Ioannes vox dicitur, quia vox est propinquo manifestat eum cuius est. Potest enim se quispiam manifestare vel per interpositam personam, vel per vocem propriam. Et quum aliquis sui aduentus nuntios præmittit, adhuc non dicimus eum adesse. Verum audita voce eius, dicimus: Ecce hic est. Prophetæ omnes ante Ioannem nuntij fuerunt, venturum mundi redemptorem annuntiantes, Ioannes verò qui missus est ante faciem Christi parare viam eius, vox Christi fuit. Quòd utique longè maius erat quam esse vel Heliam, vel quemlibet prophetarum. Et quidem magnus esse perhibetur, de cuius aduentu & officio Esaias longè ante vaticinatus est. Sicut dixit, inquit, Esaias propheta.

Magne authoritatis huc testis.
N ¶ Proinde magnum & reuerendum oportebat esse hunc testem propter indigentiam filij hominis, pauperis & egeni propter nos facti, & propter nos magno testimonio indigentis. Propterea tantus ac talis venit qui testimonium perhibens dignus esset audiri: imò non posset contemni. Et quidem ipse Ioannes non nimis ultroneus, imò nimis importunè pulsatus ab inquirentibus, nimisque discussus quis ipse esset, hæc tandem respondit: Ego vox clamantis in deserto. Sanè quando venit ista vox clamantis, tam magnificè venit, ut conceptus ex utero senectutis & sterilis Gabriele archangelo annuntiante, spiritu sancto repletur necdum in lucem æditus, tantis natiuitatem eius concomitantibus signis, ut timerent omnes vicini, & sa-

Luc. 2.

per

per omnia montana Iudææ diuulgarentur hæc, & ponerent omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quis putas puer iste erit?

¶ Ego, inquit, vox clamantis in deserto. Ac si dicat: Ego ille sum, & illa vox ego sum, quã Elaias interiori auditu clamantem vobis audivit, vt paretis vias eius, quia nunc adest, scilicet Christus. Clamo nunc verbis, parate viam domini: quia dico vobis, pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Tãta hæc vox est, vt Prophetæ tanto antè tempore hãc in spiritu audiens, gaudio attonitus exclamauerit, dicens: Vox clamãtis in deserto. Dignum ergo est, inquit, vt & vos mihi credatis, quum vobis ostendero Christum. Sicut enim ad hoc fit vox vt verbum audiatur, sic ego ad hoc natus sum, vt per ministeriũ meum Christus qui est incarnatum æterni patris verbum, præsens agnoscat.

¶ Parate, inquit, viam domini. Quasi dicat: Iam in via dominus est, præsentis vitæ viã ingressus est. Ad opus grãde nunc proficiscitur. In via nunc est, Ecce tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gygas ad currendam viã. Sed vnde venit, & quò est iturus? A summo cœlo, inquit, egressio eius, & occursum eius vsque ad summum eius. Nolite ò Iudej nolite obuiare, nolite resistere, nolite ei obstinationis offendicula ponere. Nam super quem ceciderit, comminuet eum. Vt illis, quorum scelere in mortem tradèdus est. At illi surda (vt dictum est) aure clamorem eius præterierunt, quasi nihil illis dixerit.

¶ Sed nos surditatis istorum exemplum execrãtes, audiamus & attendamus cuius clamãtis Ioãnes vox fuerit. Ipse utique clamans est, qui stabat & clamabat: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Clamat iterum: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Denique omnis vita, omne tempus quo hic in carne degit, clamor fuit, de quo per Apostolum dicitur: Qui in diebus carnis sue, preces supplicationesque ad eum qui posset illum à morte saluum facere, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Huius clamãtis Ioannes primo vox fuit. Humilitas quippe vocem non habebat, sed ignotus habitabat in ciuitate Nazareth, quũ iam tricesimum inciperet annum ætatis.

¶ Porro sicut verbum nostrum, clarã & sonorã voce indiget

*Que vox
Ioannes.*

Esa. 50.

*Cuius cla
mãtis vox
Ioannes.*

Hebr. 5.

DOMINICA QVARTA

Forti testimonio opus erat christo. Mat. 21.

get vt melius audiatur, ita Dei verbum caro factum (vt dictum est) testificante Ioanne indiguit, vt homines in eo minus scandalizarentur. Vnde non solum apud simplices verum etiam apud inuidentes, & voluntarium patientes scandalum, autoritas Ioannis causam eius persepe defendit, vt illic, quum dicerent ei: In qua potestate hæc facis? respondens dixit eis: Interrogabo vos & ego vnū sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio: Baptismus Ioannis vnde erat, è cælo an ex hominibus? At illi cogitabāt intra se dicentes: Si dixerimus è cælo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam. Et respondens dixerunt Iesu: Nescimus. At ille & ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

Ioannis testimonio & nos confirmamur.

¶ Nec tamen illius temporis homines tantum attendere debemus, sed & omnes gētium nationes vsque ad finem seculi. Quandiu enim prædicatur Christi in hunc mundum aduentus, adest hic idem testis Ioannes, & testificans digno suo confirmat, quia Christus alius non fuit, nec est, nec erit, nisi is qui putabatur filius Ioseph.

Gregori⁹

¶ Ceterum vbi hæc vox clamauerit, attende. Vox clamantis, inquit, in deserto. In deserto clamat, quia derelictæ ac destitutæ Iudeæ solatium sui redemptoris annunciat. Sed & in deserto clamare idcirco dicitur, quoniam ad pœnitentiam agendam hortabatur. Desertum enim agendæ pœnitentiæ locus conueniens est. Vnde & dominus pœnitentiæ agendæ in semetipso nobis præbiturus exemplum, quadraginta diebus & noctibus ieiunauit in deserto.

Matt. 4. via domini qua sit Ioan. 14.

¶ Clamat autem & dicit: Dirigite viam domini. Moraliter via domini ad cor dirigitur, quum veritatis sermo humiliter auditur. Via domini ad cor dirigitur, quum ad præceptum eius vita preparatur. Vnde scriptum est: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansione apud eum faciemus. Quisquis ergo mærem in superbia eleuat, quisquis auaritiæ æstibus anhelat, quisquis se luxuriæ inquinacionibus polluit, cordis ostium contra veritatem claudit, & ne ad se dominus veniat, claustra animi seris vitiorum damnat. ¶ Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Videlicet ex eis qui

qui non clauer sineba non pferen scriptu ficauer autem ipsos n

E

In ha tur. Pri terrog: respon: Christe ¶ Circa anem rat, v: si præ: Quum nuens cum h: taueru iam ei: dicente Helias.

¶ Quo: zari e: re. Et c: tionem esse qu: rec, si n: id est, meroic: fatis er: agere, iuuar

qui

qui non Dei, sed suam quærebant gloriam, qui tulerant
clauem scientiæ, & nec ipsi introibant, nec alios intrare
sinebant. Quo vitio nunc Ioanni insistebant, non solum
non pœnitentes, sed & alios ad pœnitentiam inuitari nõ
ferentes, vt ex sequentibus patebit. Vnde & apud Lucam
scriptam est: Et omnis populus audiens, & publicani iusti-
ficauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisei
autem & legisperiti, consilium Dei spreuerunt in semet-
ipsum non baptizati ab eo.

Luc. 7.

HOMILIA ALTERA.

ET interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid er-
go baptizas si tu non es Christus, neque Helias,
neque Propheta? Ioan. I.

In hac parte Euangelicæ lectionis tria comprehendun-
tur. Primum est, Phariseorũ apud Ioannem inuidiosa in-
terrogatio. Secundũ est, Ioannis ad interrogata modesta
responsio, ibi: Respõdit eis Ioãnes. Tertiũ est, Ioannis de
Christo fidelis testificatio, ibi: Medius autẽ vestrũ stetit.

Circa primum attende quòd hi qui missi fuerant ad Io-
annem grande aliquid & insuetum ab eo audire speraue-
runt, vt videlicet affirmaret se vel Christum esse, vel Chri-
sti præcursores Heliam, aut saltem aliquem ex prophetis.
Quum autem ille Christum, Heliam, & Prophetam re-
nuens, diceret se esse vocem clamantis in deserto, modi-
cum hoc esse, & nihil tale, quale cupiebant audire, repu-
tauerunt, quia diuina mysteria non intelligebant. Itaque
iam ei indignati inuidiosa nunc interrogatione discutiunt,
dicentes: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque
Helias, neque Propheta?

A
Ioannem
interrogã-
tiũ intẽ-
tio.

Quod (secundum Originem) dixerunt non quasi bapti-
zari cupientes, sed volentes eum à baptizando prohibe-
re. Et quem blanditiis non valuerat supplantare, accusa-
tionem ei innectere tentant, cogentes eum, vt diceret se
esse quod non erat. Alioqui audaciæ esset quòd baptiza-
ret, si non erat Christus, nec præcursor illius, nec præco,
id est, Propheta. Ecce vt clauem scientiæ ferentes ipsi nõ
introierunt, & volentes introire prohibuerunt. Non enim
satis erat eis prædicante turbis Ioanne pœnitentiam non
agere, sed & alios inuidebant ad baptismum pœnitentiæ
inuitari.

¶ Quando

DOMINICA QVARTA

B ¶ Quando igitur miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioānem (sicut dictum est) & illic sic eum interrogauerunt, sic percontati sunt, tota expectante synagoga Iudæorum & Pharisaëorum à quibus missi fuerat. Tunc Ioannes de Christo testimoniū perhibuit de quo & in præcedentibus dictum est, & in consequentibus est dicendum. Tunc sanè audita est vox clamantis in deserto, imò à deserto venientis vbi solitarius & Heliq̄ persinillis vitam aluerat, vitam, inquā, qualem esse decebat testis legitimi & irreprehensibilis, ne oculi qui visuri erant præsentiam veræ lucis quippiam haurirent de omni quæ in mundo est concupiscentia carnis, ne digitus, quo præserto demonstraturus erat agnum dei, vel manus, quas subiturum, & à quibus baptizandum erat caput angelicis potestatibus reuerendum, aliquid tangerent de omni mæstipicis coinquantis: & pulchritudo oris, à quo primum audiendum erat testimoniū gratiæ & veritatis, aliquo modo defloresceret, loquendo aliquid vani aut otiosi sermonis. Tunc, inquā, audita est vox magna, vox præclara, à deserto venientis, imò & illi deserto clamantis, vbi quondā habitauerat iustitia, nunc autem homicidæ, quos eadem iustitia, deserentes se, deseruit, ex quorum cōuentu & hi erant, quibus insistentibus Ioannes hoc, qui sequitur, modo respondit.

¶ Circa secundum dicitur:

Ego baptizo in aqua.

C ¶ Hic ponitur ad interrogata Ioānis modesta respōtio. Vnde debātur interrogatores illi præsentiscere q̄ Christo peteret baptizare, promittente per Ezechielē domino, & dicente: Effundam super vos aquam mundā, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, sed Ioannes iam se Christum esse negauerat, ergo munus alienum vsurpare Pharisaïs videbatur. Quibus ipse respondet, dicens: ¶ Ego baptizo in aqua, Quasi dicat: Ego quidē non ab eo, aut vtivos putatis, absq; cœlesti autoritate, aut à me ipso veni, sed missus à Deo baptizo in aqua. Quasi dicat: Non est multū quærendum de baptismo meo, quum sit in aqua tantum, quum corpus solum lauet, non animā. Vnde Gregorius: Ioannes, inquit, nō spiritu sed aqua baptizat, quia peccata soluere non valens, baptizatorum corpora per aquam lauat, sed tamen mentem per veniam non sanat.

*Quis est
se decebat
testem
Christi.*

*Vox clamantis in
deserto.
Esa. 1.*

*Ego baptizo in
aqua.*

¶ Cur en
laxat, ni
sciturum
minum
est præ
ret imit
peccato
¶ Proind
ret pecc
dum ba
p̄signa
Ioannis
necesse
¶ Secun
bat, sed
suscipier
sacrame
se milit
speciem
¶ Terri
domini
manifest
p̄tizans.
stus, &
scenden
tis: Hic
¶ Ne qu
hunc ab
ipse præ
stinguen
quitar, d
tiam. Qu
baptizat
er his qu
dicente:
retur ad
le verò
annis ba
baptism
ellet po
baptiza
Cui

Cur ergo baptizat, qui per baptismum peccata non relaxat, nisi ut præcursoris suæ ordinem seruans, quem nasciturum nascendo præuenerat, baptizaturum quoque dominum baptizando præueneret: & qui prædicando factus est præcursor Christi, baptizando etiam præcursor eius fieret imitatione sacramenti? Baptismū ergo in remissionem peccatorum quia dare non poterat, prædicabat.

Proinde & si baptismus Ioannis remissionē non cōferret peccatorū, valuit tamen ad plura. Primò, ad significandum baptismum Christi (vt dictum est) quem & si multæ præsignauerāt veteris testamenti figuræ, baptismus tamen Ioannis hunc clarius præfigurauit, & expressius, ad eò vt necesse fuerit hunc ab illo discernere, prout post dicitur.

Secundò, quia baptismus Ioannis non tantum præparabat, sed paulatim etiā assuefaciebat ad Christi baptismū suscipiendum. Nō tamen (sicut dictum est) baptismus iste sacramentum erat, quemadmodum torneamentum quo se milites ad bellum assuefaciunt, bellum nō est, tametsi speciem belli præterdat.

Tertiò, quoque fuit utilis baptismus Ioannis ad Christū dominum manifestandum, sicut ipse testatur, dicens: Vt manifestaretur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Siquidem illo baptizante manifestatus est Christus, & apparitione spiritus sancti in specie columbæ descendens super eum, & voce patris attestantis, & dicentis: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.

Ne quis autem in Ioannis baptismo erraret, putans sibi hunc absque Christi baptismo sufficere ad salutē, Ioānes ipse prædicauit, baptismū suū à Christi baptismo clarè distinguens. Vnde in Euangelio secundū Matthæum ipse loquitur, dicens: Ego quidē baptizo vos in aqua in penitentiam. Qui autē post me uenturus est, fortior me est Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Idē patet manifestius ex his quæ Lucas in Actis apost. refert loquente Paulo, & dicente: Si spiritū sanctum accepistis credentes? At illi dixerūt ad eū: Sed neque si spiritus sanctus est audiuimus. Ille uerò ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerūt: In Ioannis baptismo. Dixit autē Paulus: Ioannes baptizauit baptismum penitentię populum, dicēs in eum qui uenturus esset post ipsum ut crederēt, hoc est, in Iesum. His auditis baptizati sunt in noīe domini Iesu. Et licet Ioānis persona

Quid ualuit baptismus Ioannis.

Luc. 3.

D

Baptismus Ioannis qualis fuit.

Matt. 3.

Actu. 10.

DOMINICA QVARTA

*Baptismi
virtus nō
à mini-
stro.*

omni sanctitate & gratia cōmendetur, nō tamen propter hoc baptismus suus plus habuit efficaciz. Nō enim ministri sanctitas est attēdēda in hac parte, quasi illa baptismū cōmēder, sed ille tātū, de quo Ioānes phibet, dicēs, Christi vtiq; designās: Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Eadē proinde ratione baptismi sacramēto nihil detrahit ministri iniquitas. Vnde patet q̄ Christi baptismo opus habebant à S. Ioāne baptizati, sed denuò baptizari nō debent qui etiā ab hæreticis secundū ritū Ecclesiæ, siue etiā à Iudæis forēt baptizati. Nō enī est quod ministru in hac parte cōsideres, siue ille p̄bus sit siue impius, Christus est qui baptizat, Colūba baptizat. Satis est q̄ minister illud agere intēdit, quod ipsa sãcta facere solet & intēdit Ecclesia, debitis quoq; materia & forma obseruatis. Cōtrariū horum asserere, error est, & heresis Donatistarū, qui baptismū hæreticorū reiciebāt. Is tamē cui sacerdotis catholici copia nō negatur, officio hæretici in baptizando vti non debet.

*E
Ioannes
cur singu-
lariter ba-
ptista vo-
cetur.*

¶ Proinde, si aliquis querat & dicat: Quū etiā sanctos apostolos cōstet plurimos per orbē terrarū baptizasse, & quōdem baptismo potiori, q̄ fuerit iste Ioānis, quorū sanctus Ioannes bap. noīe singulariter est insignitus, & quorū nō etiā ipse Petrus, vel Ioānes apostolus, vel Paulus, vel Philippus, baptistarū nomine cēsentur? Vtiq; quia ille solus Christi meruit baptizare, qui tactu suę sacrosanctę carnis mūlti animas vim aquis cōtulerit. Et quū ille sit caput Ecclesiæ, Ioānes qui hūc baptizauit perpetui honoris titulo hic insignit⁹, ab vniuersa Ecclesia Baptiste nomine saluatur.

Sup Ioā.

¶ Potest autē ad hoc secūdū August. & alia ratio assignari, videlicet: Quia etsi baptismus Ioānis, sacramentū non erat, baptismus tamē Ioānis erat, & nihil aliud nisi Ioānis baptismus: tametsi nō ab homine, sed à deo esset. Apostolorū autē baptismus non illorū, sed Christi erat, qui solus verē, & per suā virtutē baptizat ad salutē, dicēte Apostolo: Quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Ipse enim est quē extēto digito Ioānes ostendens, dicit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Nemo sibi arroget q̄ ipse cuiuspiā tollere potest peccata, quū hoc solus ipse possit, qui vnus p̄ omnes semetipsum obtulit immaculatū Deo, cuius sanguis emittat cōsciētiās nostras ab operibus mortuis ad seruicium Deo viuēti. Itaque Apostoli alieno baptismo baptizates,

*Roma. 6.
Sol⁹ christus verē
baptizat.*

Ioan. 1.

Hebr. 9.

id est, suo bap-
Me
¶ Hic
Medius
nostri r
stetisse
& vñs
¶ Sed &
minum
stet, q
bāt eun
genem
aduentu
tur, solu
¶ Ad hē
tisse Iud
rie & oc
ter cōu
tanquam
militat
¶ Et qu
cerna a
lucerna
fuis ad
ter Iuda
ecce iam
¶ Quin
peccato
Dei & h
mysticu
nem Ch
tit, id est
coniūct
ni. Quer
dit, quē
credere
stet, qu
amendat
Ipse est

id est, Christi, baptisę dicti non sunt, quomodo Ioannes à suo baptismo, est baptista appellatus. Circa tertiũ dicitur:

Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis.

¶ Hic ponitur Ioan. de Christo fidelis & vera testificatio. Medius, inquit, vestrũ stetit. Vbi Greg. Ioãnes mysteriũ nostri redẽptoris adnuntians hunc in medio hominum & stetitisse asserit & nesciri: quia per carnẽ dominus apparẽs, & visibilis extitit corpore, & inuisibilis maiestate.

¶ Sed & medium eorum stetit, nempe mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Medius ipse Phariseorum stetit, quia & ipsos deo volebat adiungere, sed ipsi nesciebãt eum, quem vos, inquit, nescitis: quod secundum Origenem exprobrãdo Phariseis quod illi expectãtes Christi aduentum nihil dixit, tamen arduum de eo contemplabãtur, solum hominem sanctum eum fore existimantes.

¶ Ad hæc (secundum Chrysostomum) Christus medius stetit iudeis dicitur, quod nõ sicut Ioannes solitarius vixit & occultus, sed inter eos quasi vnus ex illis populariter cõuersaretur. Nam decens erat vt Christus in populo tanquam vnus ex multitudine versaretur, qui vbique humilitatem & mansuetudinem doceret.

¶ Et quoniã humilis erat Christus, vt ipse videri posset lucerna accedebatur, sicut de eo Christus loquitur: Ille erat lucerna ardens & lucens. Sed & in reliquo populo Christus ad baptismum venit, vt etiam sic medius steterit inter Iudæos. Quasi diceret: Aduentum expectatis Messia: ecce iam adest, & quidem in medio vestrum.

¶ Quin etiam & nunc Christus stat medius inter deum & peccatorem, iuxta quod dicit Apostolus: Mediator vnus Dei & hominum, Christus Iesus. Verum, intellectus hic mysticus est. Porrò secundum literam palam est hic Ioan. nem Christi humilitatẽ declarasse, qui vtrique medius stetit, id est in frequentia plebis iam dudum ambulauit, in conuictu hominum assuefactus est & habitatione cõmuni. Quem tamen vos ò Pharisei nescitis, quem scire expedat, quem querere oportet, quem inuenisse prodest, in quẽ credere salus est. Itaque quid de illo qui medius Iudæorũ stetit, quem tamen nesciebant fidelis hic testis perhibeat, attendamus. Sequitur enim:

Ipse est qui post me vêturus est, qui ante me factus est

F ij Dum.

F
Christus
cur medi
iudæorũ
stetisse de
catur.

IOAN. 5.

2. Tim. 2.

Rupertus

DOMINICA QVARTA

G ¶ Dum dicit: Qui post me venturus est, non de natiuitate eius loquitur, siquidem iam natus erat Christus, sed de illius aduentu, in prædicationem Euangelij. Nō enim palā prædicabat Christus, nisi cū Ioānes iam missus esset in carcerē, testante Marco qui ait: Postquā traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam prædicās Euangelium regni dei.

Marc. 1.

¶ Qui post me, inquit, venturus est, Ioannē enim Christus sequutus est præeuntē, quomodo gratia noui testamenti, figurā testamenti veteris sequuta est, quomodo splendor sequitur lucernā, sol oriturus luciferum præiū, quomodo iudex præconē, quomodo præeuntē seruum suum dominus sequitur. Porrō Ioannes hæc dicēs nō modo personā Christi, sed & baptismum Christi suo baptismo immenso interuallo præferens, commendat. Vnde Chrysostomus.

*Ioānes vt
Christum
cōmendat*

¶ Ipse est qui post me vêtur⁹ est. Ac si diceret: Ne estimetis totū in meo cōsistere baptismo. Si enim meū baptisma perfectū esset, ali⁹ nō veniret, post me aliud baptisma daturus, sed hic baptism⁹ pparatio est illi⁹ & in pximo transibit vt vmbra & imago, sed oportet eū qui veritatē imponet venire post me. Si enī hoc baptisma perfectū esset, nequaquā secūdi locus quæreretur, & ideo subiungit, dicēs:

H ¶ Qui ante me factus est. Hoc est, maior dignitōq; me habitus est. Siquidē in excellentibus gratiarum & virtutū donis, & apud plebē autoritate Ioāni anteposit⁹ est, adeo hinc zelo moti Ioannis discipuli ad ipsum venerint, dicētes: Rabbi, qui erat tecū trans Iordanē, cui testimonij perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniūt ad eum. Et ne per hoc quod hic dicitur de Christo, qui ante me fact⁹ est, errorē suū defendāt Arriani blasphemātes, intelligāt per hoc nihil aliud significari q̄ si dicatur: Ante me posit⁹. Post me ergo venit, quia post me nat⁹, ante me autē factus est, quia mihi prælatus. Huius prælationis causam aperuit paulo superius, dicens: Quia prior me erat. Ac si apertē dicat: Inde etiā post me nat⁹ me superat, quo eū natiuitatis sue tempora non angustant. Nam qui per matrem in tempore nascitur, sine matre ante tempora ex patre generatur.

Gregori⁹

Rupertus ¶ Et extunc quidē Ioannes cœpit minui, Christus autē Iesus crescere cœpit. Veruntamen sic diminuēdo se coram hominibus, tantū creuit coram Deo vt ultra illū crescere nullus potuerit homo. In hoc sane diminutionis eius magna est humilitas quōd quum dixisset: Ego baptizo, addi-

*Ioānes in
aqua tantū
baptizat.*

dit: In ille aut

¶ Et qu

minim

stimo

guis. H

sola ba

set spir

guis ei

missio

lens ba

lum præ

venien

in spirit

veritas,

gnatam

¶ Itaque

crefcer

Ipse est

Sed ad h

in Ioan

Cui

calceat

¶ Quar

dicens:

calcean

ta simil

Sui dimi

nulla fu

tur. Nar

tura et

mo eni

stat, De

nis: Et h

non dig

uat eius

locum d

Christo

He

erat Io

dit: In aqua vt subaudias id quod paulò pòst dicturus est. Ille autem in spiritu sancto baptizat.

¶ Et quidè Christus quoque in aqua baptizat, sed hæc est minima baptismi eius substantia. Tres enim sunt qui testimonium dant in baptismo Christi: Spiritus, aqua, & sanguis. Horù triù (vt iam dictù est) aqua minimù est in qua sola baptizabat Ioãnes antequã glorificato Iesu datus esset spiritus: imo & antequã lâceato Iesu fluxus esset sanguis eius. Maximum est spiritus, quo solo peccatorum remissio datur, quam (vt dictum est) Ioannes dare nõ præuolens baptizando in pœnitentiam, Christi baptismo populum preparabat. Christus enim per aquam & sanguinem ueniens, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine, solus in spiritu baptizat, testificante qui ait, quoniã Christus est ueritas, qui solus remissionem peccatorum dat, aqua signatam, sanguine empram, spiritu sancto effusam.

¶ Itaque amplius ac manifestius Ioannes se diminuit vt I cresceret æstimatio magnitudinis Christi ex eo quod ait: Ipse est qui post me uenturus est, qui ante me factus est. Sed ad hæc omnia hoc magnum & præclarum humilitatis in Ioanne est speculum, quod subsequutus ait:

Cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiã calceamenti.

¶ Quantã Christo reuerentię humilitatẽ debeat ostendit, *Ioãnes & speculum humilitatis.* dicens: Cuius ego nõ sum dignus, vt soluã eius corrigiam calceamenti. Hoc etenim dico præsentibus qui aderat nota similitudine iuxta quod capere poterant, cum maxima sui diminutione Christi cõmendat excellentiã. Quod etiã nulla fuscatur allegoria sicut prolatum est, digne excipitur. Nam re uera tãta est Christi dignitas, quod nulla creatura etiã humilibus obsequiis digna est illi ministrare. Homo enim quantumuis etiã probus, bonus sanctusque existat, Deo tamen collatus quid aliud quã puluis est & cinis? Et hoc est quod Ioannes dicit uidelicet, quod iudicio non dignus ad Christi pedes accedere, vt ministrãdo soluat eius corrigiam calceamẽti. Ad extremum autem etiã locum designat Euangelista, ubi huiusmodi testimonium Christo Ioannes dedit, dicens:

Hæc in bethabara facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.

DOMINICA QUARTA

¶ *Causa* quare tam diligēter Euāgelista gestę rei nō solum tempus & modum, sed etiā locum describere voluit, hęc esse creditur. Nā cum de fide in Iesum Christum quem Iudei & negauerunt & negant, certamen oboritur, nihil est efficacius conuincendis & confutandis Iudæis, quam Ioannis testimonium, quem ipsi Iudæi in tanta sanctitatis habebant opinione, vt Christum esse putarent.

Ioannis testimonium perutile. Gestę rei circumstantiæ.

¶ *Ad perpetuā igitur rei memoriā, & cōfirmationē veritatis, nō solum Ioannis adhibetur testimonium, sed & circumstantia loci describitur, sicut in publicis fieri cōsuevit instrumentis.* Locus quippe quęri solet in causis, scilicet, celeberrime sit, an desertus, in quo grāde aliquid dictum vel factum asseritur. Bene ergo locum quoq; Euāgelista in quo tāta vox insonuit, subiicit. Verax enī testis gestę rei, etiā loci circumstantias ita cognitās habere debet, vt quum opus ostēdere possit, & hęc quoque eo loco facta dictaque esse. Quod utiq; beat⁹ Ioan. hīc obseruare curauit, locum designās vbi Ioan. baptizauit, & ipse Christus baptizatus est.

Corrupte legitimum error. Ioan. 11.

¶ *Labuntur autē errore, qui putāt apud eā Bethaniā) quę prope est Ierosolymā, vbi Lazarus Christus vocauit ē monumēto) hęc contigisse.* Illa enim Bethania nō trans, sed longē citra Iordanē, nempe ab Ierusalem tantum stadiis quindecim sita est. Quod autē nōnulli dicunt duas esse Bethanias, vnā prope Ierosolymā, alterā vltra Iordanē, quum hoc nullo scripturę loco, sed nec Iosephi testimonio probetur, videtur esse cōfictum. Itaque corrupte legitur Bethania p̄ Bethabara, vt etiā defendit Chryso. dicēs: Quicumque exēplarium certius habēt in Bethabara dicunt. Similiter & Origenes Bethabara legit, etiā nominis interpretationem adducens, q̄ & ipsa ad rem gestam cōducatur. Ait enim: Bethabara verō interpretatur domus preparationis, & cōuenit cum baptismo preparātis domino plebem perfectā. Iordanis autē, interpretatur descensus eorum. Quis autem erit hic fluuius, nisi Saluator noster quem ingredientem in hunc mundum mundari conuenit non suum de cælo descensum, sed generis humani?

Iordanis mysticę.

¶ *Hic Iordanis segregat donatas à Moysē (tribui scilicet Ruben, & Gad, Manasse tribui dimidix) ab his quę per Iesum (id est, Iosue) donantur sortes. Et sicut draco latet in Aegyptiaco flumine, ita Deus in isto (id est, in Christo) Pater enim est in filio. Qui proficiscuntur illuc (id est, ad Christi-*

Christū ad percedatur, & p̄ti sūt a descēnes baptizantur

E
Primordium est pherica tum est fio, ibi. ¶ *Circum Iosephi prope p̄ter ip̄ Saluator Forin uandā uāgeli petisse storiæ. ¶ Quę Mariæ pulatio liūde a Iosephi quande iuge p̄ onem inquiri vsque sep̄ n*

Christū) vt se lauēt, opprobriū Aegypti deponunt, ac apti ad perceptionē hæreditatis parātur, nec non a lepra mundātur, & duplicis capaces sunt gratiæ (cū Heliſæo) ac prōpti fiūt ad ſuſceptionē ſpirit⁹ almi, in aliud flumē, nequaquā deſcēdente ſpirituali colūba. Trans Iordanem verò Ioannes baptizabat, vt præcuſor venientis offendat ſe non innocentes, ſed peccatores vocare. Hæc Origenes.

DOMINICA IN FRA
OCTAVAM NATIVITA-
TIS CHRISTI.

Erant pater eius & mater eius mirantes ſuper his
quæ dicebantur de illo. Lucæ. 11.

Præſens ſancti Euangelij lectio tria proſequitur. Primum eſt, parentum pueri Ieſu digna admiratio. Secundum eſt, Myſterium de Chriſto pariter & eius matre, prophetica prænunciatio, ibi: Et benedixit illis Simeon. Tertium eſt, Pueri Ieſu per ætatis acceſſum notanda progreſſio, ibi. Et vt perſecerunt.

¶ Circa primum aduerte q̄ nequaquā pari ratione Maria & Ioseph Ieſu parētes ſunt appellati: Nā Ioseph tantūmodo propter obſequiū pater ipſius dictus eſt, Maria verò propter ipſi⁹ generationē & partū vera Ieſu eſt mater. Patrem Saluatoris, inquit Beda, appellat Ioseph. Nō q̄ verè iuxta Fotinianos pater fuerit eius, ſed q̄ ad famā Mariæ conſeruandā pater ſit ab omnibus æſtimat⁹. Neq; enim oblit⁹ Euangelista q̄ eam de ſpirituſancto cōcepſiſſe & virginē peperſiſſe narrauit, ſed opinionē vulgi exprimēs (quæ vera hiſtoriz lex eſt) patrem Chriſti nuncupat Ioseph.

¶ Quauis & eo modo pater illius valeat dici, quo & vir Mariæ rectè intelligitur ſine cōmixtione carnis, ipſa copulatione cōiugij, multū videlicet cōiunctus, q̄ ſi eſſet aliunde adoptatus. Neq; enim p̄pterea nō erat appellandus Ioseph pater Chriſti, quia non cum concubendo genuerat quandoquidem pater eſſet etiam ei, quem non ex ſua coniuge procreatum, aliunde adoptaſſet. Aliam proinde rationem Origenes adducit, dicens: Qui autem alti⁹ aliquid inquiri, poteſt dicere, quoniā generationis ordo à Dauid vſque ad Ioseph deducitur, ne videretur illic fruſtra Ioseph nominari, quia pater nō fuerit Saluatoris, vt genera-

A
Mariæ &
Ioseph dī
fferenter
parentes
Ieſu.

DOMINICA INFRA OCTA.

tionis ordo haberet locum pater domini appellatus est. Vnde nec etiã ipsa domini mater Maria paterni nominis honore factũ Ioseph virũ suum cẽsuit indignũ vbi ad filiũ suũ Iesum loquebat, dicẽs: Pater tuus & ego dolẽtes querebamus te. Pater ergo domini Saluatoris Ioseph sanctus appellari meruit, quia ipse filius fuit suã virginẽ conigis & quia ei impedit obsequiũ nutritionis. Hęc idcirco sunt dicta, ne quis erubescat Euãgelium, quod à se alienũ esse apostolus Paulus contestatur. Erubesceret autem si legere puderet. Erant pater eius & mater eius mirantes, & legendũ putaret: Erat Ioseph & Maria mater eius mirantes, procul dubio vim faciẽs Euãgelicã scripturẽ quẽ planẽ dicit:

Lucã. 2.

*Euãgelii
ne erube-
scas.*

Rom. 10.

Maria

*quã ratio
ne mater.*

Erant pater eius & mater eius mirantes.

¶ Maria autem quã Christũ generauit & peperit, simpliciter & absolutẽ vera mater ipsius est. Quod euidentius patet, si rationem maternitatis expendas. Ad hoc enim quod mater aliqua possit esse & dici, requiritur vt non aliunde quã de suo semine genuerit specie sibi similit animantem. Nam si aliquid viuens de se generatũ fuerit non tamẽ de suo semine, nec similit sibi in natura seu specie, nec mater illius est, nec illud pater eius. Hic patet quod homo fabricas scamnũ pater scãni non est, tametsi scãnum ad esse pduxerit post nõ esse: quia materiã de seipso, fabricando scãno non ministravit. Item sequit, quod homo, nec pater nec mater dici potest vermiculorum illorũ qui vel in corpore vel de corpore eius generãtur, quod nequaquã de semine hominis, sed de sudore, vel aliunde quomodolibet generãtur. Quod si de semine hominis vermiculus prodiret, quia tamen nõ est humanã speciei, ideo nec hominis proles, nec homo pater illius aut mater est. Deniq; si de substantia hominis, puta carne eius aut sanguine, nõ autẽ de eius semine, humanẽ speciei viuũ animal pduceretur, nequaquã filius hominis ipsius aut filia posset dici, quia ex humano semine nõ est generatũ. Hic etiã patet cur sol rana pducẽs aut aliud quodecũq; reptile, pater eius non est.

Not. 1.

¶ Quoniã ergo (vt veniamus ad causã) virgo Maria genuit de suo semine animantẽ viuũ, id est, filiũ suũ Iesum, humana sibi specie similem, nõpe hominem verum, vtique vera mater ipsius est, sicut & ille verẽ filius eius. Et quidni? quã ad ipsius generationem quicquid ceterẽ matres ad suorum generationem ministrant filiorũ & ipsa ministravit?

Sicut

¶ Sicut e
de semine
generauit
¶ Nec au
qui Chri
guine e
enim esse
ginis Ma
Sed horu
monio co
ce cõcipi
ne, & par
ctum ex
de stirpe
virginis s
cordis ei
mater est
se magis
quam sit
¶ Et licet
ipsa tamẽ
sed Dei p
fiat & ho
sicut in g
parẽibus
pus & ani
quãuis to
quia in p
mana co
mã ei nõ
est & dici
credenti
vnus est
¶ Et eran
his quã d
tique non
erant dig
retat ad
quã ad M
Nonne e
uentus at

¶ Sicut enim hunc vero lacte suo paruulum aluit, ita & de semine suo spiritus sancti virtute in vtero conceptum generauit.

¶ Nec audiendi sunt (quorum Deus mendacio non eget) ^C qui Christū non de semine virginis, sed de purissimo sanguine cordis eius sibi corpus assumpsisse mētiuntur. Non enim esset verus vel Abrahæ vel Dauid filius, imò nec virginis Mariæ filius, si nō ex humano semine generaretur. Sed horū deliramēta Euāgelico simul & apostolico testimonio cōfutantur. Ait enī ad eam angel⁹ in Euāgelio: Ecce cōcipies in vtero nequaquā in corde, vel è cordis sanguine, & paries filium. Et Apostolus dicit eum hominem factum ex semine Dauid secundū carnē. Hoc est ex virgine de stirpe Dauid. Si enim (vt isti delirant) non ex naturali virginis semine, sed ex sanguine scisci, nescio, vel aperti cordis eius procreatus est Christus, non magis Maria eius mater est, quā Adam pater Euæ. Nec rursus Christus ipse magis fuerit Mariæ filius, quā filia Adæ, quorum vtrumque quā sit absurdum, quis non videat?

Error cōsufatur.

Roma. i.

¶ Et licet solam carnem de virgine Christus assumpserit, ipsa tamē non tātum hominis, nec tantū Dei mater est, sed Dei pariter & hominis, eo quod persona Xpi ex Deo constat & homine, sicut homo ex anima cōstat & corpore. Et sicut in generatione hominis licet anima sit à Deo non à patribus, sed corp⁹ tantū, quia tamē hæc duo, id est, corpus & anima in vnus hominis personā conueniūt, mulier quæuis totius hominis à se geniti mater est. Simili ratione quia in psonā Christi vtraque natura, id est, & diuina & humana cōcurrūt, ipsa quæ Christi personā genuit, licet animā ei nō genuerit, nec diuinitatē, tamē vera ei⁹ mater & est & dicitur, id est, mater Dei & hominis, iuxta illā rectē credentium confesionem: Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus.

Maria Dei & hominis mater.

¶ Et erant, inquit, pater eius & mater eius mirantes super his quæ dicebantur de illo. Et quis hæc de illo dixerat, vtrique non vnus aliquis, sed multi. Vt verbi gratia: Nonne erant digna admiratione quæ angelus Gabriel de illo dixerat ad Mariam, rursus quæ idem dixerat ad Ioseph, itē quæ ad Mariā Elizabeth, deniq; ea quæ angeli ad pastores? Nonne etiam admiratione digna erant stella noua, & aduentus atque supplex veneratio Magorum? Ad hæc accedunt

D Admiratione di. gna de Ie. su.

Sicut

DOMINICA INFRA OCTA.

dunt quæ à Simeone iusto & ab Anna vidua Prophetico spiritu de illo prædicebantur. De Maria dictum est, quod conseruabat omnia verba hæc, id est, res gestas, cõferens in corde suo. Præterita enim futuris, & succedentia præcedentibus cum ingenti admiratione cõferebat.

¶ Sed dixeris: Quæ admiratio sit de re insolita, cuius causa ignoratur, & rerum harum insolitarum causam Maria & Ioseph ab angelo de puero Iesu perdocti (nempe quod esset Dei filius) non ignorarent infantem illum esse Deum, sed quoniam adeo cito mundo manifestaretur, nempe de simplicibus è propinquo pastoribus, & sapientibus è longinquo Magis. Mirabantur etiam ex ampliori rerum notitia diuinarum. Siquidem opera Dei quanto amplius cognitione percipiuntur, tanto magis mentem admiratione suspendunt.

Iesu præconia vt cumulatantur.
Lucæ. 2.

¶ Et attende, vt Saluatoris præconia laudesq; cumulatantur. Siquidem antequam vnus rumor desinat, noua laus succedit. Ante enim quàm angelus nuntium natiuitatis Christi ad pastores terminasset, facta est cum angelo multitudine cœlestis exercitus laudantium Deum. Et antequam pastores ad partum accederent virginis, auditum est in ecclesiis canticum nouum. Et antequàm pastorum rumor celsaret, ecce Magi ab Oriente venerunt puerum natū colendi & adorandi gratia requirentes. Adhuc plena erant orationum loquentium de nouitate Magorum, & ecce Simeon Christum adorauit infantem. Nondū ille verba finierat, & ecce religiosa vidua, imò & Prophetissa, confitebatur domino, & Prophetico spiritu de puero Iesu vaticinabatur.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & restructionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.

Hic ponitur mysteriorū de Christo & eius matre Prophetica prænunciatio. Vbi tria sunt consideranda.

Primum est, parentum domini à Simeone benedictio. Secundum est, Simeonis ad Mariam futurarum rerū prænunciatio, ibi: Et dixit ad Mariam. Tertium est, sanctæ viduæ de Christo confessio, ibi: Et erat anna Prophetissa.

¶ Circa primum dicitur. *Et benedixit illis Simeon: Nimi-*

rum an
tibus sa
nem au
tatum a
nem i
quæ dic
genitri
diction
¶ Veru
so Sime
neatur
ctione
rar offi
re. Est a
de qua
laudate
uersos
Alia est
quis al
benedi
super r
dicitur
ledicet
tur vni
te, & n
¶ Reli
non on
ca suos
meoni
modum
de qua
est: Loc
Ius Isra
at te. O
uerat
nomen
gaum
nomin
cet He
fuisse v
plus, q
rum

nam amore tam desiderata tamq; veneranda; prolis parē-
 tibus sacerdos sanctus & Propheta, benedixit. Benedictio
 nem autem utiq; donat, oculorum verò præfagia dirigit
 tantum ad matrem. Quatenus per communem benedictio-
 nem non priuetur Ioseph similitudine patris, per ea verò
 quæ dicit Mariæ seorsum à Ioseph, veram eam prædicet
 genitricem. Porro quæ & qualis fuerit huius forma bene-
 dictionis, scriptura non exprimit.

*Parentē
 Iesu bene
 dictio.*

¶ Verum nemo miretur Simeonē Christi parētib; qui ip-
 so Simeone sanctitate maiores erāt benedixisse, nec mo-
 ueatur illo Apostoli verbo, quo dicit: Sine vlla contradi-
 ctione q; min⁹ est à meliore benedicetur: Nā maior illis e-
 rar officio sacerdotali. Sacerdotū est enī populo benedicere.
 Est autem triplex benedictio. Vna est gratiarū actionis
 de qua dicitur: Benedicite omnia opera domini domino:
 laudate & superexaltate eū in secula, & pertinet ad vni-
 uersos qui Dei circa se bonitatē & beneficentiā agnoscūt.
 Alia est benedictio imprecationis bonorū videlicet: quā
 quis alteri ex charitate bona imprecatur & optat. De qua
 benedictione per sanctū Iob dicitur: Benedictio perituri
 super me veniebat. De qua etiam ad Ahraham à domino
 dicitur: Benedicam benedicientibus tibi, & maledicam ma-
 ledicentibus tibi. De qua iterum per beatum Petrum dici-
 tur vniuersis: Benedicite maledicentibus vobis: benedici-
 te, & nolite maledicere.

Heb. 7:

*F
 Triplex
 modus be-
 nedictio-
 nis.*

*Iob. 29.
 Gene. 12.*

*1. Pet. 3.
 Benedicti-
 onis for-
 ma.*

Num. 6.

*Mysteriū
 attende.*

¶ Reliqua est benedictio consecrationis, & hanc conferre
 non omnium est, sed duntaxat sacerdotū & parentum cir-
 ca suos gnatos, qualis utiq; fuit hæc sancti sacerdotis Si-
 meonis benedictio. Quod autem ad huius benedictionis
 modum & formam attinet, credant nonnulli illam fuisse,
 de qua in Nume. loquente Domino ad Moysen scriptum
 est: Loquere ad Aaron & ad filios eius: Sic benedicetis fi-
 liis Israël, & dicetis eis: Benedicat tibi domin⁹, & custodi
 te. Ostēdat domin⁹ faciē suā tibi, & misereatur tui. Cō-
 uertat dñs vultū suū ad te, & det tibi pacē, inuocabuntque
 nomen meum super filios Israël, & ego benedicā eis. Ma-
 gnum verò est q; quidā ex rabinis Iudæorum non abiecti
 nominis Moyses Maymonis in libro Moræ dicit, videli-
 cet Hebræorum sacerdotes hac iam dicta benedictione
 fuisse vsos vsq; ad Simeonem iustum, nec post eum am-
 plius, quòd utique nostræ fidei efficacissima probatio est.

Quum

DOMINICA INFRA OCTA.

Cap. 7.
& 8.

Quum enim præfente iam sacerdotio Christi, sacerdotiũ Aaronicũ cessauerit, sicut diffuse probat Apostolus Paulus ad Hebræos scribens, ita & illius quoque sacerdotij cessauit benedictio, omniaq; nunc nouo modo in fide & nomine Iesu Christi consecrantur.

Propheti-
& Simeo-
nis excel-
lentia.

G ¶ Secundò notatur in præmissis verbis Simeonis ad Mariã futurarũ rerũ prænũciatio, quã dicitur: Et dixit ad mariam matrẽ eius: Ecce positus est hic in ruinã & in resurrectione multorũ Iisraël, & in signum cui cõtradicetur. Sermo nẽ dirigit ad Mariã poti⁹ quã ad Ioseph, q̄ (vt iam dictũ est) prophetico spiritu cognosceret ex Mariã tantũ, nõ autẽ ex Ioseph Christũ esse generatũ. Porrò Simeõ sanctus conuenit in genere prophetiã cũ Ioãne Baptista. Vterque enim prophetando, præsentẽ demonstrare promeruit, quẽ ceteri Prophetã prædixerãt esse veturũ. Ecce, inquit, quod vtriusq; demonstrantis est, sicut & illud, Ecce agnus Dei, Positus est hic tuus infans, id est, statutus & præordinatus à Deo.

Christus
vt in rui-
nam.

¶ Tria autem de Christo puero Prophetando prænuntia. Primum, quod positus est in ruinam. Secundum, q̄ positus est in resurrectionem. Tertium, q̄ posit⁹ est in signum cui contradicetur. Circa primũ, id est, quod Christus positus est in ruinam multorũ, dicit Orig. Qui simpliciter exponit potest dicere in ruinam eum venisse infidelium, & credentium resurrectionem. Non tamen intelligendum est pereuntium ruinam Christum operari, qui sicut peccare nequit, ita nec cuiquam author mali potest esse. Sed ipsi sibi ruinam hanc parant homines, dum Christum Saluato-

Auctor
pœnæ
christus,
nõ culpa.
ioan. 5.

rem sibi cœlitus datum nõ tãtum per suam infidelitatem non recipiunt, sed insuper huic mandatĩq; eius resistunt. Christus ergo secundum occasionẽ in ruinã venit tam Iudæorum & quorũlibet aliorũ infidelium, q̄ hæreticorum, nõ tamen (vt iam dictum est) culpã illorũ ipse causa fuit verum ipsi sibi ex Christo occasionem sumpserunt ruinã. Porrò sequentis pœnæ (quã vtriusq; iusta est) ipse cui omne iudicium dedit pater, est author. Ipse enim hoc operatus est, vt cessarent ritus Iudæorũ, vt Sinagoga rueret, vt eorum tam sacerdotium, quã regnũ vacaret, & ipsi in omnẽ terram ducerẽtur captiui. Similiter vt de hæreticis est dicendum, qui & ipsi à Christo ruinã suã sibi rapiunt occasionem nõ Christi vitio (quod absit) sed suo. Vnde Chrysostomus. Sicut lux, etsi oculos debiles turbet, lux est, ita & Christus Saluator

Simile.

Saluator
est offi-
ex salu-
ostendi
¶ Hin-
& lapis
qui offe-
Si non
habere
suo. Qu-
tibus in
restate
his qui
cante A-
no odo-
dem ip-
¶ Impe-
operae-
rebub-
runt &
tolooc-
eum at-
stum lo-
hoc sca-
duces
scanda-
indigna-
scanda-
certus
rus. No-
quidem
vocatĩs
sapien-
ciur: V-
lapis q̄
put ang-
¶ Secu-
in resur-
Multor-
Euang-
resurre

saluator esse perseverat & si corrumpat plurimi. Neque enim eius est officium destructio, sed eorum vesania. Quia ob rem non solum ex salute bonorum, sed etiam ex malorum dissipatione virtus eius ostendit. Nam & sol quod multum radiat visus debiles perturbat.

Hinc ergo in ruinam multorum positus est Christus, quia & lapis offensionis est & petra scandali, id est, ruinæ, his qui offendunt verbum, nec credunt. De quibus ipse dicit: Si non venissem, & loquutus eis non fuisset, peccatum non haberet. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui non in seipso tantum, sed in suis quoque predicantibus in ruinam positus est resurrectionemque multorum, testate Apostolo qui ait: Christi bonus odor sumus deo in his qui salvi fiunt, & in his qui pereunt. Qui enim predicante Apostolo verbum quod audit amando sequitur, bono odore resurgit & saluatur. Qui audiendo insequitur, eodem ipso bono odore corrumpit & moritur.

Impegerunt sane & offenderunt in Christo Iudæi, qui operaeius diuina diabolo adscribebant, dicentes: in Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Offenderunt & iij, qui cum de corporis & sanguinis sui sacramentoloqueretur, dicebant: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? impegerunt & illi de quibus discipuli ad Christum loquebantur, dicentes: Scis quia Pharisei audito verbo hoc scandalizati sunt? Quibus ait: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Et quanti in passione & morte Christi scandalizati fuerunt, non credentes filium dei esse, qui tam indigna pateretur. Quin & ipsis Apostolis quod omnes scandalizandi in se essent in illa nocte, futurorum non incertus prædixit. Quæ simul omnia Apostolus, quasi cõplexus: Nos, inquit, prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem & dei sapientiam. Hinc etiam de Christo per beatum Petrum dicitur: Vobis credentibus honor, non credentibus autem lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est caput anguli, & lapis offensionis & petra scandali.

Secundo prophetavit Simeon Christum esse positum in resurrectionem multorum in Israel, id est, credentium. Multorum, inquit, non omnium: quia non omnes obediunt Evangelio, sed credentium tantum. Vnde Beda: Bene in resurrectione positus esse perhibetur, quia lumen est quia glo-

Beda.

Lapis offensionis
Christus.

1. Pet. 2.

Ioan. 15.

2. Cor. 2.

H
Iudæi vs
impege-
runt.

Mat. 26.

Ioan. 6.

Mat. 15.

Mat. 26

1. Cor. 1.

1. Pet. 2.

I
Christus
in resurre-
ctionem.

Rom. 10.

1047. II.

gloria plebis Israel, quia dicit: Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me etiā si mortuus fuerit uiuet, & oīs qui uiuit & credit in me, nō morietur in eternū. Porro resurrectio hęc secundū Chry. est cōuersatio noua. Quū enim la sciuis, castus efficitur, auarus misericors, atrox māsuefcit resurrectio celebratur, mortuo quidē peccato, resurgente verò iustitia. Ergo utrūq; tam ruina, scilicet q̄ resurrectio, in vno & eodē hoīe reperiūtur. Vnde Orige. Videndū est, inquit, ne fortē Saluator nō aliis atq; aliis in ruinā uenerit & in resurrectionē. Quia enim peccato stabā, primo mihi fuit utile ut caderē, & morerer peccato. Hoc ipsum & saluator tibi primū cōcedit. Peccator eras, cadat in te peccatū ut possis dehinc resurgere, & dicere: Si cōmortui sumus, & cōuiuemus. Porro Simeonis hęc pphetiā suo Christus ipse cōfirmat testimonio, dicēs: Ego in iudiciū ueni in hūc mundū, ut qui nō vidēt videāt, & qui vidēt cęci fiant. Vbi idē Orige. Sicut in mundū uenit ut nō uidentes de nationibus uiderēt, & qui prius uidebāt de Israel, cęci fierēt: sic uenit in ruinā & in resurrectionē multorū. In aduentu enim domini gētes per fidē verā resurrexerūt & Iudei interim fidē quā eousque rectā habuerāt amiserunt, hic per obduratam obstinationem in barathrum errorum & illis in gehennæ supplicia horribili ruina cadentes.

K ¶ Ceterū, quum (sicut iam dictū est) in ruinā multorū positus sit Christus, quid mirum si etiā sanctū suum Euāgelium plerisq; (p̄sertim hoc nostro seculo) sit ad ruinā? Illis scilicet quibus (nō ipsius scripturę vitio, sed suo) diuini uerbi mēsa iam facta est in laqueū, & in retributionē (eorū malitiæ condignam) & in scandalum. Quibus illa precatio prophetica superuenit, de qua post p̄missa mox subditur: Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum (subaudis, sub fascibus scelerum) semper incurua.

¶ Quāti nunc dilabuntur in hēreticā prauitatē ex peruerso sacre scripturę intellectu? Dēdignatur enim legitimum & verum sancti Euāgelij sensum ab ipsis apostolorum temporibus hucusq; in Ecclesia obseruatū sequi, uolētes post errorum esse magistri, q̄ discipuli ueritatis. Quod tamen non est nouum. Nā uniuersę hactenus hēreses ex scripturis sanctis peruersē interpretatis sunt exortæ. Cernere ita est, quomodo & ipsa scriptura diuina posita sit in ruinam & in resurrectionem multorum. In ruinam utique sen-

*Simeonis
uerba ut
Christus
cōfirmat.
Ioan. 9.*

*Christi
Euāgelij
quibus in
ruinam.*

*Hæreticorū
ruina, unde.*

sa carn
cis. Hi
le virus
¶ Nihil
rapiā
catis lu
ceteri
qui vid
illas vi
tiones,
¶ Proin
lutiq;
salut, n
scilicet
tempo
lestis g
dēmq;
quibus
uidelicet
¶ Tert
gnam
narrat
est, sign
signo,
bionit
natū est
num, &
uenisse
per sim
ā pecca
ā mor
surrexi
meliori
tentio,
ritā el
buit, qu
est mul
gnam s
dant in
eo scrip
ipso sci

sa carnis suæ inflatis, superbia, arrogātia, & insolentia cæcis. Hi enim Dei verba (nempe antidotū salutis) in letale virus ad æternæ damnationis mortē sibi conuertunt.

¶ Nihil enī tā sanctū est, tā diuinū, in quo suæ pditionis nō rapiāt occasionē. Multi sanē resurgūt per Dei verbū à peccatis suis ad sui Deiq; cognitionē & pœnitentiā salutarē, ceteri (vt dictū est) Dei verbo ad suā perditionē abutūtur, qui videlicet nō ea mēte scripturas scrutātur vt secūdum illas vitā morēsque cōponāt, sed ad iactantiā tantū & cōtētionē, & vt per has simplicibus hoībus & piis insultent.

¶ Proinde quum ipsa dei misericordia sit præcipuū spei salutisq; nostræ asylum, & per eam saluētur quotquot fiunt salui, nihilominus tamē & ipsa plerisque est in ruinā: illis scilicet, qui de illa nimīū præsumentes, Dei timore contempto, perseuerant in peccatis. Quam verò plurimi cœlestis gratiæ donis inflati superbiūt, illisque abutētes, eadēque sibi faciūt in ruinā. Denique quam nō pauci sunt, quibus etiam ipsa diuina sacramenta sunt in ruinam, qui videlicet ipsa vel conficiunt vel ministrant indignē.

¶ Tertio prænuuciauit Simeon Christū positum esse in signum cui cōtradicetur. Omnibus enim, inquit Orige. qui narrat historiam de Salvatore cōtradicetur. Virgo mater est, signū est cui cōtradicetur. Marcionistæ cōtradicūt huic signo, & aiunt penitus eum de muliere nō esse natū. Heretici cōtradicunt signo, dicētes ex viro & muliere ita natū esse vt nos quoque nascimur. Habuit corpus humanum, & hoc est signū cui cōtradicetur. Alij enim dicūt eū venisse de cœlis, alij tale quale nos corpus habuisse, vt per similitudinē corporis, etiā corpora nostra redimeret à peccatis, & spem nobis daret resurrectionis. Resurrexit à mortuis, & hoc est signū cui cōtradicetur. Quomodo resurrexit, utrū ipse, & talis qualis mortuus est, an certē in melioris substantiæ corpore resurrexit? Et est infinita contentio, alijs dicētib: Thomæ ostēdit in manibus suis fixurā clauorū, alijs è regione tractātibus: Si idē corpus habuit, quomodo clausis ingressus est ostiis? Et quid necesse est multa prosequi? Omnia quæ de eo narrat historia, signum sunt cui cōtradicetur. Non quod contradicāt hi qui credunt in eum. Nos quippe scimus omnia vera esse quæ de eo scripta sunt, sed quia apud incredulos vniuersa quæ de ipso scripta sunt, signum sunt cui contradicetur.

Contra

*Ex bono
mali occa
sio rapsur.*

*L
Christus
signū cui
contradi
citur.*

DOMINICA INFRA OCTA.

Ioan. 10. ¶ Contradictum est à Iudæis suæ doctrinæ, quum dicunt: *Luc. 23.* Insanit, dæmonium habet, quid eum auditis? Et iterum ante præsidem: Subuertit populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc. Contradixerunt & miraculis eius (vt dictum est) dæmonis illa tribuendo. *Ioan. 9.* Contradixerunt vitæ suæ synceritati & puritati, dicentes: Nos scimus, quia hic homo peccator est. Et iterum: Non est hic homo à Deo, qui sabbathum non custodit. Et multis aliis modis indignis.

M Act. 28. ¶ Ad hæc, per vniuersum mundū Christi signo (id est, secundū Bedam) fidei dominicæ crucis est contradictū. Vnde apost. Paulo, dicūt Iudæi: De secta hac notū est nobis, q̄ vbiq; ei cōtradicitur. Neq; in sermone tantū, sed & cōminationibus diris, flagellis, lapidib⁹, ignib⁹, aquis, feris, fame, cruciatibus variis, cathenis, crucibus, rotis, gladius.

¶ Non solum autem à tyrannis contradictum est signo fidei Christianæ, sed & vsque modo quicūque faciunt opera Christiano nomini indigna, & ipsi huic signo contradicunt, videlicet fures, raptores, vsurarij, adulterij, homicidæ, ebriosi, inuidi, & his cōsimiles. De quibus per Apostolum dicitur: Fatentur se nosse Deum, factis autem negāt.

Tit. 1. ¶ Sed præ cæteris omnibus huiusmodi contradictoribus *Hæretici* atrocius & cōtumeliosus cōtradicitur huic signo per hæreticos, in quibus ad Christianæ fidei subuersionem nouum mysterium operatur iniquitatis, sed incassum. Nam iuxta promissum Saluatoris, portæ inferi nō preualebūt aduersus eam, subaudis Ecclesiam. Quantumlibet enim peruersi pertinacēsque olim Iudæi relictati fuerint & cōtradixerint Christo, idēque nunc pari impietate gentiles, Turcæ, hæretici quoque faciant, illud tamen cui contradicunt

Matt. 16. signum vincet, triumphabit, & permanebit in æternum, iuxta quod per Esaiam prophetam dictum est: Erit dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur.

Signū cui cōtradicitur vincit ¶ Itaque signum hoc constans & perpetuum nullē Iudæorum blasphemix, nulla vis tyrannorum, nullum virus, nulla hæreticorum vesania, conuellere vnquam poterit aut abolere. Vnde ex persona Christi per Psalmistam dicitur Deo patri: Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentiū. Nec ipse Christus tantum vincit contradictiones, sed & mystici corporis sui mēbra, id est, fideles quique diuino fulti præsidio, & superant has

contra

contra
ti merc
cum in
in thro
¶ Post
ens, pr
cipem,

Et t

uelētur

¶ Vbi O

vita gla

ma sed

ligi gla

rum, lu

est enim

transisse

pria mo

rum, vt

fecta po

Ioseph

bulatio

¶ Vt reu

Vbi hec

quitiu

huic, vt

cōtrari

torum

est, vt gl

Siquidē

occulte

palos ut

vnus ex

tionē qu

apparui

sum est

Caipha

¶ Incert

ventū

At eius

tionib⁹,

contradictiones & superabunt, proposita victoribus ingē-
ti mercede, qua ipse dicit: Qui vicerit dabo ei sedere me-
cum in throno meo, sicut & ego vici & sedi cū patre meo
in throno eius.

¶ Post hæc Simeon sanctus ad Christi matrem se conuer-
tens, prænuntiat ipsam passionum filij sui tunc fore parti-
cipem, quum ei foret contradicendum. Vnde sequitur.

*Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt re-
uelētur ex multis cordibus cogitationes.*

¶ Vbi Origenes: Nulla, inquit, docet historia Mariā ex hac
vita gladij occisione migrasse, præsertim quum non ani-
ma sed corpus ferro soleat interfici. Vnde restat hic intel-
ligi gladium illum de quo dicitur: Et gladius in labiis eo-
rum, iudæorum videlicet crucifigentium dominum. Hoc
est enim dolorem dominicæ passionis eius animam per-
transisse. Quæ & si Christum (vt pote Dei filiū) sponte pro-
pria mori, mortē que ipsam non dubitaret esse deuctu-
rum, vt sua tamen carne procreatum, non sine doloris af-
fectu potuit videre crucifigi. Nam & ferrum quod animā
Ioseph pertransisse canitur, nullum melius quā dura tri-
bulatio mentis intelligitur.

¶ Vt reuelentur, inquit, ex multis cordibus cogitationes.
Vbi hæc dictio, vt, non causaliter accipienda est, sed cōse-
quutiua. Non enim ideò Mariæ animā hic gladius pertrā-
siuit, vt multorū cordium occulta patefcerent, sed magis
cōtrario, id est, ad patefactionē cogitationū quæ in mul-
torum cordibus cōtra Christum latuerant consequutum
est, vt gladius acerbi doloris matris animam pertransiret.
Si quidē in passione filij ei⁹ multorū cogitationes eaten⁹
occulte patefactæ sunt. Nam & iam ante dixisse ad disci-
pulos dominū legimus: Nōne ego vos duodecim elegi, &
vnus ex vobis diabolus est? Verbū illud vsq; ad Christi pas-
sionē quid sibi vellet nō paruit. Sed tunc demū discrimen
apparuit iudæ & Petri item & Mariæ. Tūc quoq; manife-
stum est quid erga Christum in animo gesserant Annas &
Caiphas, Nicodemus & Ioseph. Vnde Beda.

¶ Incertum erat, inquit, qui Iudæorū gratiā Christi quam
venturā utiq; nouerat recipere, qui aut respuere mallent.
At eius natiuitate audita, reuelatis mox cordium cogita-
tionib⁹, Herodes rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cū

G illo

A por. 3.

N
Quo gla-
dio Ma-
ria ani-
ma vul-
nerata.

Ioan. 6.

Vt reuela-
te cordiū
cogitatio-
nes.

illo. Pastores cum timore & gaudio Deo laudem resonant, hominibus pacis nuntium pandunt. Eius doctrina & virtute diffamata, alij ad eum quasi magistrum veritatis confluunt, alij ab eo quasi seductore refugiunt. Quidam enim dicebant, quia bonus est. Alij verò dicebant: Non, sed seducit turbas. Eius signo crucis erecto, hi quasi iustæ mortis datum blasphemantes irrident, illi quasi vitæ auctorem morti acriter dolent.

Ioan. 7.

¶ Sed & vsque hodie & vsque ad cōsummationem seculi præsentis Ecclesiæ animam gladius durissimæ tribulationis pertransire non cessat, quum signo fidei ab improbo contradicitur, quum audito Dei verbo multos cum Christo resurgere, sed plures à crudelitate ruere, gemitibus pertractat. Quum reuelatis multorum cordium cogitationibus, vbi optimum Euangelij saxum sementis, ibi zizaniam tiorum vel plus iusto præualere, vel etiã (quod dictum graue est) sola germinare ac regnare conspicit. Hac ille.

Quanti
doloris
gladius.

¶ Sed quãtè acerbioris, quãtèque doloris gladius ille ferit qui Mariæ animam in passione filij sui pertransiit, quomodo posset verbis consequi? Dicit ad eam Ioannes Damascenus: Dolores quibus in partu caruisti vt sentires te esse matrem, nunc exoluas in morte filij sentiendo te esse matrem. Natura enim quæ dolorem remorata est & distulit, quum instaret iam tempus, & acuit fortius & auxit.

¶ Hinc Hieronymus in sermone de assumptione matris Christi, etiam martyrem fuisse Mariã adserit. Nam quæ vere passa sit, inquit, testatur Simeon Propheta loquens ad eam, & dicens: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Alij sancti etiam passi sunt pro Christo, attamē in anima quæ immortalis est pati non potuerunt. Beata vero Christi genitrix, quia in ea parte passa est, quæ immortalis habetur, id est, in anima, quæ Christi passio quodammodo plus quàm martyr fuit. Et infra: Quia mater passa fuit, inquit, plusquam martyr fuit, quia Christi matrem, suam fecit.

¶ Hinc etiam Bernardus: Verè tuam, inquit, ò beata mater animam gladius pertransiit, alioqui non nisi per carnem transiens carnem filij tui non penetraret. Et quidem per carnem equam emisit spiritum tuus ille Iesus, ipsius plane nec attigit animam crudelis lancea quæ ipsius latus aperuit.

sed tuam utiq; pertransiuit animā, vt hinc te plusquā matrem nō immeritō prædicemus, in qua nimirū corporeæ sensum passionis, compassionis excesserit magnitudo.

¶ Iterum, fugientibus apostolis, in faciem filij sui se opposuerat mater, ac gladio doloris eius animæ infixō, vulnerabatur spiritu, & affectu cruciabatur. Et quod in carne Christi agebant clauis & lancea, hoc in eius mente faciebat cōpassio naturalis, & angustia maternæ affectionis. Vt reuelentur, inquit ex multis cordibus cogitationes.

¶ Similia fieri permittit erga Ecclesiam suam Deus vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes, quod præsertim hoc nostro seculo palām est cernere, tot non modo hominum millibus, sed & urbibus, & prouinciis, & regnis, ab Ecclesia catholica deficientibus. Quorum occultæ quondam cogitationes nunc palām in operibus manifestantur.

Quām fuerint enim multorum cogitationes absconditæ iam patet. Plerique etenim qui humanis coniecturis ante hos annos religiosiores ceteris putabantur, nunc cadunt primi. Deus sanè, non homo, intuetur cor. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Et quidem Paulus apostolus ad huiusmodi occultorum cogitatum manifestationem necesse dicit esse vt & hæreses sint. Vt qui probati sunt, inquit, manifesti fiant in vobis.

¶ Circa tertium, quod est, viduæ sanctæ de Christo confessio, consequenter dicitur in litera:

Erat Anna prophetissa, filia Phanuel de tribu Aser.

Hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua vsque ad annos octogintaquatuor, quæ nō discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die.

¶ Deuotæ conuersationis & venerandæ pariter ætatis, dignæque per omnia quæ domino incarnato testimonium ferret Anna fuisse docetur. Christo iam nato viri multi testimonium perhibuerant, sola hæc inter scæminas reperitur Christum fuisse confessa. Omnis ætas & omnis sexus Christum venisse testata sunt. Vnde Ambrosius. Prophetauerat Simeon, prophetauerat copulata coniugio, prophetauerat virgo, debuit etiam vidua prophetare, ne qua professio deesset aut sexus. Immoratur autem Evangelista circa Annæ descriptionem, & patrem & tribum

Erga Ecclesiam
quæ permittit fieri
Deus.

I. Cor. 10

I. Cor. 11.

P

Beda.

Anna prophetissa
cōmendatur.

narrans, quasi multos testes adducens qui patrem eius & tribum viderunt. Vel quia tunc temporis hac cum alix quædam hoc nomine vocabantur. Ut ergo hanc ab aliis manifestè discerneret, cōmemorat eius patrē, & generis qualitātē describit. Porro morib⁹ talibus inducitur, vt digna fuisse credatur quæ redemptionē omnium nūciaret. Caterum viduā hanc describendo B. Lucas fidelis notari morē imitatur, dum testem describit à nomine, à tribu, à atate, à moribus, vt vel sic testimoniū eius de Christo certius & fide dignius habeatur. Multū enim interest quæ & qualis sit qui de re quacunque dicit testimonium.

¶ Sed considerare libet quæ sublimiter hanc & quæ multipliciter sanctus Euangelista commendavit. Primo enim commendat eam à nomine suo, scilicet Anna, quod interpretatum, gratia dicitur. Et meritò quidem tali nomine insignitur, quæ & in donis cœlestis gratiæ abundanter præuenta fuit, & authorem gratiæ, Dei filiū meruit nūciare.

¶ Secundo cōmendatur à prophetiæ gratia, quum dicitur Prophetissa. Quod utique est singularis gratiæ donū, & signum amicitia Dei. Spiritus sanctus enim per nationes in animas sanctas se trāsferens, amicos Dei & prophetas cōstituit. Et iuste, inquit Origenes, sancta mulier spiritus prophetadi meruit accipere, quia longa castitate, longaque ieiunijs ad hoc culmen ascenderat. Hæc autē prophetica gratia & quæsdā alias sanctas mulieres in veteri testamento insignes legimus præcessisse. Vt verbi gratia Mariam sororem Moyse & Aaron, quæ canticum dominum cecinit, redempto iam populo à tyrānide Pharaonis. Fuit & Delbora & ipsa prophetissa, quæ populum Israel & ab hostium seruitute in libertatem vindicauit, & hunc iudicando prudenti gubernauit moderatione. Post hanc fuit

*Mulieres
prophete-
sissæ.*

*Exod. 15.
Iuds. 4.*

1. Reg. 1.

4. Re. 22.

Anna mater Samuelis & ipsa prophetissa, prout cāntum eius utique propheticum testatur. Fuit etiā vates alia nomine Oлда, quæ Iosifæ regi Iuda prænuntiauit, quòd ipse quidem in pace esset moriturus, sed iram Dei post ipsum populo fore superuenturā. Nulli tamen harum datum est mundi redemptorē quem præcognouere venturum, cernere, nisi huic, ceteras illas longe amplioris dignitatis gratia præcedēti, in eo, scilicet quod eum quē ceteri Prophetæ cecinere venturum, hæc & præsentem in infantilibus mēbris cernere, & testimonium ei dare promeruit.

¶ Tertio

Tertio
te recita
Patriar
denomi
annos
parente
brantur.
tas est q
dit, dice
clari nec
tuā non
est in no
nobilibu
generen
mus filiu
filius pra
Et econt
sortiri V
& pium.
petna cel
¶ Quarto
cellerat,
ta immac
tz ztatis
iam ac re
litas, & v
¶ Quinto
datur. Pri
tat incor
do, quia
vicerat, c
rat cum v
quia viro
florida, r
tiam, co
rum volu
magnæ v
voluptate
mum & f
tate cœle
vix seru

Tertio commendatur à progenitorum suorum nobilitate recitato nō solum nomine sui genitoris, sed & nomine Patriarchæ Aser, à quo vna duodecim tribuum Israel est denominata, ante iam nunc mille sexcentos & amplius annos vita functi. Illi sanè nobiles habētur, qui velq uorū parentes per multa tempora lōgè lateq; ob virtutem celebrantur. Vnde Boëtius nobilitatē diffiniens, dicit: Nobilitas est quādam de meritis veniens laus parentum. Et subdit, dicens: Quod si claritudinem prædicatio facit illi sint clari necesse est, qui prædicantur. Quare splendidum te, si tuā non habes, aliena claritudo non efficit. Quod si quid est in nobilitate bonum id esse arbitror solum, vt imposita nobilibus necessitudo videatur, ne à maiorum virtute de generent. Attamen non raro euenit vt optimo patri pessimus filius contingat. Verbi gratia: Patri Noë sancto Chan filius prauus & reprobus. Abrahæ, Ismael, Isaac patri, Esau Et e conuerso contingit, patrē pessimum filium optimum sortiri. Vnde Achaz impius, filium habuit Ezechia bonum & piū. Et Manasses quondam pessimus, optimum & perpetua celebratum laude filium habuit Iosiam.

Quarto commendatur vti venerabilis atate, quia processerat, inquit, in diebus multis. Porro atas senectutis vita immaculata. Passiones enim & vitia per accessum multæ ætatis mitigari labefactariq; consueuerunt: & superbia iam ac temeritate displosis, sui cognitio, prudentia, humilitas, & virtutes cæteræ accedere consueuerunt senectuti.

Quinto loco à tribus vno contextu narrationis commendatur. Primo, quia à virginitate sua ad matrimonium venere incorrupta. Quod vtiq; non omnibus contingit. Secundo, quia pacificè & vnanimiter in coniugio cum viro suo vixerat, quod sanctus Lucas insinuat quum dicit: Et vixit cum viro suo septem annis à virginitate sua. Tertio, quia viro suo iam defuncto, quum ipsa adhuc esset atate florida, nempe quæ vix vel nondum exegerat adolescentiam, concupiscentia perdomita, contemptaque nuptiarum voluptate, cœlebs & vidua manere elegit. Et quidem magnæ virtutis est, magnæque laude dignum experta iam voluptate sponte carere posse. Bonum quidem est legitimum & fideliter seruatum coniugium, melior in viduitate cœlibatus, optima virginitas propter spem æternæ vitæ seruata. Qui potest capere capiat, quia non omnes

Q
Anne parentum nobilitas.

Nobilitas quid sit.

Commen-
datur atas
senectutis,
Eccle. 4.

A continē-
tia commē-
datur.

Mat. 19.

DOMINICA INFRA OCTA.

capiunt verbum hoc, quod videlicet verbo perpetuz
virginitatis propositum mortalibus commendatur. Por-
rò, quæ virginitatis gloriam recuperare non potest, viuat
deinceps vt Anna. Quòd si viuere non potest vt Anna, vi-
uat salte vt Susanna. Tametsi præstaret amplecti consili-
um, quod & com-
& domi-
minus &
in ieiunio
& ieiunio
phemare
dem subi-
um, dicit

1. Cor. 7. Apostoli dicentis, Dico autem non nuptis & viduis, boni
est illis si sic permanserint sicut & ego. Vnde & Thimo-
1. Tim. 5. theo discipulo mandat, dicens: Viduas honora quæ vere
viduæ sunt, id est, quæ piè & sanctè viuunt in Christo, quæ
propter Deum & spem vitæ æternæ, constanter animum
inducunt in castitate vitam finire.

De viduis ¶ Huiusmodi enim viduarum sanctarum etiã deo cura est di-
Deo cura cete Psal. Dominus custodit aduenas, pupillũ & viduã su-

Esa. 1. sci piet. Et iterum: viduã eius benedicēs benedicam. Hinc &
apud Esaiã cõqueritur di. Principes tui infideles, socij fa-

2. xod. 22. rũ, pupillo nõ iudicãt, & causa viduæ nõ ingredit ad eos.
¶ Et in lege loquitur, dicens. Viduæ & pupillo nõ nocebi-
tis. Si leseritis eos, vociferabuntur ad me & ego audiam.

R ¶ Septimò commendatur à pietate in Deum, quum dicitur:
Commendatur à pietate in Deum. quæ non discedebat de templo, quod vniq; locus est di-
uini cultus, domus orationis, schola legis cœlestis. Solus
Deus ei placebat, quæ à vanitate mudi sensus suos & mœ-
rem auertens, limina templi assiduè terebat. Habet sancti-
tatem in Anna viduæ Christianæ quod salubriter imitentur ex-
plum honestatis, virtutis magisterium, & normam perfe-

Discant viduæ. ctionis. Perdiscant non esse viduarum vt per plateas aut
domos vagentur, vt ad choreas & saltationes cursitent,
vt in vestitu lasciuiant, vt crapulentur, vt potitent, gatri-
lentur, aut sectentur conuiuia, dicente Apostolo. Vidua in
delitijs viuens mortua est.

A ieiunio & oratione cõmendatur. ¶ Octauò commendatur à ieiunio, & studio orationis,
quum dicitur: Ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte
& die. Sanè iis armis & caro & diabolus superantur. Ca-
ro ieiunijs domatur, diabolus superatur oratione. Hæc enim
sunt arma præcipua piarum viduarum. Bona est, (vt
Tob. 12. quit sanctus Raphaël archangelus) oratio cum ieiunio &
elemosyna.

Hæreticorum impietas. ¶ Quid interim ad hæc dicent hæretici, qui ieiunium &
studium orationis pari contemptu respuunt? Ipsi vique
sibi sunt testes quòd nulla eis est pars cū Euangelio Chri-
sti, cui tam impudenter repugnant.

Euange-
ne, ipsi co-
tus irride-
lium, qu-
& com-
& domi-
minus &
in ieiunio
& ieiunio
phemare
dem subi-
um, dicit

Et hæc
& loq-
ptionem

¶ Et hæc,
tz reuer-
tur super
in spiritum
quem ante
venisse in-
est, regre-
docebar
solatio e-
fessione
edificab-
vaicum l-
¶ Et atten-
tur enim
mirum n-
re, omni-
suadere.
seph, ista
redemptio
prio qua
demptio
tempora-
sper aue-
diceban

Euangelium commendat viduam sanctam ieiunio & oratione, ipsi contemunt & irrident vtrunq; Sed semetipfos potius irrident miseri, qui id irrident quod sanctum Euangelium, quod Apostoli, imò quod angeli sancti prædicant & commendat. Profectò qui habitat in cælis irridebit eos, & dominus subsanabit illos. Loquitur per Prophetam dominus & dicit: *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Qui ergo nunc & ieiunantes & ieiunium ipsum derident, ipsum Deum irridere ac blasphemare conuincuntur. Post huius tam sanctæ viduæ laudem subiungit Euangelista ipse de Christo testimonium, dicens:*

Iere. 1.

Et hæc ipsa hora superueniens, confitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel,

S

Et hæc, inquit, scilicet Anna, tanti meriti, tantæ virtutis tantæ reuerentiæ, ipsa hora qua Simeon de Christo loquebatur superueniens, scilicet ductu spiritus sancti. Venit enim in spiritu in templum, vt Saluatorem mundi confiteretur, quemadmodum & Simeon sanctum perhibet Euangelista venisse in spiritu in templum. Confitebatur domino, hoc est, gratiabatur Deo, videns mundi salutem in Israël, & docebat de domino, & perhibebat quod esset salus & consolatio expectantium redemptionem, Nec tantum pia confessione Deo laudes reddebat & gratias, sed & proximū edificabat. Et loquebatur, inquit, de illo, adfirmans eum vnicum humani generis redemptorem.

Anne de
Iesu con-
fessio.

Et attende sanctæ mulieris huius constantiam, loquebatur enim de illo, non vni, aut aliquibus, sed omnibus. Nimirum magnopere desiderabat omnes Christo lucrifacere, omnibus id ipsum quod de Christo ipsa credebat persuadere. Simeon loquutus fuerat tantum ad Mariam & Ioseph, ista de domino omnibus loquebatur, qui expectabant redemptionem Israel. Dicebat enim: Hæc est illa redemptio quam expectatis. Nunc, inquit, misit dominus redemptionem populo suo. Non sanè redemptionem illam temporali seruitute, quam intellectu erroneo discipuli illi sperauerant per Christum fore Israeli conferendam, qui dicebant.

Anne cō-
stantia.

Lucæ. 24 Nos autē sperabamus quōd ipse redempturus esset Israel, sed illam testabatur à Deo missam esse veram & perpetuam à diaboli potestate, & à peccatis redemptionem de qua angelus loquutus fuerat ad Ioseph, dicens: Saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

Mat. 1.

¶ Porro iuxta intellectum mysticum secundum Bedam Anna Ecclesiam significat, quæ in præsentī, sponsi sui est morte quasi viduata. Hæc ipsa enim & domino iugiter confiteatur, & loquitur de Christo, omnibus qui post hanc vitam redemptionem perfectā tam corporum quam animarum & vitam expectant æternam.

¶ Circa tertium principale dicitur:

Et ut perfecerunt omnia secundū legem domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatē suam Nazareth.

T Hic ponitur pueri Iesu per ætatis accessum notanda progressio. Vbi primum præmittitur per Iesu parentes diuine legis adimpletio, quom dicitur: *Et ut perfecerunt.* Et bene dicit, perfecerunt, quia non quomodocūque Christi mater legem impleuit, sed perfectē mandatum eius implet, nihil eorumquæ lex præscribebat omittens, vt hæc de lege purificationis à partu intelligas, cui tamen non erat subiecta quom. esset supra legem, & per ipsam legem excepta, vt videre potes in homilia de ipsius purificatione. Sed quæ erāt illa omnia quæ secundū legē domini perfecerāt? Vt oblatio pueri ad templum die à natiuitate eius quadragesimo, & ipsius à sacerdote quinque siclis argenti redemptio, quōd esset primogenitus, & oblatio duorum turturum, aut duarum columbarum.

¶ Reuersi sunt, inquit, in Galilæam. Venerant parentes Iesu à Nazareth Galilææ Bethleem, descripto sub Augusti principatu vniuerso orbe, vt persolutionem census illic profiterentur. Quomq; ibidem mundi Saluatorem virgo mater partu ædidisset, (siquidē vaticiniis prophetarum longè antè prænuntiatum fuerat Christum in Bethleem nasciturum) quādraginta diebus à partu necesse erat secundū legem vbi pepererat remanere.

¶ Secundū Origenem notādū est quod Lucas hoc loco prætermisit quæ à Matthæo satis exposita nouerat, dominum videlicet, post hæc ne ab Herode necandus inueniretur, in Aegyptū à parentibus esse delatum, defunctoquæ Herode

Mich. 5.

rode demum Galilæam reuersum, Nazareth ciuitatē suā inhabitare cœpisse. Solent enim Euangelistæ singuli sic omittere quædam, quæ vel ab aliis cōmemorata videntur, vel ab aliis cōmemorāda in spiritu præuiderint, vt continuata suæ narrationis serie, quasi nulla prætermisisse videntur, quæ tamen alterius Euangelistæ considerata scriptura, quo loco transulta fuerint diligens lector inueniat. Postquā ergo parentes domini reuersi sunt. Nazareth, non multo interiecto tēpore oportuit eos denuò peregrinari. Ioseph enim monit⁹ ab angelo accepit puerū & matrem ei⁹, & Herodis insidias, quas puero Iesu parabat, fugiens, secessit in Aegyptū, & erat ibi vsq; ad obitum Herodis, & tunc demum venit & habitauit in Galilæa, in ciuitate sua Nazareth. Et post hæc subdit Euangelista, dicens:

Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo.

Noranda distinctio verborū (inquit Orig.) quia dominus Iesus Christus in eo q̄ puer erat, id est, habitum humanæ fragilitatis induerat, crescere & cōfortari habebat. In eo verò q̄ etiam verbum Dei & Deus æternus erat, nec confortari indigebat, nec habebat augeri. Vnde rectissimè plenus sapientia perhibetur & gratia. Sapientia quidem, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Gratia autem, quia eidem mediatori Dei & hominū homini Iesu Christo magna gratia donatum est, vt ex quo homo fieri cœpisset, perfectus esset & Deus. Cui simile est q̄ Ioannes scribit eum plenum gratia & veritate eandem ipse diuinitatis excellentiam nomine veritatis, quam Lucas sapientiæ nomine commendans. Hæc ille.

¶ Puer, inquit, crescebat. Nam licet corpus eius in vtero virginis spiritus sancti virtute nequaquā per successum temporis more cæterorū, sed in instanti fuerit formatum, vt & animæ rationalis & diuinitatis esset conueniens habitaculum augmentum tamē accipiebat in tempore, operāte natura, cuius est non in momento, sed successiuè operari.

¶ Et licet Deus de illo corpore aliter facere potuisset, noluit tamen illud ad quantitatem perfectam aliter q̄ more cæterorum, id est, per temporis successione peruenire. Tum vt sic in eo lex vniuersæ carnis conseruaretur. Non enim opus est virtutis diuinæ miraculis, vbi sufficit operatio

*Euangelista
ca prudens
ter concor
danda.*

*V
Origenes.*

coloss. 2.

Ioan. 1.

*Iesus vt
crescebat.*

*Cur pauca
tim succre
sebat.*

DOMINICA INFRA OCTA

Xratio naturæ, quia nihilominus & ipsa à Deo est. Quoniã ergo natura in Christo per se poterat ipsius corpus ad perfectam deducere quantitatem sine vlla suæ dignitatis derogatione, noluit Deus (quippe iustus vniuersorum administrator) naturæ suum officium in Christo præripere, vt ante tempus naturæ legibus præfinitum perfectam acciperet quantitatem. Tum vt fides de veritate humanæ naturæ in Christo in nobis confirmaretur. Vnde Theophy. Poterat, inquit, secundum corpus ex ipso vtero in mensuram maturæ ætatis prodire, sed videretur hoc secundum phantasiã fieri, propterea paulatim crescit.

¶ Tum vt per hoc Christi humilitas manifestè patesceret, qui quum Dei filius & verus sit Deus, non solum homo fieri dignatus est, sed & paruulus nasci, materno lacte nutriri, vagire in cunis, matris brachiis gestari, & officia cuncta suscipere, quibus infantuli indigere noscuntur.

Colof. 2. ¶ Plenus, inquit, sapiëntia, iuxta quod per Apostolum dictum est: In ipso sunt omnes thesauri sapiëntiæ & scientiæ Dei absconditi. Proficiebat ergo augmento & vigore corporis tametsi ex parte animæ, iam ab instanti suæ conceptionis in vtero matris, plenus esset sapiëntia & virtute. Decenter verò (inquit Cyrillus) ætatis incremento, sapiëntiæ confortabatur, scilicet spiritu. Nã iuxta naturam ætatis corporæ natura diuina sapiëntiam propriam reuelabat. Si enim (vt dicit Theoph.) dum paruus ætate erat omnem sapiëntiam demonstrasset, videretur prodigium, sed per perfectum ætatis seipsum ostēdebat. Non ergo quasi per accessum temporis suscipiens sapiëntiam, spiritu confortari dicitur. Quod enim ab initio perfectissimum est, quomodo potest deinde perfectius fieri?

10an. 1. ¶ Quoniam ergo anima Christi à suæ creationis primordio per vñionem sui ad suppositum verbi plenam & perfectam Dei sapiëntiam habuit, præuidens hoc futurum
Anima Christi vt repleta sapientia. Propheta rei magnitudinem atq; nouitatem stupens, ait: Creauit dominus nouum super terram, fœmina circumdabit virum. Christum utiq; designans in vtero matris virtutibus & sapiëntia perfectum. Hinc Bernard. Vir, inquit, erat Iesus, necdum etiam natus, sed sapiëntia, non ætate, animi vigore, non viribus corporis, maturitate sensuum, non corpulentia membrorum. Neque enim minus ha-

Super missam.

buit sapientiam conceptam

¶ Sicut enim iam gratiam

iam per se nus fuit

sua quæpit in v

uicere

ie spiritus

¶ Non proficiebat

nes. Non secundum

parebat nouum

dere vi

mo quæcis, sec

dispon

¶ At ve & suar

parebat quibus

pro su

cernen

sciebat

quum

¶ Lecti in Iesu

nie re

buit sapientiæ, vel potius non minore fuit sapientia Iesus conceptus quàm natus, parvus quàm magnus.

¶ Siue ergo latens in utero, siue vagiens in præsepio, siue ^{puer iesu} iam grandiusculus interrogans doctores in templo, siue ^{ut vir.} iam perfectæ ætatis docens in populo, equè profecto plenas fuit spiritûsancto. Nec fuit hora in quacunq; ætate sua qua de plenitudine illa quam in sui conceptione accepit in utero, vel aliquid minueretur, vel aliquid eidem adliiceretur Sed à principio perfectus, à principio plenus fuit spiritu sapientiæ & intellectus, spiritu consilij & fortitudinis, spiritu scientiæ & pietatis, & spiritu timoris domini

¶ Non ergo te moueat quod dictum est: Iesus autem proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines. Nam quod de sapientia & gratia hic dictum est, non secundum quod erat (vri iam dictû est) sed secundum quod apparebat intelligendum est, videlicet non quasi aliquid ei nouum accederet quod antè non haberet, sed quod accedere videretur, quando volebat ipse vt videretur. Tu homo quum proficis, non quando, nec quantum vis proficis, sed te nesciente tyus moderatur profectus, tua vita disponitur.

¶ At verò puer Iesus, qui disponit tuam, ipse disponebat & suam, & quando volebat, & quibus volebat sapiens apparebat, quando & quibus volebat sapientior, quando & quibus volebat sapientissimus, nempe sapientiam suam pro suo arbitrio, nunc plus, nunc minus ostentabat, pro venturorum vel meritis congruere, vel saluti expedire sciebat.

Nescit se homo proficere.

DOMINICA PRIMA
POST EPIPHANIAM
DOMINI.

Quam factus esset Iesus annorum duodecim ascendentibus illis Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus quum redirent &c. *Lucæ. 2*

¶ Lectio præsens quatuor comprehendit. Primum est, puer Iesu à parentibus secessio. Secundum est, Pueri Iesu anni requisiti inuentio. Ibi: Et factum est post triduum. Tercium

DOMINICA PRIMA

Tertium est, matris & filij mutua colloquutio. Ibi: Et dixit mater eius ad illū. Quatrū est. Obediētia pueri imitanda subiectio, ibi: Et descendit cum eis.

¶ Circa primum tria tanguntur. Primum est, parētum Iesu religiosa deuotio. Secundum est ipsa pueri à parentibus secessio, ibi: Remansit puer Iesus in Ierusalem. Tertiū est pueri amissi anxia requisitio, ibi: Et requirebāt eum inter cognatos & notos.

A ¶ Circa primum, Quod est Mariæ & Ioseph parentū Iesu pia ac religiosa deuotio, dicitur: Ascēdentibus illis Ierolimam secundum consuetudinem diei festi. Præmiserat, dicens: Et ibant parētes eius per omnes annos in Ierusalem, in die solenni Paschæ. Vt enim ait Chrysoſto. In Hebræorum solēnitatibus, non solum tempus, sed etiam locum obseruare lex iusserat. Et ideō nec domini parentes extra Ierolimam celebrare Pascha volebant.

De cōsen. euangeli. ¶ Querit hic B. Aug. quomodo, inquiens, ibant parentes eius per omnes annos pueritiæ Christi in Ierusalem, si Archelai timore illuc prohibebantur accedere? Hoc dissolueri non esset difficile si aliquis Euangelistarū expressisset quandiu regnarat Archelaus. Sed & fieri poterat, vt per diem festum inter tam ingentem turbam latenter ascenderant, mox reuersuri, vbi tamē aliis diebus habitare meruerant, vt nec solennitate prætermissa essent irreligiosi, nec cōtinua mansione conspicui. Quum verō etiam de regno Archelai quàm fuerit diuturnum tacuerint, iste quoque intellectus patet, vt quod hic Lucas dicit per omnes annos eos ascendere solitos in Ierusalem, tunc accipiamus factum, quum iam non timeretur Archelaus.

Exod. 23. **B** ¶ Præcepit sanè domin⁹ in lege, dicēs: Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Et infra: Ter in anno apparebit omne masculinum tuum corā domino Deo tuo, videlicet in festiuitate Paschæ, in memoriā liberationis quondam patrū suorū de terra Aegypti, in festiuitate Pētecostes, in memoriā datæ legis, quinquagesimo die ab exitu de Aegypto, & in festiuitate tabernaculorum in autumno, in recordationem patrū suorū, qui egressi de Aegypto, quadraginta annis, locis incertis, in tabernaculis habitauerant in deserto. Ad hæc tria festa cōuenire, viris tantum, præceptū erat. Quod ergo mater domini ascendit in Ierusalē, nō ex debito fuit, sed ex spōtanea deuotione.

Itaque

¶ Itaque
re ha
asser
quide
ge f
¶ Qu
& ala
Aegy
lebra
ris hu
(non
bant
liber
hilom
Christ
di. Et
eius h
Ereni
¶ Por
ipsa q
tatem
vacu
bet er
dus a
operi
licæ f
dia ce
minus
quem
fidele
Deo s
¶ Nes
siis de
insidie
la sect
gotiar
ceteri
facere
metip
& offe
tute

¶ Itaque exemplo parentum Christi manifestum est errare hæreticos cunctas per annum festiuitates abrogantes, asserentes in nullo diem diei esse præferendum, quandoquidem & ipse Deus certis per annū tempora libus in lege festiuitates suas quasq; ob causas præcepit celebrari.

¶ (Quum ergo) vt de cæteris taceam) tanta cum diligentia & alacritate Pascha suum in memoriam liberationis ab Aegypcia seruitute quotannis cum paschalibus epulis celebrarent, quum nos in recordationem liberationis generis humani à potestate diaboli per Christū factæ, Pascha (non vt illi in vmbra, sed in veritate) celebremus? Epulabantur illi cum hostia seu agno Paschali, cuius occasione liberatus olim fuerat populus patrum de Aegypto, & nihilominus in typum eorum quæ futura erāt, id est, mortis Christi, agni sine macula, qui foret ablaturus peccata mundi. Et quid non celebremus ipsi solennitates nostras ob eius honorem, qui venit benedictus in nomine Domini? Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.

¶ Porro qualiter festa nostra oporteat nos celebrare, lex ipsa quæ spiritualis est, ostendit, quum præcipit, vt solennitatem celebraturus sit mundus, nō appareat corā domino vacuus, & accedat ad locū quem elegerit dominus. Debet enim sanctarum solennitatum prius cultor esse mundus ab iniquitate: nō vacuus, sed ornatus & plenus bonis operibus, & pia volūtate, & in vna sancta Ecclesia catholica fidei (quasi loco vno quē dominus elegit) festiua gaudia celebrare. Sed & ad literā quoque locus quē elegit dominus, quilibet locus sacer seu templum dici potest, ad quem locum vnanimi fide atque pietate cōuenire decet fideles, vt illic & Dei legem auribus & mente percipiant, Deo supplicent, & pro acceptis bonis gratias agant.

¶ Nefarium est autē sacris obseruādisque diebus, Ecclesiis derelictis in lupanaria se recipere, alex, nō ludo, sed infidioso questu proximū spoliare, porirantiū cōuenticula sectari, comessationibus & ebrietatibus indulgere, negotiationibus aut vsuris lucra peritura venari, choreis aut cæteris mūdī vanitatibus aut spectaculis vacare. Hęc enim facere, quid aliud est quā dæmonibus festa celebrare, semetipsum contempto Deo immūdis spiritibus dedicare & offerre? Audiant dominū per Prophetā, dicentē: Solennitates vestras odiuit anima mea, iniqui sunt cæteræ vestri.

His

C
Festos
dies abrogantium
error.

1. Cor. 5.

Quomodo
dies festi
obseruādi

D
Dies festi
nefarie
violātur.

Esa. 58.

DOMINICA PRIMA

¶ His præmissis ad expositionem Euangelicę lectionis est accedendum. Quum factus esset Iesus annorum duodecim, qui secundum diuinitatem est sine principio, ante omne tempus, nempe cōditor temporum, quum esset iam homo factus, tempus vitę suę mortalis cępit diebus, mensibus, & annis mensurari.

ætatē christi differētia Luc. 2. Ibidem.
E ¶ Quinque differentias temporum de Christo in Euangelio legimus. Primo enim legitur fuisse vnus diei, quando videlicet de matre virgine fuit natus. Vnde nunciante angelo de ipso scriptum est: Natus est vobis hodie Saluator. Secundò, legitur fuisse octo dierum, quando scilicet in carne fuit circumcisis, dicente Euangelista: Postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer. Tertio, legitur fuisse quadraginta dierum, quādo in templo cum legalibus hostiis fuit præsentatus. Quarto, legitur fuisse duodecim annorum, vt patet in præsentī lectione. Quintò, legitur fuisse quasi annorum triginta, quando videlicet à Ioanne fuit in Iordane baptizatus.

Luc. 3. ¶ Vnde scriptum est: Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta. Sequitur:

vt iesu parentes festa seruabant.
F ¶ Ascendentibus illis, id est, Maria & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, vbi ex Aegypto regressi habitabant Ierosolymam, nempe locum quem elegerat dominus, secundum consuetudinem diei festi, id est, prout consueuerant solennitati paschali illic celebrādæ, & sacris agni paschalis carnibus asis secundum legem māducādīs, quorū annis ascendere. Ducebant secum puerum Iesum, nempe diuinum pignus quod seruandum cęlitis acceperant. Nō enim sine illo quoquam ipsi proficiscebātur. Quod etiam cæteris est parentibus in exemplum. Sunt enim pueri à teneris annis pietati & diuino cultui assuefaciendi Nam facile per totam vitam retinent siue malum sit siue bonū, quo primæua ab ætatē fuerint imbuti, iuxta illud:
 Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.

¶ Si enim parentum vel negligentia vel exemplis malis, imbibitis vitiis induruerint, frustra postmodum laboraueris, acerbo clamore iis castigandis. Vnde ait quidam:

-- Quum septimus annus

Iuuenalis Transferit puero, nondum omni dente renato, Barbatos licet admoueas mille inde magistros

Hinc

Hinc totidem, fugienda patrum vestigia ducunt,
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.

Et post pauca:

Nil dictu scædum visuque hæc limina tangat,
Intra quæ puer est, procul hinc, procul ite puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia, si quid
Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos.
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.

Nam siquid dignum censoris fecerit ira
Quandoque, ac similem tibi se, nec corpore tantum
Nec vultu dederit, morum quoque filius: & quum
Omnia deterius tua per vestigia peccet,
Corripies nimirum, & castigabis acerbo
Clamore, ac post hac tabulas mutare parabis.
Vnde tibi frontem libertatémque parentis,
Quum facias peiora senex?

¶ Et post pauca id ipsum duplici exemplo (ciconiæ videlicet & vulturis) ostendit, dicens:

Plurimū enim intererit, quibus artibus hunc, quibus & tu
Moribus instituas, serpente ciconia pullos
Nutrit & inuenta per deuia rura lacerta,
Illi eadem sumptis quæerunt animalia pennis.
Vultur iumentis, crucibus canibusque relictis
Ad foetus properat, partémque cadaveris affert.
Hic est ergo cibus magni quoque vulturis, & se
Pascens, propria quum iam facit arbore nidos.

¶ Ait Ieremias propheta: Bonū erit viro quum portauerit
iugum domini ab adolescentia sua. Vnde & per Sapientē
dicitur: Filij tibi sunt, erudi illos, & curua illos à pueritia
illorū. Curua, inquit, ad similitudinē virgulti, quod quum
adhuc tenerū est, in quāuis partem, & quæcunque volueris
modū flexibile est: sed quum iam in robur excreuerit, &
induruerit, fregeris id citius, quàm inflexeris. Sequitur:

Remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu venerunt iter dici.

¶ Hic ponitur secundum huius primæ partis membrum, id est, pueri Iesu seriosa à parentibus secessio. Vbi primum est aduertendum, quod qualis quisque futurus est, quibusdam

Thren. 3.

Eccle. 7.

ple-

*Futuram
rerum in
pueris
prænosti-
ca.*

Prou. 20

Prou. 22.

Ecle. 35.

*Christum
in pueri-
tia non fe-
cisse signa
15. distin-
ca sancta
Romana.*

plerunque signis in eius pueritia præmōstratur. Vnde etiā per Salomonem dicitur: Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sunt opera eius. Prouerbiū est: Adolefcens iuxta viam suam, etiam quum senuerit non recedet ab ea. Nam vt alibi scriptum est: Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo inuenies in senectute? Volens itaque Christus futuræ doctrinæ ac vitæ suæ demonstrare præludia, in scis parentibus remansit in templo. Nec mireremur, inquit Origenes, parentes vocatos quorum alter ob partum, alter ob obsequium patris & matris meruerit vocabula.

¶ Caterum aduerte Christum in sua pueritia nulla profusus per se effecisse miracula, tametsi deus pater per angelos & per stellam natiuitatem eius declarauit. Vnde liber inscript⁹ de infantia Saluatoris, qui falsò multa à puero Christo continet patrata miracula, à patribus vt apocryphus est reprobatus. Et quia iam ante B. Lucas Christum creuisse & fuisse confortatum plenum sapientia commemorauit, nunc proprium sermonem verificat inducens Iesum vnà cum sacra matre virgine in Ierusalem ascendente. Itineris huius causam Beda assignat, dicens: Dominus inter homines homo natus fecit quod faciendum hominibus per angelos imperauerat Deus (angeli enim fuerunt ministri legis) seruauit ipse legem quam dedit, vt nobis qui puri homines sumus, seruandum per omnia quicquid Deus iubet, ostenderet. Sed vt supra hominē, quum duodecim adhuc esset annorum, disputauit cum sapientibus Iudæorum, quod alias impossibile est, vt puer huiusmodi disputationem fuisset ausus subire.

H

*Beda.
Christus
in pueri-
tia quis
esset, ostē-
dit.*

¶ Et quum factus, inquit, esset Iesus annorum duodecim. Qui à natiuitate, imò à conceptione humana manifestis miraculorum, quia Deus sit, est approbatus indicis, ipse etiam mox vbi tempus ætatis congruebat, vt ranque suam reuerenter pandere cœpit atque aperire substantiam, & quid videlicet patri iuxta veritatem diuinæ maiestatis & quid iuxta assumptionis humanæ fragilitatem debeat mutari. Non igitur otiosè suorum perhibetur immemor extitisse parentum, sed vt nos instruat quia non solum antequam parentes ipsi, verum etiam antequam Abraham fieret, ipse est in ciuitate potius ac tēplo Dei, quasi paterno

iure

iure resistere delectat. Quin & viā nobis quā pergamus, ostēdit: exemplum quod imitemur, exhibuit. Quod enim per omnes annos cum parentibus in Pascha Ierosolymā venit, humanā nimirum est humilitatis indicium. Hominis est namq; ad offerenda Deo sacrificiorū spiritualiū vota cōcurrere, & authorē suū orationibus lachrymīsq; sibi cōciliare p̄fussis. Meminerim^o ergo & ipsi p̄sentis Ecclesie domū, necessariis precū mūdārū frequētare munerib^o. Sed quærat aliquis, quomodo Dei filius tanta parentum cura nutritus, his abeuntibus potuerit obliuiscendo relinqui. Cui est respondendū, quia filiis Israel moris fuerit, ut temporibus festis vel Ierosolymā confluētes, vel ad propria redeuntes, seorsum viri, seorsum s̄eminæ incederēt, infantesque vel pueri cum quolibet parente indifferēter ire potuerint. Ideoq; B. Mariā vel Ioseph vicissim putasse puerū Iesum quē se comitari nō cernebāt, cum altero parente reuersum. Et hoc est quod dicit Euāgelista: Existimātes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei.

*Iesu per-
dito, parē
tes vt ex-
cusantur.*

Circa tertiū, quod est, a missi pueri anxia requisitio subditur.

Et requirebant eum inter cognatos & notos.

Existimātes, inquit, illū esse in comitatu. Ioseph enī vidēs sibi puerū deesse in comitatu virorū, credebat eū esse cum Mariā matre in comitatu mulierū, & similiter Mariā putabat puerū Iesum Ioseph in cōtū virorum comitari. Vnde etiā a negligētiē culpa uterq; rationabiliter excusatur. Sed sic Dei filio visum, sic fieri à spiritu sancto fuerat ordinatū & hoc plures ob causas. Primò, ne parentes impedimēto essent disputationi peragēdæ cū legis peritis, & hoc euitās ne parentes cōtemnere videretur, si mādantibus nō parerent. Clāculo igitur remanet, ne aut retrahatur, aut sit inobediēs. Si enim hoc quod futurū erat pia mater p̄sciuisset, verisimile est qd̄ vetuisset eū cōtū interesse doctorū, ne fortē innotesceret eis ipsū esse Christū, nēpe puerū illū quē Herodes quærēs interficere, tot milia puerorū p̄pter ipsius suspectā personā iam dudū iusserat trucidari. Et licet ille iā esset defunct^o, regnabat tamē p̄ eo Archelaus filius eius (vt iam dictū est) quē nō minus q̄ Herodē patrē, p̄terēs Iesu formidabāt. Volens igitur cōlestis puer matrem vitare p̄ceptū, ea nesciente remansit in Ierusalē. Secundò, vt dum omnibus esset incognitus, in admiratione suæ sapientiæ auditorū animos magis suspenderet.

*I
Pueri re-
su anxia
requisitio*

*Pueri Ie-
sus cur-
paretibus
in se in re-
mansit.*

H Quo-

DOMINICA PRIMA

1048.7.

Quomodo postmodum Iudæi sapientiã eius admirantes dicebant: Quomodo hic literas scit quum non didicerit? Tertio, vt ostenderet quòd parentum adminicula, dispensatione clementiẽ suã, non autem ex indigentia susceperat, quandoquidem viuere poterat sine illis.

*Puer 10-
sus quale
puer ex-
emplum
dedit.*

¶ Quarto, vt ostenderet quãto desiderio, quãtoque zelo cœlestiũ rerum duceretur adhuc puer, eorum scilicet que erant sui patris, & vt exemplũ daret pueris mũdo renuciare volentibus propter Deũ, vt si eorũ pio proposito parentũ forsan volũtas obtiterit, ipsis incõsultis libetẽ possint è seculo fugere, iuxta quod scriptũ est: Qui dixit patri suo & matri suã: Nescio vos, & fratribus suis, Ignoro illos,

Deut. 33.

& nescierũt filios suos, hi custodierũt eloquiũ tuum & preceptum tuum seruauerũt, iudicia tua o iacob, & legẽ tuã

Matt. 19.

Israel. Hinc & in Euangelio dominus loquitur dicens: Scrinate paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos, talis est enim regnum cœlorũ. Et post pauca: Et omnis, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

*K
num filij
parentes
possint re-
linquere.*

¶ Non solũ autem insciis parentibus, verum etiam probentibus possunt filij relicto seculo ad vitam religiosam conuolare. Quod tamen quidam limitantes, dicunt licet posse fieri, modò parentes auxilio filiorũ possint carere. Alioqui nõ posse filios relicta parentũ inopum cura ad vitam religiosam trãsire, nisi forsan cognoscerẽt in se manẽtes in seculo nõ posse saluari, tunc enim eis ad vitam religiosam foret confugiendũ, iuxta quod in Euangelio dominus cuidã populo dicẽti: Domine, permittite me primũ ire & sepelire patrem meũ, ait: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Quòd si remanẽdo in seculo se credit posse saluari, propter diuinẽ legis præceptũ quod dicitur: Honora patrẽ & matrẽ, debet in seculo remanẽdo parentum necessitatibus & inopiã subuenire.

Matt. 8.

¶ Quinto, vt ostenderet quãto antequã parẽtes eius essent, in ea ciuitate & in templo quasi paterno iure præsidere. De hoc plura circa finem sequẽtis Homiliã. Venerũt ergo, iter diei, scilicet ab Ierusalẽ Galilẽam versus. Quum ergo ad vesperã diei cõuenientes, puerũ Iesum abesse conerẽt, mox incredibili dolore animi consternati, stupẽtesq; timore nullã requiẽ capiẽtes, regrebãt eũ die sequẽti in

*Amisio
iesu pãre-
tum con-
sternatio.*

L

ti inter
go, & (vt
ra veris
Herodes
iã occi-
laus reg-
eius que
cit Orig-
illi plac-
forfan al-
obrem ip-
aut alian-
¶ Quis in-
set verbi-
lorẽ eius
sus. Ipso
detari: ip-
irreme di-
liũ, ipsa v-
tate, & c-
permanẽ-
stiz lachr-
le gaudiũ
dicibili n-
ri Iesu pr-
¶ Super h-
etas? Vbi
fruebaris
mo aliqu-
bus tate a-
torũ mys-
vocem: Si
re eos. S-
tuz matri-
ris: Nã &
domina n-
Deum ne-
gore vex-
nidobasi-
qui serua-
turglori-

ti inter cognatos & notos, & nō inuenerūt. Metuebāt ergo, & (vt fieri solet in huiusmodi) timebāt anxij & grauiora veris sibi proponebant, videlicet, ne fortē puerū quem Herodes & Iudæi p̄dere quæsierāt, inuenta opportunitate iā occidissent, præsertim quum adhuc (vt dictū est) Archelaus regnaret in Ierusalē, ac per hoc ipsi forēt rei mortis eius que non sollicitius custodissent. Timebant etiā (vt dicit Origenes) ne fortē recessisset in cœlū ad patrē quum illi placuisset iterum descensurus. Timebant insuper ne forsā aliquo modo cœlestem puerum, offendissent, quāobrem ipse nollet ampli⁹ cū illis manere, sed in Aegyptū aut aliam regionem absque illis victurus recessisset.

¶ Quis inter hæc materni cordis illius angustias vllis posset verbis cōsequi? Non erat quicquā in mundo quod dolore eius lenire poterat, nisi is qui desiderabatur puer Iesus. Ipso præsentē putabāt se habere quicquid potest desiderari: ipso amisso, oīa se in ipso credebāt amississe. Itaque atremediabilib⁹ lachrymis flebat amissum virgo mater filiū, ipsa vita sibi chariorē, nēpe filiū dei, quē Angelo nuntiatē, & cooperatē spiritu sancto, virgo cōceperat, & virgo permanēs partu adiderat sine dolore. Iust⁹ sanē dolor, iust⁹ lachr⁹ me, amisso puero Iesu, puero sine pari. Indicibile gaudiū, indicibile de illo pri⁹ habuerat cōsolationē, indicibile nūc de amissione ei⁹ dolore cruciat: quo enī pueri Iesu præsentia dulcior, eo acerbior de amisso tristitia.

¶ Super his beatus Bernardus. O dulcis puer, inquit, vbi etas? Vbi latebas? quo vtebaris hospitio? quo ū illo triduo stuebaris consortio? Vtrum in cœlo an in terra, an in domo aliqua interim moraberis? Vel certē tunc cum aliquibus tuæ ætatis puerulis secreto loco consistens eis secretū mysteria profundeabas, secundū tuam in Euangelio vocem: Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos. Sed quid est mi dulcis Domine, quòd sanctissimæ tuæ matri querenti, dolenti, suspiranti, non compatiaberis? Nā & ipsa & pater tuus dolentes quærebāt te. Imo tu domina mea dulcissima, cur puerum quærebas quem esse Deum non ignorabas? An ne cruciaretur fame, an ne frigore vexaretur, ne à quolibet suæ ætatis iniuriaretur formidabas? Nōne ipse est qui pascit omnia, omnia nutrit, qui scenum agri quod hodie est & cras in clibanum mittitur gloriosus à Salomone vestit & ornatur?

M
Pueru Te
su amisso
exclama-
tio.

Matt. 6.

DOMINICA PRIMA

¶ Per illud, inquam, triduum vbi eras bone Iesu? Quis tibi cibum ministravit ac potum, quis detraxit calceamenta, quis membra puerilia fovit? Scio certe, quia sicut voluntate nostrā infirmitatem suscepisti, ita & quum velles propriam virtutem ostēdisti, & ideo quum velles his obsequiis nō eguisti. Vbi ergo eras domine? De iis omnibus cōiicere vel opinari aliquid libet, affirmare autem temerè, non licet.

¶ Quid dicam Deus meus? An vt te per omnia nostrę cōformares paupertati, & omnes in te humane miserię calamitates susciperes, quasi vnus ex turba pauperū stipem per ostia mendicabas? Quis dabit buccellarum illarum mendicaturum me participem fieri, vel saltem diuini

Nilius edulij reliquiis saginari? Hęc Bernardus.

Iesus quo loco reperitur. ¶ Porro mysticè Christus non reperitur inter cognatos, quia inter Iudæos qui sunt cognati eius secundū carnem nunc minimè reperitur, sed inuenitur in templo Ecclesię id est, inter piē fideles ex gentibus qui non sunt ei cognati carne & sanguine, sed gratię adoptione. Nā in propria

Ioan. 1.

venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, hisque credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Dei nati sunt. Et verbum caro factum est, & mox spiritualem cognationem ipsius cum credentibus in se designās subdit dicēs: Et habitauit in nobis. Deinde spiritualem ipsius notitiam insinuans subiungit. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre.

Matt. 16

¶ Ad hęc non inuenitur Christus inter cognatos & notos, quia nequaquam carnali & humano sensu per fidem cognoscitur. Vnde quum hunc Petrus cognouisset, dicēs: Tu es Christus filius Dei viui, Respondit ei is quem ipse iam per fidem cognouerat: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis. Non ergo sui carnali sensu eum cognoscunt, quia notitia creatarū rerum extolluntur, Philosophi scilicet huius seculi sapientes, sicut ipse ad patrem in Euangeliō loquitur, dicens: Abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Matt. 11.

Qui Iesum non inueniūt.

¶ Sed nec in regno vitę æternę reperient Christum, qui deseruierint tantum carni suę & sanguini. Caro enim & sanguis

sanguis
Dei non
in Euang
dicere p
& in p
sitis. Di
¶ Ceteru
quid est
tes suos
Deum r
& notos
inuentu
inter cog
feris, qu
carnis q
¶ Ait Ap
carnem
esse cup
Hęc est
re desid
querat e
tranquil
eius, qu
vigili th
nis est: q
dione, s
inuenire
tere libe
tem tuam
inter cog
lorum p
quibus p
tes & dic
eorum (c
preferant
diculam,
rebant p
non inue

Et no
rentes et

DOMINICA PRIMA

Matris dolor de puero Iesu
 ¶ Itaque non inuento puero Iesu iam diem vnum anxie
 P queſito inter cognatos & cateruas cōciniū & vicinorū
 parentum eius (p̄cipue virginis matris) per ſingula me-
 menta dolor augebatur. Quęcunque enim de puero Iesu
 filio ſuo vix p̄ ſingultu & lachrymis verba proferre va-
 lens, nō ipſum vidiffet ſupplex interrogat negat hunc ſe
 vidiffet. Iam tertia dies abſentię Iesu illuxerat, quum feſti-
 nantes regrediuntur vnde venerant Ieruſalem.

¶ Sed quibus cum ſuſpiriis, lamentis, anxietatibus, viam
 peragūt p̄cipue mater, quis enarrare ſufficiat? Cūmque
 gemitibus & ſtetu ſermo intercluderetur, dicere poterat:

Gene. 37 Puer nō comparet, & ego quō ibo? Et ad obuios quosque:

Cant. 4. Num quem diligit anima mea vidiffis? Iam primū expe-
 riri cōpit, qualis in morte filij ſui futurus eſſet dolor illius
 vltimę ſeparationis, de quo per Simeonē propheticō ſpi-
 ritu ſibi fuerat p̄nuntiatum: Et tuam ipſius animam per-
 tranſibit gladius. Ignorabat quid primum ſibi foret age-
 dum, quę cęleſte pignus à Deo commōdatum amiſerat.

Cant. 4. dicere poterat: Quęſiui quem diligit anima mea quęſiui
 illum & nō inueni. Surgam & circuibō ciuitatē per vicōs
 & plateas quęram quem diligit anima mea.

¶ Et quidem nō minus flendum illis eſt atque lugendum
 qui Ieſum per peccatum ſibi conſcij ſunt amiſſe. Porro
 quāta cum ſolicitudine ab iis ſit Ieſus, id eſt, ſalus æterni
 quęrendus, ſimilitudine melius innoteſcit.

Ieſus vt requirēdo ſimilitudo moratilis.
 ¶ Debet enim Ieſum (dum adhuc pœnitentię locus eſt)
 anima peccatrix quęrere, ſicut aquam ille quęrit, in cuius
 domo graſſari iam cōpit incendiū. Vnde per Prophetam
 dicitur: Quęrite dominum & viuite, ne fortē cōburatur
 ignis domus Ioseph, id eſt, conſcientia hominis cuiuſque
 fidelis quem virtutibus & operibus piis decebat augeſce-
 re. Incendiarius ſiue ſane dirus qui hanc domum incēdit
 diabolus eſt, de quo ſcriptū eſt: Oculi eius ſcintilla ignis

A mōs. 5. & halitus eius prunas ardere facit, peruerſus enim am-
 lator eſt operum Dei. Vnde Chriſto dicente: Ignem ven-
 mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat? qui vitioſi
 facer ignis dei eſt amor & proximi, & ille cōflator animo-
 rum ignem ſuum quem mētibus hominū ſuggerat, habet
 ignem ſcilicet, malarum cupiditatum, auaritię, ira curioſitatis

Iob. 40. & luxurię, & cęterorum huiuſmodi vitiorum. De quo igne
 per Michęam prophetam dicitur: Adhuc ignis in domo
 im-

impij, &
 in ſemel
 cientis
 quem ad
 fontem
 re, gutta
 cendia nō
 ¶ ſecund
 nō is que
 Ieremian
 panem. P
 de celo
 in æternu
 indēſicie
 illum vti
 tabatur n
 reſtat via
 que ad m
 hoc pan
 dicebant
 pane im
 plicare d
 ante ianu
 ¶ Tertio
 quæreret
 tu ex per
 dica mih
 in merid
 rum. Cul
 mundo, i
 in verbi
 tari ſanc
 Porro ſo
 greges, I
 ſit de pur
 ri incipit
 nō reper
 ſtraction
 in interior
 mobilatu
 ſculo m

impij, & mensura minor iræ plena. Ignem hunc quisquis in semetipso cupit extinguere, poperet ad fontem indeficientis misericordiae Dei, sitiatur vitæ melioris iustitiam quemadmodum & ille, qui ait. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Quisquis autem fontem contemnit quærere, guttam refrigerantis misericordiae inter gehennæ incendia non poterit obtinere.

Secundò debet Iesum peccator quærere quomodo panem is quæreret quem fames exitialis vrgeret: iuxta quod per Ieremiam dicitur: Omnis populus eius gemens & quærens panem. Panis vitæ est ille, qui ait: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Hic panis viatorem vt in via mandatorum Dei indeficienter ambulet, mirum in modum confortat, per illum, utiq; panem præfiguratur, quem angelus Heliam hortabatur manducare, dicens: Surge comede: grandis enim restat via. Et ambulauit, inquit, in fortitudine cibi illius, vt que ad montem Dei Oreb, vbi foret Deum visurus. Pro hoc pane obtinendo supplicare debemus sicut illi qui dicebant: Domine, semper da nobis hunc panem. Pro hoc pane impetrando quasi mendici humiliter & assiduè supplicare debemus. Vnde Aug. Famelici Dei esse debemus, ante ianuam conspectus eius mendicantes.

Tertiò, debet peccator Iesum quærere, sicut dilectum quæreret quæ languet amore. Vnde in canticis canticorum ex persona sponsæ amore sponsi languentis dicitur: Indica mihi quem diligit anima mea. Vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Cubat autem cælestis sponsus, & requiescit in corde mundo, in animo quieto & pacifico. Pascit autem oues suas in verbi cælestis auditorio, pascit in præsepio, id est, in altari sancto, vbi in pabulum vitæ semetipsum elargitur. Porro solales sponsi pastores sunt animarum, quorum greges, fideles sunt populi, quibus pascendis seruandisque sunt deputati. Tunc autem sponsa post huiusmodi greges vagari incipit, quando sponsus in cõtemplatiuè vitæ dulcedine non reperies, actiuæ vitæ (per curam alienæ salutis cum sui distractione molesta) se totam impedit. Et quia per huiusmodi interior oculus quo Deus videri possit non parum obnubilatur, idcirco rursus sponsa queritur, & dicit: In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea.

*Iesus que
rendus vt
famelico
panis.
Th ren. 1.
10an. 6.*

2. Re. 19.

*Iesus que
rendus vt
amanti di
lectus.
Cant. 1.*

Cant. 3.

DOMINICA PRIMA

Quæsiui illum, & non inueni. Per noctes sponsa dilectum in lectulo cordis & conscientia quærens non inuenit, quia obnubilato, vel per nimias curas exteriorum rerum, vel per delicti cuiuslibet conscientiam mentis oculo, contemplationis suauitate frustratur. Idcirco lectulus iste profusio lachrimarum frequenter est abluendus, vt in ea sponsus cœlestis quiescere & spôsæ commorari dignetur. Lauabo, inquit, per singulas noctes lectû meû, lachrimis meistratum meû rigabo. Dilectus iste propter osculum reconciliationis querendus est. Quapropter cauendum est tibi ne per verba immunda habeas os porcinum, ne per verba contentiosa, contumeliosa, vel insultatoria, habeas os caninû, né ve per verba detractionis, habeas os serpentinum, dicente Salomone: Si mordeat serpens in silentio, nihilominus habet, qui occultè detrahit. Et vnde etiam Psalms: Acuerunt, inquit, linguas suas sicut serpentes.

Eccle. 10.

S Quartò, debet peccator Iesum quærere, sicut vitam quæreret qui debet mori. Iesus enim est vita nostra, sicut ipse testatur, dicens: Ego sum via, veritas, & vita, imò & vitæ dator. Ego, inquit, veni, vt vitam habeant. Et Paulus ait: Qui Christus apparuerit vita nostra, tunc & vos apparebitis simul cum ipso in gloria. Accedit etiam Ioannis testimonium, quo ait: Qui credit in filium, habet vitam æternam, qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed Dei manet super eum. Hinc rursus scriptum est: Si quis quæserit dominum Deum Israel, moriatur à maximo usque ad minimum à viro vsque ad mulierem. Itaque quia Iesus vita est, ipsumque non habere, perire & mori est: Idcirco sicut is, qui in hostium vinculis detinetur cras morturus, omni qua potest industria effugium, & si quomodo potest, vitam quærit, ita & tu quisquis es peccator criminum vinculis constrictus, qui ad gehennæ mortem seruaris, tota qua potes industria atq; conatu, vt mortem effugas, quære Iesum. Audi dicentem: Quærite Deum & vitam animæ vestræ.

Psalms.

¶ Si vincus ad mortem effugere posset per fenestram arctam, & adeo arctam, vt non nisi vestibis exutis, nudus possit effugere, certè non dubitaret nudus mortem eundere, potius quàm vestitus ad mortem seruari. Arcta fenestra est vsurario cunctis restituere, quæ de vsurarum iniquitate rapuit, & sese malè quæsitis diuitiis quasi quibusdam

Iesus quærit, ut vita morituro.
Ioan. 10.
coloss. 3.
Ioan. 3.

2. Par. 15.

vestim
pateat
sum mu
riatur
toribu
bus, &
tia con
audire:
diabolo

E

In ha
duntur.
cundum
exposu
est, Pue
eis.

¶ Circa
ris & lo
rit actio
pueri do
nes.

¶ Circa p
Consum
domum
possent i
istius die
cognato
cundo di
sed nec i
um, id e
materni
cruciatu

¶ Sed &
sica rati
Iesus à P

vesti

vestimentis exuere & nudare, sed quum non aliunde pateat sibi via salutis, quid prodest ei, etiam si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patitur? Arcum foramē est adulteris, superbis, furibus, raptores, fraudulentis, inuidis, iracundis, ebriosis, aleatoribus, & cæteris huiusmodi peccatorum suorum captiuis, viua consueta relinquere, sed in infinitum intolerabili^r est audire: *Mat. 25.* Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

HOMILIA ALTERA.

ET factum est post triduum, inuenerunt illum in templo, sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. *Luca. 2.*

In hac parte Euangelicæ lectionis tria comprehenduntur. Primum est, Pueri Iesu anxie quæsitæ inuentio. Secundum est, virginis matris cum filio suo Iesu humilis expostulatio, Ibi. Et dixit mater eius ad illum. Tertium est, Pueri Iesu imitanda obauditio, Ibi: Et descendit cum eis.

Circa primum tria sunt notanda. Primum est & temporis & loci designatio. Secundum est, quæ pueri Iesu fuerit actio Ibi: audientem illos. Tertium est. De prudentia pueri doctorum admiratio. Ibi: Stupebant autem omnes.

Circa primum dicitur: Et factum est post triduum. **A**

Consummatis nempe Paschalis festi diebus, Iesu parētes domum redituri, priusquam absentiam pueri Iesu scire possent iam iter diei vnus confecerant. Et hic fuit tridui primus dies primus. Postridie verò, requirebant eum inter cognatos & notos. Et hic est dies alter. Et puero, hoc secundo die non inuento, tertio die Ierosolymam redierūt, sed nec illo die puerum Iesum inuenerunt, sed post triduum, id est, die quatto. Noluit autem puer pius & sapiens materni cordis angustias longius portendi, ne prolixioris cruciatus doloris contabescens deficeret.

Sed & huius tridui quo Iesus quæsitus non inuenitur mystica ratio assignatur. Quæsitus enim & desideratus fuerat Iesus à Patriarchis ante legem datam, nec inuentus. *Tridui ratio myst.* Quæsitus

DOMINICA PRIMA

fitus item fuit à Prophetis & iustis sub lege, & non inuentus. Quæsitus autem gentilibus sub gratia inuenitur. *Mat. 23.* Inuenitur, inquam, in Dei tēplo, id est, in Ecclesia fidelium, quæ verè domus sua est, in qua ipse manet. Ego, inquit, vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Et B. Ioan in Apocalypsi audiuit vocem magnam de throno dicentem. Dicentem inquam, de credentium Ecclesia: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitauit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

¶ Porro quod dictum est de patribus & Prophetis, quod Christum quærentes suis temporibus non inuenerunt, ipse confirmat, vbi ait: Multi reges & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ vos auditis & non audierunt. Quod autem gentes Christum per fidem inueniunt, Apostolus testatur, dicens: Quod querebat Israël, hoc non est consequutus, electio autem consequuta est. Electio, inquit, id est, Ecclesia credentium et gentibus electa.

B. ¶ Porro locus inuentionis pueri Iesu designatur quomodo dicitur, in templo, dominus, inquit, in templo sancto sancto. Non enim more puerorum vagabatur ludibundus per ciuitatem, sed templum adiit, & non alibi quàm in templo versabatur. In templo se cōtinuit, quod templum in ætate adulta, docendi sanitate s̄q; conferendi gratia, crebro erat aditurus. Merito templum Dei utiq; suum adiit, cuius humanitas verum & viuum erat templum diuinitatis, ludæica quidem impietate resoluendum, sed in triduo rursus excitandum.

¶ Notandum est quod puer Iesus diuersis modis legitur fuisse quæsitus. Quæserunt enim hunc pastores, quæserunt Magi, quæsiuerunt parentes, quæsiuerunt hunc Herodes & principes Iudæorum. Quæsiuerunt pastores, vt cælitus natiuum Salvatorem viderent, agnoscerent, & aliis prædicarent. Magi indicio nouæ stellæ natum esse scientes, quæsiuerunt vt adorarent, & mysticis honorarent muneribus. Quæsiuerunt parentes amissum, vt haberent, vt cohabitationis suæ dulcedine fruerentur, qui sine ipso se viuere non posse arbitrabantur. Quæsiuit etiam puerum Iesum vnà cum suo satellitio funestus Herodes vt perderet, quod puero saluo, se regnare non posse putabat.

Et quæ
se salu
bus, M
inuenie
inuenit
Et quid
signati p
solliciti
tando di
scriptura
sum mur
si in præ
soctis co
dum,
¶ Quæru
designat
& eiusde
inuentur
vete mu
lestis ste
seunt, ag
monerib
¶ Quæru
deuotion
gnificati
cens: C
calis est
(quoniam
put omni
quomoli
queunt
presenti
com ma
batione
ter se ob
mittam.
¶ Sed imp
tanti scil
uient, atq
inquarun
cui ille

Et quãta Herodis insania, qui nisi Salvatorem perderet, *Matth. 8*
 se saluum esse non posse credebat? Veruntamen pastori-
 bus, Magis, & parentibus, Iesum quem piè querebant,
 inuenientibus, Herodes quia impiè querebat, nequiuit
 inuenire.

Et quidem vsque adhuc quærunť Iesum boni prælati de- G
 signati per pastores, qui & ipsi de salute commissi gregis *Iesum piè*
 solliciti, orationibus instando, & in lege domini medi- *quarentes*
 tando die ac nocte excubant solliciti. Quum interim in *inueniunt*
 scriptura cœlestis verbi, quasi annunciatione cœlica, Ie-
 sum mundi Salvatorem agnoscunt, & in altari sancto (qua
 si in præsepio) pascendis fidelibus, quasi animalibus man-
 factus collocatum, & adorant, & aliis prædicant adoran-
 dum.

Quærunť item Iesum etiam iusti quiq; per pios Magos
 designati, nam sicut illi stellę indicio natum cognouerunt
 & eiusdem stellę ducatu hunc inquisuerunt & inuenerũť
 inuentumq; supplices adorauerunt, & oblati honora-
 uere muneribus, sic & hi per fidem quasi per cuiusdam cœ-
 lestis stellę lumen Christum Dei filium Salvatorem agno-
 scunt, agnitum adorant, & pietatis operibus quasi oblati
 muneribus venerantur.

Quærunť etiam Iesum homines sancti, erga Deum *Matth. 12*
 deuotione & pietate perfecti, per Domini parentes si-
 gnificati, iuxta quod in Euangelio ipse loquitur, di-
 cens: Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in
 cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. His
 (quoniam gustauerunt quã suavis est dominus) desi-
 pit omnis caro. Et quia ipse illorum vita est, amissum
 quomolibet, anxie quærunť, quod sine illo viuere ne-
 queunt, quem utique per experientiam dulcedinis suæ
 præsentia cognouerunt. Quærunť autem Iesum vt se-
 cum manentem semper habeant, & sua quasi coha-
 litatione, & vitæ huius tædia vincant, & in ipso iugi-
 tee se oblectent, ac si dicant: Tenui illum, nec di- *Can. 3.*
 mittam.

Sed impiè quærunť Iesum sanctæ fidei persequutores, & D
 tanni scilicet & hæretici. Quærunť autem sed non inue- *Iesum quò*
 niunt, atque ideo non inueniunt, quia ad perdendum hũc *impiè que*
 inquirunt. Qui rectè per Herodem designantur. Nam si- *runt.*
 cut ille per Iudæorum peritos, scripturas, quæ de ortu
 pueri

DOMINICA PRIMA

pueri Iesu prænunciauerant scrutabatur, sic & heretici scripturas diuinas ideo perscrutantur, vt has calumniantur, peruersis deprauent interpretationibus, simplicium fidem corrumpant, per has fidelibus insultent, & his ad cõtentiones abutantur. Et quid mireris si illi Iesum, id est salutem non inueniunt, qui hanc in aliis extinguere molliuntur?

¶ Circa secundum, id est, quæ fuerit pueri Iesu in templo reperti actio dicitur in litera:

E
pueri Iesu actio in templo.

Sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.

Vbi Beda: Quasi fons sapientiæ, inquit, doctorum medius sedet, sed quasi exemplar humilitatis, audire prius & interrogare doctores, quam instruere quærit indoctos. Ne tibi paruuli à senioribus erubescant discere, & ipse ob ætatem humanæ congruentiam, hominibus obsecrare non erubescit Deus. Ne infirmus docere quis audeat, & ille puer interrogando doceri voluit, qui per diuinitatis potentiam verbum scientiæ ipsis suis doctoribus ministravit.

Disputationis pueri Iesu subiectum.

¶ Interrogabant sanè non vt aliquid disceret, sed vt interrogans erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare, & respondere sapienter. Quod autem fuerit illius disputationis subiectum, in Euangelio non exprimitur, verisimile est autem, quod de quæstionibus legis sermo versaretur, iuxta quod dicit Hiero. in epistola ad Paulinum. Di. x. inquit, annos Saluator implenerat, & in templo sedens, de quæstionibus legis interrogans, magis docet dum prudenter interrogat. Et fortè quærebant quid ex lege de Christo sentirent, num venturum de proximo, an iam venisse. Quid sibi vellent ritus ceremoniarum & sacrificiorum, quid agnus Paschalis quotannis perfinito per legem die immolandus, vt ex huiusmodi quæstionibus doctores illi aduerterent legis intelligentiam.

F
Ordo disputationis pueri Iesu.

¶ Porro si attendas disputationis huius debitum ordinem vides auditum & interrogationi & responsioni permixtum iuxta quod per Salomonem dicitur: Priusquam audias, respondeas verbum. Et (vt dicit beatus Ambrosius) Vnus adolescentis officium est silentium & verecundia. Vnde

*Prov. 11.
De off. 1.
eccl. 32.*

& per Sapientem dicitur: Adolescens loquere in causa tua

vix cur
caput
di tace
non pr
quom
quibus
etiam i
nis, & t
velut m
silentio
cām; l
seniorib
niquē q
lescenti
¶ Proin
loqui. C
erogat
priusqu
det q̄ au
gnam. P
scientiæ
querit r
¶ Vnde
medio d
est hum
militati
pientia
filio, & e
liam &
reges re
homine
ta est. V
ditis, ne
qui disci
tur erro
¶ Et ber
puerulus
prouida
solū inde
magis q
eius hur

vix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat ^{Adolescens} caput responsum tuum. In multis esto quasi insciens, & au- ^{silere di-} di tacens simul & querens, & loqui in medio magnatum ^{scē.} non præsumas, & vbi sunt senes non multum loquaris, quam vtique ob multa, tum propter eorum reuerentiam, quibus semper est deferendum non solum in opere, sed etiam in verbo. Tum ne adolescens audacię, præsumptionis, & temeritatis notam incurrat, si in præsentia maiorū, velut magister aut arbiter loqui præsumperit. Tum vt suo silentio adolescens præstet senibus opportunitatem lo-
cūq; loquendi, & ipsos audiens instruatur. Tum ne corā senioribus imprudenter loquendo confundatur. Tum denique quia etiam in rectē dictis, non multum habet adol-
lescentis sermo authoritatis.

¶ Proinde tutius semper est præsertim iuniori, audire, q̄ loqui. Qui enim audit, colligit & impletur. Qui loquitur ^{PROV. 18.} erogat & exinanitur. Itaq; exemplo domini audiat iunior priusquā loquatur. Siquidē teste Salomone, qui pri^o respō- ^{coloss. 2o} det q̄ audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. Puer Iesus, in quo sunt omnes thesauri sapientię & scientię Dei absconditi, humiliter audit & prudenter, querit rationabiliter, interrogatus respondet sapienter.

¶ Vnde Beda: Quod Iesus duodenis in templo sedit in G medio doctorum, audiens & interrogans illos, humanę ^{Ab Iesū} est humilitatis indicium, imō etiam eximium discēde hu- ^{humilita} militaris exemplum. Dei quippe virtus & æterna Dei sa- ^{tem discē} pientia quę diuinitus loquitur: Ego sapiētia habito in cō- ^{PROV. 8.} silio, & eruditis intersum cogitationibus. Meum est consilium & equitas, mea prudētia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Ipsa hominem induta ad audiēdos homines aduenire dignata est. Vt nimirū hominibus quanuis summo ingenio prædīs, necessariam discendi veri formam prærogaret, ne si qui discipuli veritatis fieri refugerent, magistri efficerentur erroris.

¶ Et bene qui iuuenis erat doctrinę subiturus officium, puerulus adhuc seniores audit & interrogat, vt videlicet ^{Audacia} prouida dispensatione illorum cōpescat audaciā, qui non ^{quorundā} solū indocti, sed etiā impubes ad docendū prorumpere, ^{cōpescitur} magis quā ad discendū volunt submitti. Sequamur iter eius humanitatis, si nos mansio diuinę delectat visionis, illius

DOMINICA PRIMA

Prover. 1.

illius semper præcepti memores : Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo & torques collo tuo. Per auditum quippe disciplinæ paternæ, ac per obseruantiam maternæ legis, gratia capiti & collo torques additur : quia quanto quis diuini intentus fuerit auscultare præceptis, quanto ea quæ dixerit in vnitatem matris Ecclesiæ diligentius obseruare, studuerit, tanto & nunc dignius ad honorem prædicandi, & in futuro sublimius ascendet ad beatitudinē cum Christo sine fine possidendam.

¶ Ne quis autem putet dominum Saluatorem ob imperitiam necessitatem adiisse audisseque & interrogasse magistros. vide quid sequitur:

Stupebant autem omnes super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt.

H

Doctorū de puero iesu admiratio.

¶ Hic notatur tertium superioris distinctiunculæ membrum, quod est de prudentia pueri Iesu doctorū admiratio. Mentō quidē stupebant omnes, & videntes mirabantur. Videntes, inquam, puerū alta interrogantem, subtiliter respondentem, reuerenter audientem, & manentem intrepidum.

¶ Vnde Ambrosius. Diuina lingua sapientiā prædebat, sed infirmitatē ætas prædebat humana. Vnde Iudæi inter alia quæ audiunt, & infirma quæ vidēt, dubia admiratione turbantur. Nos autē nequaquā miremur, sciētes secundū Prophetā, quod paruulus natus est nobis, qui permanet deus fortis.

¶ Sanè Dei filius homo factus, ea quæ veræ humanitatis erant dispensatione clementiæ suæ sic exhibuit, vt ea quæ erant diuinitatis inter hæc elucerent. Vnde Beda: Qui iste verus homo & verus erat Deus, ad ostendendum quod homo erat, homines magistros audiebat: ad comprobandum quod Deus erat, eisdem loquētibz sublimiter respondebat. Felices futuri fuissent illi doctores Iudæorum, si scripturas suas scrutando intelligere voluissent quis quantūque ille puer esset, in quo tam ingens sapientiæ & intellectus lumen resurgebat.

Legisperitorum scordia.

Inuenissent utique hoc quod paulō ante ex Esaia ex parte citatum est: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Hinc enim facile discere poterant, quis esset hic puer quæ

Isa. 9.

tanto-
gument
hunc esse
prædicto
peccatio
¶ Vnde
præras, q
ille sunt
deritis, i
enim ille
Et di
bis si
mus t
¶ Hic por
lis expos
tis ad fil
responsio
¶ Circa p
Ioseph, s
teriore
cum lam
nia licet
inacero
¶ Porro I
tamen ea
esse filium
Ioseph filii
tuam. Qu
bens ergo
fectu mat
si sancto I
quam hor
crepantis
famque I
sam pare
Ierusalem
hoc feciss
scire qu
lore, qua

tantopere admirabatur. Hinc enim & ex multis aliis argumentis euidenter agnoscere poterant Messiam suum hunc esse, totiusque mundi Salvatorem, de quo longè antè prædictum erat: Veniet qui mittendus est, & ipse erit ex Gen. 49a
peccatio gentium.

¶ Unde & ad ipsos loquutus est, dicens: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt quæ testimonium perhibet de me. Et inde: Si crederitis, inquit, Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. 10ans. 5.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te?

¶ Hic ponitur piæ matris cum filio Iesu iam inuento, humilis expositio. Vbi duo tanguntur. Primum est, ipsa matris ad filium cōquestio. Alterum, cœlestis pucti sublimis responsio, ibi: Et ait ad illos.

¶ Circa primum dicitur: Et dixit mater eius ad illum. Nō Ioseph, sed Maria mater filium alloquitur, nempe quæ acerbiorē fuerat affecta dolore, maternis visceribus, quasi cum laments inquisitionem dolorosam ostendit, & omnia sicut mater & fiducialiter & humiliter & affectuosè inuento exprimit filio. I
Nō Ioseph sed mater est filio exposita.

¶ Porro Ioseph & si Christi pater vulgo crederetur non tamen ea erat cōfidentia vt illum increparet, certò sciens esse filium Dei. Meminit vtique se audisse ab angelo: Ioseph fili David noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Libens ergo permittit matrem filium suum alloqui, quæ affectu materno dicere illi poterat quod nulli alteri, nec ipsi sancto Ioseph, licuisset. Nec tamen est putandum quicquam horum dixisse Mariam affectu corrigentis, aut increpantis, sed quia nouerat hunc esse filium altissimi, ipsamque Dei sapientiam, ideo scire cupiebat, quæ ob causam parentibus ignaris, & ipsis abeuntibus, remansisset in Ierusalem. Certum enim habebat non sine causa ipsum hoc fecisse. Ac si diceret: Fili mi, audire cupimus & cognoscere quare nos reliqueris, quum scires quanto animi dolore, quantisque laments te inquirentes, cōsumeremur. Matt. 1.

¶ Ecce,

DOMINICA PRIMA

¶ Ecce, inquit, pater tuus & ego, dolentes quærebam⁹ te, quia gaudium nostrum omne iam amiseramus. Vbi etiam Maria Iesu patrem vocat Ioseph, & quia ipsa eius coniunx esset, & quia fama & opinione vulgi, pater Christi habebatur: quod utique propter opinionem tam matris quam prolis ab omni rumore sinistro vindicandam, prouida spiritus sancti dispensatione factum est. Vnde Origenes:

K
*Maria
cur Ioseph
patrem Iesu
nominat.*

¶ Nouerat, inquit, virgo sacrata hunc non esse filium Ioseph, sed tamen patrem illius nominat suum spiritum propter vitandam suspicionem Iudæorum, alioqui facile ad mantium ipsum vulgo fore conceptum. Dicitur autem forte simplicius, quod cum spiritus sanctus nomine patris honorauit, eo quod puerum Iesum educauit. Dolentes, inquit, quærebamus te. Metuebant enim ne quod Herodes in infantia eius patrare quæsierat, iam tunc adhuc in pueritia positum, inuenta opportunitate, illi puerum Iesum interficiendo patrarent.

¶ Oportet ergo ad imitationem Mariæ eum qui quærit Iesum non negligenter quærere, sicut faciunt multi, & non inueniunt, sed cum labore & dolore. Qui autem ex toto corde & cum dolore quærit quem per peccatum amisit Iesum, hunc cum lætitia reperiet, iuxta quod per Psalmistam dicitur: Lætetur cor quærentium dominum. Quærite dominum & confirmamini, quærite faciem eius semper. Qui quis ergo peccando Iesum amisisti (utique summum bonum) ne quiescas, sed dolens, anxius, & sollicitus quære, ut rursum quem amiseras possis inuenire. Scito, inquit Propheta, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te dominum deum tuum, & non esse timorem eius apud te. Ait vir Dei Ananias: Si quæseritis eum, inuenietis. Si verò dereliqueritis eum, derelinquet vos. Si ergo quæseris Iesum quomodo hunc sancti parentes eius quæsierunt, inuenies propitium & misericordem, inuenies in iis quæ patris sui sunt in templo, id est, in studio pie & deuote orationis, inuenies in auditorio verbi Dei, quasi in medio doctorum.

¶ Circa secundum, quod est, Pueri Iesu ad patrem suum humilem conquestionem sublimis responsio, subicitur in litera:

*Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Ne scitis
batis quia in his quæ patris mei sunt oportuit me esse.*

*Peccator
ut Iesum
quærebat
Ierem. 2.*

2. Par. 15

¶ Nō sancti ministerio & auctoritate vel ipsi simpliciter illius inuenerat, segit oculos nunc exaltatis. Quia seniores & ¶ Porro quod esse, diuinitate patre loquente tempore testatur, quæ patris vna est maiestas est, & rādam eum intellectualem tur quæ patris. Quia videlicet indivisibilitatem horum dicitur. Ergo quod patris mei sunt, quæ deo patris ratiō erat simulque horum erat hominum. Volo ad patrem dominum ab & pater vultum, sed si & ipse est a. ¶ Puer Iesu quia in his mensura eius op sacramento. Ipse

Nō sanctū Ioseph (qui nihil in eius generatione præter ministerium præstitit & adfectum, vnde & p̄ fideli ministerio & ab Euangelista & ab ipsa Maria matre appellatur) vel ipse Christus suum negat esse parentem, sed simpliciter & apertè qui sit verus sibi pater, nobis pariter & illius insinuat. Nō quod eos qui eū quasi filiū querunt vituperat, sed quid ei potius cui æternus est filius debeat, cogit oculos mētis attollere. Quia enim Deus & homo est, nunc excelsa deitatis, nunc infima præfert humanæ fragilitatis. Quasi homo seniores interrogat, quasi Deus quæ seniores & docti mirentur, respondet.

¶ Porro quod ait: In his quæ patris mei sunt oportet me esse, diuinæ maiestatis suæ indicium fuit, de qua alibi ad patrē loquens, dicit: Omnia tua mea sunt, atq; ideo rectissime templum nō minus ad se quàm ad patrē pertinere restatur. Inuentus quippe in templo dicit: Quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse. Quia nimirū quorū vna est maiestas & gloria, horum etiam vna sedes ac domus est, & non solum materialis Dei domus, quæ ad adorandum eum temporaliter fieri solet, sed etiam domus intellectualis, quæ ad laudandum eum in æternum, construitur quæ patri & filio, imò etiā spiritui sancto communis. Quia videlicet eiusdem sanctæ trinitatis (cuius vna atque indiuisibilis natura diuinitatis est) māsiō in cordibus electorum dispar esse non potest.

¶ Ergo quod dominus in tēplo sedens dicit: In his quæ patris mei sunt oportet me esse, declaratio est cōsempiternæ deo patri potestatis & gloriæ. Quod autē rediēs Nazareth erat subditus parētibus, humanæ est veritatis indicium, simulque humilitatis exemplū. In ea nāq; natura subditus erat hominibus, in qua minor est patre. Vnde & ipse dicit: Vado ad patrē, quia pater maior me est: in qua etiā paulominus ab angelis est minoratus. In illa autē in qua ipse & pater vnum sunt, in qua non ex tempore vadit ad patrē, sed semper in ipso est omnia per ipsum facta sunt, & ipse est ante omnes. Vnde Cyrillus.

¶ Uer Iesus dum matri respondens dicit: Nesciebatis M
qua in his quæ patris mei sunt oportet me esse, ostendit
se mensuram humanæ nature transcendere, pariter innu-
ent op̄ sacra virgo effecta sit ministra negotij quū peperit
carnem. Ipse verò naturaliter & verè Deus erat, & filius
patris

Ioan. 7.

Prima s̄
pientie
sue Iesus
ut prod̄
indica.

DOMINICA PRIMA

patris excelsi. Vbi nihilominus prima sapientię suę domi-
nus ostendit indicia, primūque se Dei filium esse testa-
tus est. Sedēs enim in templo in medio doctorum audiens
illos & interrogās nulla putati patris Ioseph negotia ves-
sat, sed veri patris sui qui in cœlis est. Quum enim Maria
mater patrē illi nominasset Ioseph, quia (vt dictū est) pa-
ter putabatur, & quia nutritius erat & cōiunx matris, alio
sublimē & qui super omnia est eternū patrem Deum ipse
sibi vicissim designat. Non ergo (sicut iam dictum est) ne
in minimo parētes q̄ se quęsierint increpat, sed tantū
rum mentes eō leuare voluit, quō intelligerēt q̄ plus ipse
deberet patri Deo, quā ei quę corporis sui erat mater.

N
*Liber de
infantia
Iesu apo-
chryph^o.*

*Qualis
puer Ies^{us}.*

¶ Ceterum nulla alia de domino Iesu, donec quasi trigē-
ta esset annorū, in Euangelio legimus, quā in ea quę
actione presentī comprehenduntur. Quo patet commē-
titia prorsus & falsa esse quę in apocryphis illis de Salu-
toris infantia leguntur, nisi illa tantū inde acceptes, quę
non repugnant his quę de domino verē & rectē creden-
tur, & vel Euangelicis, vel Propheticis consona sunt scri-
pturis: & (vti in Glossa dicitur) quia speciosus forma p-
filiis hominū, & matri obediēs, & morib^o factus, & vi-
nō modicū venerandus & placidus, ad loquendū facili-
dus, dulcis & puidus, & multū strennitate cognitus, quā
quā qui repletus fuerat sapiētia, & sicut in aliis omnibus
ita & in cōuersatione humana & loquutione supra homi-
nem spectabilis omnibus & gratus. Mansuetudo vero
erat præcipua. Super hęc omnia, nihil ascendit super ma-
tricem eius, nec humana manus, excepta materna.

O
*Discat
Christia-
nus.
1. Cor. 2.
Philip. 2.
Dolenda
peruersi-
tas.*

¶ Ceterum Christi exemplo discant Christiani & ipse
debere versari, occuparique temporibus congruis in
quę sunt salutis, tamen si hoc nō faciat homo animalis
non percipit ea quę sunt spiritus Dei, stultitia enim est
li. Illis enim peruerso ordine neglectis, omnes quę
sunt quęerunt, non quę Iesu Christi. Nam, vt ait Bernar-
dus: Cadit asina, & est qui subleuet: perit anima, & nō
qui curet. Ad eō enim plerique sunt pecorini, ad eō quę
vera & æterna bona cognoscenda cæci, ad eō imp-
longe magis sit eis curę ne iumentum pereat, quā ne
rum anima de æterna salute periclitetur. Magis auaritia
uent ne domus deflagret, quā vt ipsi post hanc vitam
hennę incendia deurent. Sollicitius præcauent ne in
bos

bus temp
quodlibet
vtique m
in huiusc
dicionē
magnific
¶ Audire
ni si mun
trimentur
nem pro
vilem & n
sole & lun
piens: Si p
te in gaud
Euge, eus
num secle
Psalmissa
clamans o
discedas a
Euge eug
Proinde l
us, concup
dicens: Q
amare in
yerdas in
¶ Ceterum
cum suis i
transmigr
cataliter
nantibus
quiritis?
ret me ell
dominum
plurima m
Epistola q
lo pēcat
bus re nū
ter iaccat
nola ad vi
hinc re sui
¶ Vt quid

bus temporalibus, perituris & friuolis, sed detrimentum quodlibet incurrant, quàm ne Dei gratiam amittât. Quæ utique modicæ fidei esse signa deprehenduntur. Si enim in huiusce hominibus fides vigeret, non ita mortem perditionemque suarum animarû floccipenderent, nec adeo magnifacerent quæ vana sunt & peritura.

¶ Audire debebant dicentem: Quid enim prodest homini si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Sed hoc iam attēdere nolunt, qui ob vilem & momentaneam in peccato voluptatem, animam sole & luna pretiosiore contemnuunt & perdunt. Ait Sapiens: Si præstas animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis, id est, dæmonibus qui dicunt: Euge, euge viderunt oculi nostri, nimirum delinquentium scelera, gehennæ plectenda tormētis. Vnde & mox Psalmista ex persona conterriti peccatoris ad dominum clamans deprecatur: Vidisti domine ne sileas, domine ne discedas à me. Et subinde: Non dicant in cordibus suis: Euge euge animæ nostræ, nec dicant: Deuorabimus eum. Proinde de illo qui præstat animæ suæ, id est, vitæ sensitivæ, concupiscentias eius. Dominus in Evangelio loquitur, dicens: Qui amat animam suam, perdet eam. Noli eam amare in hac vita præstando ei concupiscentias suas, ne perdas in æterna vita.

¶ Ceterum quisquis ob Dei amorem cupit hunc mūdum cum suis illecebris derelinquere, & ad monasticam vitā transmigrando totum se Deo consignare, parentibus & carnaliter propinquis à proposito pietatis se reuocare conantibus & ipse respondeat. Quid est quod in mundo me queritis? An nescitis quod in iis quæ patris mei sunt oportet me esse? Audiat potius Deum quàm homines. Audiat dominum ipsum dicentem: Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. Vnde Hieronymus in Epistola quadam ad Heliodorum: Licet paruulus ex collo pēdeat nepos, licet sparso crine & scissis vestibus quibus re nutriter vbera ostendat mater, licet in limine pater iaceat, percalcatum perge patrem, & siccis oculis cōtolla ad vexillum crucis. Summum pietatis genus est, in hoc se fuisse crudelem. Hinc etiam Bernardus.

¶ Ve quid, inquit, fratres, vt quid sic Christus respondit

I ij n atri?

Matt. 16

*Animas
suas contemnuunt.
Eccle. 18.
Psal.*

*P
Mūdo re
nūciās, pa
rentibus
respondeat*

Matt. 10.

DOMINICA PRIMA

*De verbo
domini.*

Heb. 12.

matri? Vtiq; propter nos, vt conuersos ad dominum iam
nō sollicitet carnalis cura parentum, & necessitudines
læ non impediunt exercitium spirituale. Amandus quidē
(inquit August.) est genitor, sed preponendus est creator.
Ego, inquit dominus, ad Euangeliū te voco, ad illud opus
mihi necessarius es. Maius est hoc q̄ quod vis facere, scilicet
sepelire patrem. Sunt alij qui sepeliant mortuos suos.
Probat hoc idem ex Apostolo dicēte: Patres quidem carnis
nostre eruditores habuimus & reuerbamur eos, magis
multo magis obtēperabimus patri spirituum & viuemus.
Præcipimur sanè parentes quasi viscera nostra diligere.
Verū, si in his quę Dei sunt nobis obstituerint sepulchra
quoque eis authore Christo iam non debemus.

HOMILIA TERTIA.

ET ipsi non intellexerunt verbum quod locutus
est ad eos. Lucæ 2.

¶ In hac parte lectionis Euangelicę tria insinuan-
tur. Primum est, de verbi Iesu ad parentes ignorantia. Se-
cundum est, de imitanda Christi erga parentes obedien-
tia, ibi: Et descēdit cum eis. Tertium est, admirabilis pueri
profectus & crescentia, ibi: Et Iesus proficiebat.

¶ Circa primum dictum est: Et ipsi non intellexerunt ver-
bum quod locutus est ad eos, quo videlicet contestatus
fuerat se in his quę sui patris sunt debere esse. Non enim
talia eis dicere consueuerat, sed patrem suum dicere Ioseph,
& ipsa mater eius non tunc perpendit quę essent
illa negotia putati patris sui Ioseph, in quibus ipsum reser-
uari & occupari oportuerat.

¶ Ad hæc, tantum erat illis de inuento puero gaudium,
intelligendis responsionis suę verbis, auditum atque
num minus applicabant. Denique tanta capti erant ad-
miratione de pueri Iesu inter doctores sedentis prudentia
& responsis, q̄ intellectum verbi quod dixerat ad pa-
trē scrutari atque intelligere non possent. Et secundo
Origenem: Nesciebant vtrum dicens, In his quę patris
mei sunt, significaret in templo, an aliquid aliud, & quomodo
magis ædificat. Vnusquisque enim nostrum si bonus fuerit,
possessio Dei patris est. Si quis autem nostrum possiderit,
suo Dei patris est, habet in medio sui Iesum. Hęc ille.

¶ Et ipsi, inquit, non intellexerunt. Nam (vt ait Beda)

cebāt arc
sue fragil
mo tutori
lata luce
tant, car
ne pater a
Saluatoris
sunt opor
dere intel
verē patri
prehende
uerfationi
erant, & e
ciēte hum
esset præf
Ceterum
randitur,
Euangelic
tu sancto,
quom sint
imō verul
stupidi, a
ritatem vi
spiritus sa
pturarum
ctus acum
alio legen
Profectō
ris alienus
siam volu
pōtiones
trum sensi
conciliis in
poribus E
Accidit
fias de Ch
dis suę diu
quam est
n eum, vt
credidit a
est Propte

cebāt arcanum suæ diuinæ virtutis parentibus humanæ suæ fragilitatis, videlicet veræ suæ carnis matri, & castissimo tutori castitatis illius, qui per id temporis necdū prolata luce Euāgelica ab omnibus penè qui eos nosse poterant, carnali coniunctione vir eius carnali administratione pater æstimabatur, simul & vocabatur ipsius domini Saluatoris. Dicebat, inquā his, quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse. Qui quum arcē tanti mysterij ascendere intelligendo non possent, neq; aliter eum in his quæ verè patris eius essent manere decernerent, nisi vt comprehendere nossent, descēdit cum ipsis ad inferiora conuersationis eorum, cœpitque manere in his quæ illorum erant, & erat eis, pia dispensatione subiectus: donec proficiēte humilitatis magisterio, quantum omnibus creaturis esset præferendus agnoscerent.

Ceterum loci huius exemplo quorundam temeritas re-
trahitur, & præsumptio castigatur, qui quum audiant ex
Euangelio domini parentes, qui tamen alieni erant spiritu
sancto, Christi adhuc pueri verba non intellexisse, ipsi
quum sint idiotæ, fossores, cerdones, rustici, negotiatores
imò vetulæ quoque & aniculæ, homines deliri, hebetes,
stupidi, à quibus propter nimiam atrogantiam & impu-
ritatem vitæ, longè abest author sanctarum scripturarum
spiritus sapientiæ & intellectus, interpretandarum scri-
pturarum sibi munus vsurpant, putantes id omne intelle-
ctus acumine se posse penetrare quod vel solū legere vel
alio legente audire queunt.

Profectò diabolicæ superbiæ est, hominem alias à lite-
ris alienum scripturas suo proprio sensu exponere, & ad
suam voluntatem detorquere suāsque; illis qualescunq; ex-
positiones, imò mera deliramēta, sanctorum omnium pa-
trum sensibus rectis, & legitimis explanationibus, sacris
conciliis imò hæctenus ab ipsis apostolorum Christi tem-
poribus Ecclesiæ catholicæ velle præferre.

Accidit illis idem quod Iudæis de quibus (dum manife-
stas de Christo intelligere nollent scripturas, nec admirā-
dis suæ diuinitatis signis credere vellent) in Euāgelio scri-
ptum est: Quum tanta signa fecisset corā eis, nō credebāt
in eum, vt sermo Esaię impleteretur quē dixit: Domine, quis
credidit auditui nostro, & brachiū domini cui reuelatum
est? Propterea nō poterāt credere, quia iterū dixit Esaias:

*Quorūdā
arguitur
atrogantia*

*Diaboli-
ca super-
bia.*

C
*10an. 12:
Hæreticis
nūc quod
olim iu-
dæis acci-
dere.*

DOMINICA PRIMA

Excæcavit oculos malitia eorū, & induravit cor eorū, ut non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Nā qui fieri posset ut in se lucem veritatis admitant, de quibus verificatur: Ipsi fuerunt rebelles tibi. Quū enim sibi persuaserint ceteros omnes despere, se solos esse sapiētes, statuerunt secum cedere nemini.

Iob. 24.

Prou. 26.

Nec mirū quādoquidē cetera mēte cessauerit atq; acquiesuerint ei qui & superbus & mendax est & mendaciū patitur. ¶ Nullus sanē à vera sapiētia magis alienus, quā is qui quū vanus & excors sit sapiētia ceteros se putat anteire. De quo bene per Salomonem dicitur: Vidisti hominē sapiētem sibi videri? magis illo spem habebit insipientis.

¶ An non sibi videntur esse sapiētes, quibus nihil tantum, tam difficile est in scripturis: quin illud sine cuiuslibet magisterio se putāt comprehendere? Sanē ubi docti & sapientes in inquisitione veritatis humiliter trepidant, errorum suorum deuia sequentes, de ea quam assequuntur non sunt scripturarum intelligentia superbē gloriantur: nihil in scripturis esse intellectu difficile putantes. Quā tamē (ut ceteros taceā) de beati Pauli epistolis ipse pater Ecclesię Petrus pronunciet dicens:

Scripturas difficile intelligi.

2. Petri. 3.

¶ Scripsit vobis charissimus frater noster Paulus secundū datam sibi sapiētiā, sicut & in omnibus epistolis, loquitur in eis de iis in quibus sunt quædam difficultia intellectu quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vides apostolus Petro iudice difficiles intellectu esse beati Pauli Epistolas, quas noua, temeritate magistri errorum hæretici clamāt esse facillimas. Vnde etiā patet, viuente adhuc beato Paulo epistolas suas fuisse deprauatas.

¶ Circa secundum dicitur:

Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat habitus illis.

Christi obedientia.

¶ Hic ponitur imitanda Christi erga patres obedientia: & admiranda Christi magnæ dispensatio pietatis, qui cum patres suos mysterium suæ diuinæ maiestatis necdum percipere vidisset, exhibuit humanæ subiectionē humilitatis: per hanc eos paulatim ad agnitionem diuinitatis instrueret. Quid autem (ut inquit Beda) pro his nostra agat superbia, obsecro paucis attendamus.

¶ Certè e te domi simplici non possi despeone iactatiores. res nobi que remi vel sui p unt, sed h do exerc num & n ipse testa ab eo. ¶ Ne nos sequamu quos se a xit, seip imbutos chani re ¶ Et deli galibus nostras f dit vt no descende fuit homi mino & gunt ver tamen ip gratus qu nim mag inter nos ferebat ancilla d vero pat & castan tempore quid par agnosca ¶ Inter

Certe

*Christus
vt matrē
honorauit
Gene. 3.
philip. 2.*

*Obediē-
tia bonum
vt Chri-
stus com-
mendat.*

*Lib. relig.
In quibus
Christus
parētibus
subditus.*

*Colof. 3.
Exod. 20.*

Roma. 1.

Deut. 21.

trem Christus filius suus censuerit dignam. Quū enim in rerū primordio dictū sit à domino mulieri, sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, huic collatum est, vt ei subiectus esset ille quem omnis creatura veneratur, cui flecitur omne genu cœlestium, terrestrium, & infernorum.

¶ Proinde Christus dominus parētibus subditus, & quod in lege ipse præcepit impleuit, & quid nobis sit faciendum ostendit. Et quum esset ipse non in vanis occupatus aut ludicris, sed in rebus altissimis, nempe in his quæ sunt Dei patris, nihilominus tamen vt obedientiæ bonum nobis commendaret, illis intermissis descendit cum illis, & in humanis obsequiis erat subditus illis.

¶ Vnde Orig. Discamus ergo & nos filij parentibus nostris esse subiecti. Quod si nobis parentes non fuerint, subiiciamur his qui patrum habent ætatem. Iesus filius Dei subiicitur Ioseph & Mariæ, ego non subiiciar episcopo, qui mihi constitutus est pater? Puto quod intelligebat Ioseph, quia maior se erat Iesus, & trepidus moderebatur imperium. Videat ergo vnusquisque quod saepe maior sit qui subiectus est. Quòd si intellexerit, non eleuabitur superbia, qui est sub minor dignitate, sciens sibi meliorem esse subiectum.

¶ Christi obedientiam erga parentes B. Basilius describit, dicens: Ab ipsa primæua ætate parentibus subditus, quem habebat laborem corporeū humiliter & reuerenter sustinuit. Quū enim essent homines honesti & iusti, egeni tamē & necessariorū penuriā patientes, teste præsepio partus venerandi ministro manifestū est quod sudores corporeos continuo frequētabāt, necessaria inde sibi quarētes. Iesus autē obediens illis (vt scriptura testatur) etiā in sustinēdo labores subiectionē plenariā ostendebat. Hæc iste. Verū (vt dicit Amb.) non infirmitatis, sed pietatis est ista subiectione & sicut dictum est moralibus in exemplum. Propter quod & apostolus Paulus præcipit, dicens: Filij obedite parentibus vestris in domino, hoc enim iustū est. Honora patrem tuum & matrē tuam quod est mandatum primum in promissione, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram.

Proinde idem Apostolus grauissima gentiū crimina commemorans, inter alia dicit: parentibus non obediētes.

¶ Quam sit autem scelus graue parentibus non obedire, pœna legis ostēdit, vbi scriptum est: Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac ma-

ac matrē
prehensit
ad portam
uus & co
messat
eū obru
lum de
scat. Si le
ti succre
tendi, qu
non agn
brofij no
¶ Primus
esse De
tu lade
doris ini
Matri lo
in ipsi v
zēderit
ancios p
tos alien
rum ætat
¶ Quòd si
iustia; di
verū infu
seint con
quum est
gniora. H
de mēsur
di nempe
Dei lege
aut matrē
¶ Vt autē
quum D
deret cur
his prudē
mus. Hin
Et matrē
de succ
Sic quæ

ac matris imperium, & coërcit^o obedire cōtempserit, apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentq; ad eos: Filius iste noster proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, commellationibus vacat & luxuriæ, atq; conuiujs, lapidibus eū obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israël audiens pertimescat. Si lex ista hoc nostro seculo exerceretur, nō adeo multi succescerent suis in vicijs filij, miseris parētibus pœnitendi, qui cæca ingratitude quātum parentibus debeant non agnoscunt. Quod vt tandē agnoscant vel beati Ambrosij notandam audiant sententiam, qua dicit:

*Parētib^o
non obic-
per ātium
pœna.*

Primus gradus pietatis est, vt quos authores tibi voluit esse De^o, honores obsequijs, abstineas cōtumelijs, nec vultu lædenda est pietas parentum. Tu enim matri debes pudoris iniuriam, virginitatis dispēdium, partus periculum. Matri longa fastidia, matri longa discrimina, cui miseria in ipsjs votorum fructibus maius periculum est. Et quum xiderit quod optauit, partu absoluitur, non timore. Quid anxios pro filiorum profectu patres loquar, & multiplicatos alienis vsibus census, iactaq; agricolæ semina, posterorum ætatibus profutura? Hæc ille.

*H
Ambros.
sup Lucã
Parentes
honorãdi
ratio.*

Quod si hæc & his similia dissimulâtes, iustis obsequijs iustaq; dilectione, nullo filij suos parētes afficiât gaudio, verū insup (quod iniquissimū est) hos tædijs vulnerent, læserint contumelijs, contēptu & irreuerētia cruciarint, reliquum est vt à filijs & ipsi similia expectēt, aut certè indigniora. Hoc enī iustū est decernente domino & dicēte: Eadem mēsurā, qua mēsi fueritis, remetietur vobis. Huiuscemodī nemperetaliatio illius pars est maledictionis, de qua in Dei lege scriptū est: Maledictus qui nō honorat patrē suū, aut matrem suam. Et dicet omnis populus. Amen.

*Luc. 6.
Dent. 27.*

Vt autem ad literam Euangelicæ lectionis reuertamur, quum Dei & virginis filius parentibus obediens descenderet cum eis Nazareth subditus illis Mariæ matris super his prudēciam & agnoscamus, & agnitam imitari studeamus. Hinc enim consequenter in litera subditur:

Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.

Sic quæ intellexit (inquit Beda) siue quæ necdum intelligere

gere

DOMINICA PRIMA

gere verba Euangelij potuit, omnia suo pariter in corde quasi ruminanda & diligēti^o scrutāda recōdebat. Glossa.

*Mariapru
dentia.*

¶ Considera prudentissimam mulierem Mariam vere sapientiae matrē, qualiter scholaris (id est, discipula) sit pueri. Non enim ei vt puero, neq; vt viro, sed vt Deo vacabat vterius, & illius voces & opera, voces diuinas, & opera diuina reputabat. Idcirco nil ex dictis aut actis ab eollū incassum patebat. Sed sicut ipsum verbum prius in visceribus, ita nunc eiusdem mores & dicta concipiebat, & in corde suo quodammodo fouebat. Et hoc quod iam secum in praesenti contemplabatur, expectabat in futurum clarus reuelandum. Et his quidem tanquam regula & leger per totam vitam utebatur.

¶ Omnia ergo quae de domino vel à domino dicta sunt & facta cognouerat virgo mater, diligentius in corde reuebat, sollicitè cuncta memoriae cōmendabat, vt quum domum tempus praedicandae siue scribendae incarnationis eius adueniret, sufficiēter vniuersa prout essent gesta posset explicare quarentibus. Vnde & sanctum Ignatium I. Ioannis Apostoli discipulum legimus ad eam in hunc quod sequitur modum scripsisse.

*Ignatius
Marie.*

¶ Cupio te videre, & de Iesu, de quo mihi mira narrata sunt per te certius instrui, quia omnium gestorum eius ipsius genitrix, pleniorē intelligis veritatem. Hac illi. Sed & nobis hinc perdiscendum est quemadmodum verba diuina suscipere debeamus, sic videlicet vt à nobis conseruentur in corde, & nō (vti vulgò dicitur) vt per vana intrent aures & exeant per alteram. Vnde Beda:

*Vt Christi
verba
suscipere
oportet.*

¶ Imitemur & nos fratres piam domini matrem, ipsi quaeque omnia verba & facta, domini, ac Saluatoris nostri corde in corde conseruando. Horū meditatione diurna & aeterna importunos inanium nocentiumq; cogitationum repellamus incursum, horum crebra collatione & nostris proximos nostros à fabulis superuacuis, & malè dulcoris detractionum colloquiis castigare, atque ad diuinitatem laudis accendere curemus. Itaq; Maria haec omnia in corde suo, & propter se, & propter alios conseruabat. Propter se, vt à filij dictis, & factis omni sapientia impleretur. Propter alios verò (vt iam dictum est) vt ipsa per dominum in caelos ascensionem, Apostolis & Euangelistis sincerius omnia manifestaret. Vnde etiam traditum est

Nota.

Euange
arem, &
cepit)
oblatio

Et I
pud

¶ Hic p
Iesus, in
dicar al
in sapiē
tor ipse
verz hu
luit, qu
luta ho
quidem
concep
sed ean
re paula

¶ Potrò
infantia
suetò he
nis natu
paris ac
pandens
Attende
sum, ne

caro fac
quamui
patiebat
ciebat in
Vbi Tho

¶ Nemò
humilia
tiens, se
lizari de
miliaris
mas, qui
quit, hin
la maior

Est

Euangelistam hunc, id est, beatum Lucam ei fuisse familiarem, & hinc plura cæteris Euangelistis (prout ab ipsa accepit) scripsisse de cõceptione, natiuitate, circuncisione, oblatione in templo, & pueritia Christi.

¶ Circa tertium dicitur:

Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate & gratia apud Deum & homines.

L

Puer Ies^{us}

¶ Hic ponitur admirabilis pueri profectus & crescentia. *vt proficerebat.*

Iesus, inquit, proficiebat sapientia, & ætate, & gratia. Sed dicat aliquis. Qui fieri posset, vt ipse, qui est vera sapiëntia in sapiëntia proficiat & augeatur, & qui aliis est gratiæ largitor ipse in gratia promoueatur? Sed (vt ait Beda) naturam veræ humanitatis indicat, in qua proficere ad tempus voluit, qui in diuinitate idem est, & anni eius non deficiunt, iuxta hominis quippe naturam proficiebat sapientia, non quidem ipse sapientior ex tempore exilendo, qui à prima conceptionis hora spiritu sapiëntiæ plenus permanebat, sed eandem qua plenus erat sapiëntiam, cæteris in tempore paulatim demonstrando.

¶ Porro iuxta hominis naturam proficiebat ætate, quia de infantia ad pueritiam, de pueritia ad iuuentutem, confiteo hominibus crescendi ordine peruenit. Iuxta hominis naturam proficiebat gratia, non ipse per accessum temporis accipiendo quod nõ habebat (vt iam dictum est) sed pandendo donum gratiæ quod habebat. Vnde Cyrillus: Attende, inquit, quod non dixit proficere verbum, sed Iesum, ne simplex verbum proficere intelligas, sed verbum caro factum. Et sicut verbum in carne passum fatemur, quamuis sola caro fuerit passa, quia caro verbi erat quæ patiebatur, ita proficere dicitur ex eo quod humanitas proficiebat in Christo, ad eum sensum qui iam expositus est. Vbi Theoph.

¶ Nemo scandalizetur, quum audit quod verbum seipsum humiliavit, infima quædã propter hoc de Dei verbo sentiens, sed potius misericordiã eius miretur, nõ ergo scandalizari debet audiendo quod profecit. Nã sicut pro nobis humiliatus est, & sic pro nobis profecit, vt nos in eo proficiamus, qui lapsi fuimus per peccatum. Et rursus: Nemo, inquit, hinc miretur, nam naturalis lex respuit hominem sen-
tu maiore vt, quàm ætas corporis patiatur.

Erat

DOMINICA SECUNDA

Erat sanè verbum factum homo perfectum, quum sit virtus & sapientia patris. Verum quia dandum erat aliquid nostræ naturæ moribus ne aliquid extraneum à videntibus reputetur, tanquam homo paulatim crescente corpore manifestabat seipsum, & quotidie sapientior ab audientibus & videntibus censebatur.

N Proficiebat secundum ætatem quidem, corpore in virilem statum promotum. Sapientia autem proficiebat per eos, qui ab eo diuina docebantur. Gratia proficiebat in illis qui cum gaudio per ipsius gratiam promouentur, credentes in fine obtinere quæ ab eo promissa sunt. Vnde Gregorius. Differenter proficit verbum in his, qui ipsum suscipiunt. Secundum enim mensuram illius qui hunc suscipit, apparet aut infans, aut adultus, aut perfectus.

¶ Dicit autem Iesum profecisse apud Deum & homines, quia prius decet placere Deo, & postea hominibus. Vbi Beda.

¶ Et bene quum dictum est, quia Iesus proficiebat sapientia, ætate, & gratia adiunctum est apud Deum & homines quia quantum proficiente ætate hominibus sapientiæ & gratiæ quæ sibi inerant dona patefaciebat, tantum ad eorum laudem Dei patris semper excitare curabat, peragès ipse quod cæteris agendum præcepit: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Atque ideo non solum apud homines gratia & sapientia proficere dicitur, in quantum ipsi eius sapientiam gratiamque potuerunt cognoscere, sed etiam apud Deum, in quantum ad eius laudem & gloriam sapientiam, ac gratiam quam in eo cognouere retulerunt. Hæc Beda.

Matt. 5.

DOMINICA SECUNDA
POST EPIPHANIAM
DOMINI.

Nuptiæ factæ sunt in chana Galilæe. Ioan. 2.
¶ In hac sancti Euangelij lectione quatuor sunt consideranda. Primum est, conuiuij nuptialis celebratio. Secundum est, præsentem Iesu vini defectio, & Et deficiente vino. Tertium est, admiranda in vinum a-

quæ

que m
ingent
Haurit
¶ Circ
tria n
est præ
Tertium
cum di
¶ Circa
in litera
Ista con
lectore
& ex di
dicit: Ec
quentē,
post pau
nimirū
re me: E
Cana G
cetti rat
dam dis
ptis fec
eum dis
poribus,
perditio
delictet
procede
rituales
¶ Hoc er
tum, atq
dū natu
sent in v
naculum
suo. Fac
sponsæ,
gnatione

Et e
¶ Hic no
Et erat, i
tus fuisse
domini i

que mutatio, ibi: Dicit mater eius ministris. Quartum est, ingentis signi congrua manifestatio, ibi: Et dicit eis Iesus: Haurite nunc.

¶ Circa primum quod est nuptialis conuiuij celebratio tria notatur. Primum est, designatio temporis. Secundum est presentia virginis matris, ibi: Et erat mater Iesu ibi. Tertium est, inuitati ad easdem nuptias presentia Christi cum discipulis, ibi: Vocatus est autem.

¶ Circa primum, quod est designatio temporis, sic dicitur *A.* in litera: Et de tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. *1oan. 1.* Ista coniunctio, Et, que preponitur, ad superiora remittit *Miraculo* lectorem, videlicet hoc modo: Altera die stabat Ioannes, *tempus.* & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulante, dicit: Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentes, & sequuti sunt Iesum, & cetera que sequuntur. Et post pauca sequitur: In crastinū voluit exire in Galileam, nimirū Iesus, & inuenit Philippū. Et dicit ei Iesus: Sequere me: Ecce dies secunda. Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. Vbi est aduertendum quod non otiose, sed certatione mysterij dominus noster duobus diebus quosdam discipulos collegit, tertia verò die miraculum in nuptiis fecit, quo gloriam suam manifestauit, vt crederet in eum discipuli eius. Ipse est enim qui duobus seculis temporibus, scilicet ante legem, & sub lege, paucos de massa perditionis sanctos homines elegit, & tertio tempore, videlicet sub gratia sanctæ Ecclesiæ cœlestes nuptias intulit, procedens ipse tanquam sponsus de thalamo suo, vt spirituales filij de illo nascerentur coniugio virginali.

Nuptiæ Christi mysticæ, quando.

¶ Hoc enim & multis prophetarum preconiiis preñunciatum, atque patriarcharum factis fuerat prefiguratum, quod due nature, diuina scilicet, & humana, coniungendæ essent in vno Christo, essetque ipse in sole positurus tabernaculum suum, tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Factusque est in illo virginalis vteri thalamo sponsus sponsæ, id est, creator creature magna coniunctus dignatione. Sequitur:

Rupertus.

Et erat mater Iesu ibi.

¶ Hic notatur secundum, id est, presentia virginis matris. *B* Et erat, inquit, mater Iesu ibi. Quis nuptiarū harum sponsus fuisse putetur, dicitur in sequentibus. Videtur autem domini matrem virginem Mariam ad nuptias non fuisse ventu-

DOMINICA SECVNDA

Lac. 2.

venturam, nisi eam cognationis compulisset necessitudo. Vt enim dicit Amb. in publico frequēti^o videri ei displicebat. Sic ante exurgēs abierat in montana, sed nō nisi ad propinquā, cuius iam sterilis & atate prouectę feclicę Dei munere conceptum cęlestis ei angelus nuntiabat.

¶ In eo autem quōd propinquorum nuptiis adesse designata non est, magnum (vt dicit Rupertus) & cunctis sanctę Ecclesię spectādum ordinibus humilitatis exemplum, veruntamen sacris virginibus non imitandū, quod mater Iesu virginem domini templum, illibatum sancti spiritus sacrarium, non aspernata est carnalium interesse celebritati nuptiarū. Nō hoc sacris virginibus imitādum est, quia videlicet tempus aliud, alia persona, locus alius est. Omnia tempus habent, dicit Ecclesiastes. Virginibus Deo dicatis, propositum quod ardet in mente, luceat in veste, radiet in ore, & in publica professione. Matris Domini virginitas cunctos homines latebat, quia videlicet diuulgari illam ratio temporis non sinebat, Neque enim libera tunc esse poterat virginitatis professio, vel præcatio huiusce exempli, quum adhuc Moyse sub velamine suo declamaret: Maledictus omnis qui non facit semē in Israel. Maluit ergo humiliter præsens cauere scādali, quā futuris virginibus immaturum rigidi propositi præbere exemplum, quo plus attolleret supercilium virginū fatuarum, quā instrueret custodiam prudentium, matribus, ceterisque quę cunctę viros nouerant, virgo mater in nullo se præferens, matrem vbique se proficiens, quod haberet filium, virginitatis autem suę tacitum cōseruauit in corde mysterium. Nam sicut incongruum, imō impossibile est tectum domus stabilire, ante quā fundamentum, sic impossibile erat ante susceptā fidem in carnationis Christi, præscribere ordinem quo sacrę virgines se secularibus distinguere debeant. Nunc autem publicum est propositum, publicē datum atque acceptum est virginibus consilium, & idcirco sacrę virgines magis cauērent Ecclesię Christi scandalum. Quapropter intus quidem habent prudentes virgines humilitatis vel charitatis oleum, scilicet non contemnendo (quanuis in infero ri gradu stantem) legitimam nubentium licentiam, foris autem & maximē ad earundem frequentiam nuptiarum,

Eccle. 3.

Num vir
ginib^o sac-
cris liceat
nuptiis
interesse.

1. cor. 7.

lucente

lucente
to misere
tius in
emplu
uenta
lias ig
possunt
tis thes
forti pr
premu
¶ Et era
vbi filij
tur, qui
est omni
& esse m
retici, s
rum filij
diuersis
silem in
bus excel
priatum
est mater
sio mun
catur. Ill
delicet &
Vocatus
¶ Et voca
ad digni
strum Q
re, neq;
belcat ig
nam fa
gnis ven
tuit nupt
¶ Quod
nō solum
tūcaret
tori figu
firmat P
detrahu
thoro in

lucentes suas lampades non efferunt. Vbi enim citius v̄to miserę vanitates extingui possent? Aut vbi properantius in oculis vel auribus suis periclitari queant iuxta exemplum Dinę filię Iacob, quę idcirco à corruptore inuentā & compressa est, quia leuitate puellari exiuit vt filias ignotę regionis videret? Non enim ita securę esse possunt, sicut illa beata Regina cęlorum, quę virginittis thesaurum & hominibus habebat occultum, & filij sui forti p̄sidio, sanctorũque angelorum fida custodia p̄munitum.

¶ Erat, inquit, mater Iesu ibi. Mysticę mater eius adest, vbi filij sui & sanctę Ecclesię sponsę suę nuptię celebrantur, quia profecto vera incarnationis Christi fides nō deest omnibus qui harum nuptiarum filij vel coniuuę dici & esse merētur. Marchion, Cherinthus, Hebion, aliq; heretici, seorsum cōuenticula sua facientes, harum nuptiarum filij non fuerunt. Non enim ibi erat mater Iesu, quia diuersis qui dem erroribus, sed eodē malignitatis spiritu, fidem incarnationis Christi à suis conuenticulis & cordibus excluderūt. Illic tantummodo harum cęlestium nuptiarum solennitas celebratur, vbi est mater Iesu, & vbi est mater Ecclesia videlicet, vbi quotidie nubētibus Christo mundis animabus, v̄ra incarnationis eius fides p̄dicatur. Illic vocatus adest Iesus & discipuli eius, sponsus videlicet & amici eius. Vnde subditur.

Vocatus est autē & Iesus & discipuli ei⁹ ad nuptias.

¶ Et vocatus accedit. Neq; enim (vt dicit Chr. solomonus) ad dignitatem respiciebat suam, sed ad beneficium notum. Qui enim nō dedignatus est formam serui accipere, neq; dedignatus est ad nuptias venire seruorum. Erubescat igitur (inquit Augustinus) homo esse superb⁹, quoniam factus est humilis Deus. Ecce inter cętera filius virginis venit ad nuptias, qui quum esset apud patrem, instituit nuptias. Vnde Beda.

¶ Quod dominus noster atq; Saluator ad nuptias vocatus nō solum venire, sed & miraculū ibidem quo cōiuuas lætificaret facere dignatus est, exceptis cęlestium sacramentorũ figuris, etiā iuxta literam fidem rectę credentiũ confirmat. Porro Tatiani & Marchionis cęterorũq; qui nuptiis detrahunt perfidia quā sit damnabilis insinuat. Si enim thoro immaculato & nuptiis dedita castitate celebratis

Periculū
virginib⁹
sacru.
Gen. 34.

Quibus
mater re
su abest.

Mira
christi di
gnatio.

Christus
cur venit
ad nu
ptias.

culpa

agnoscēs, ad sordidas pauperis egri casas nō descēdit, quā
videlicet nota est domus sua in qua requiri vel inueniri
possit, iamq; ille ambulare potest, pro se ipso loqui nouit.

¶ Ita nimirū quum incarnatus Deus in hunc mundū venit
magnus & verus medicus ad magnū agrorū iam despe-
ratum descēdit, qui non posset ad medicum accedere, vel
sciret opē eius implorare, imo quū semiuuius iaceret, sa-
num se esse putaret. Sicut ergo non expectauit vt talis in
caelum ascēderet seipsum deducere, sic postquam descen-
dit nō expectauit, vt peccatores venirent ipsum in syna-
goga legentem, vel in templo docentem audire, sed ipse
prior descendeat ad illos, cum publicanis & peccatori-
bus manducās & bibens, ita vt dicerēt Pharisaei: Ecce ho-
mo vorax & potator vini, peccatorum & publicanorum
amicus. Sic & eius Apostoli fecerūt, vbicumque gentiū do-
ctores missi tanquam ad agroros ignoti venere medici.

¶ At vbi languorem curauerunt, & viuendi praecepta de-
derunt, longius se ab eis sequestrauerūt, in quibus per fi-
dem curatis, vitia morū renouata sunt, dicēte Paulo: Scri-
ptū vobis in Epistola, non cōmisceri fornicariis, nō utique
fornicariis huius mundi (id est, nondum ad fidem cōuer-
sis) aut auaris, &c. Quid enim mihi de his qui foris sunt iu-
dicare? Et paulō post: Si is qui frater nominatur, est forni-
cator, aut avarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut
ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Igi-
tur postquam ad eos qui male habebāt accessit medicus,
& vocando peccatores ad pœnitentiā sic per fidem cura-
uit eos, vt sciāt ipsi, & possint venire ad Ecclesiā, nam nō
est spiritualis propositi viris eundem exemplo domini ad
nuptias secularium, sicut eiusdem nihilominus exemplo,
nō est publicanis & peccatoribus cōmunicandum, quum
ipsum Apostoli cum eiusmodi nec cibum sumere, nec au-
eis dicere, eodem Christo in se loquente praeceperint.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: vinum
non habent.

¶ Hic ponitur præsente Iesu in nuptiis vini defectio. Vbi
duo notantur: Vnum est pię matris apud filium suggestio.

Alterum est filij Dei notanda responsio, ibi. Et dicit ei.

¶ Circa primum dictum est. Matrem Iesu ad eum dixisse:

K. Vinum

*Christus
medicus
benignus.*

Matt. 11

I. Cor. 5.

*Religiosi
viri non
vadāt ad
nuptias.
2. IOAN. 1.*

*Matris
Christi
pia sugge-
stio.*

DOMINICA SECVNDA

E Vinum non habent. Ecce matris apud filiū suggestio. Pia mater piissimo filio sine vllius instātæ importunitate solum proponit defectum, sciens esse satis absque petitione necessitatem insinuasse. Nec mirū, ipsa enim, vt dicit Rupertus, optabat coniuuantibus fieri mediatrix cœlestis beneficij, ne illorum deuotio qui se inuitauerant, fructu suo careret, neve hilaritatem præsentis rei competentem, importuna penuria contristaret.

cur inuitati Iesus & mater eius.
Ioan. 1.

¶ Credēdū nanq; est, q̄ pia deuotione dominū Iesum matremq; ei⁹ ac discipulos inuitauerint, præsertim quum famulorum quę de ipso dici iā cœperat, nō ignorare possēt. Nā & ex eodē vico erat Nathanaël, q̄ die præcedenti illū agnoscēs, dixerat: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. Vnde & signanter Euangelista quum dixisset: Nuptię factę sunt in Cana Galilęę, & erat mater Iesu ibi, distinctē subdidit: Vocatus est autem Iesus, & discipuli eius ad nuptias.

¶ Vt intelligas, iam impletis nuptiis discumbentium, iam confidentibus conuiujs, consultō factum esse vt vocaretur Iesus, tāquam homo sanctus, velut propheta magnus, cuius benedictio posteritati nubentiū, vel toti cœtui coniuuantium profutura non frustra speraretur. Igitur beata virgo vt illorum qui se inuitauerunt, remuneret deuotionem, sciens in carne sua quem pepererat, rerum omnium creatricē habitare Dei virtutem, dicit filio suo, Deo facti Vinum non habent.

Mariam quid mouit vt suggereret.

F ¶ Vbi secundū Chrysostomum, dignum est quærere vnde venit in mentem matri magnum quid imaginari de filiis. Neq; enim ante miraculum fecerat. Sed reuelari incipiebat à Ioanne, & per ea quę Ioannes de illo ad discipulos suos iam dixerat Sed & ante hæc omnia, ipsa concepta & ea quę post natiuitatem facta sunt, maximam ei de patre imposuere æstimationem. Vnde Lucas dicit: Maria cōseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Quis tamen ante nullum ab ipso miraculū fieri viderat, sed vnus multorum eatenus fuerat conuersatus, non premebat mater aliquid tale ei proponere. Verūm audito Ioannes ei testificatus est, & q̄ discipulos iam haberet, reliquo confidenter rogat, dicens: Vinum non habent. ¶ Cōpassa est enim (inquit Bernardus) eorū verecundia, sicut misericors, sicut benignissima. Quid enim de fœde pietatis procederet nisi pietas? Quid mirum si pietatem exhiberet

exhiberet
nuerit d
rei Quā
noue m
rem. Er

¶ Ci

Et di

dum ver
¶ Sic dile
illos cōf
tunitatis
bat, & n
bat, ver
mulier?
rum blas
fisi rotum

¶ Itaq; vr
exymit
tibi & m
venit hor
ne matre
tales secr
bere nas
sū inhor
eam sibi
nem ipse
Quid mil
miraculū
Inter acce
tre. Ben
nitate, qu
nem susce
mea, quā
qui adsum
primū ho
beneficij
Christi re
verbi in
quit, ne fi

exhibet viscera pietatis? Nōne qui pomū in manu sua tenuerit dimidia die, reliqua diei parte pomi seruabit odorē? Quātū igitur viscera illa virt⁹ pietatis adserit, in quib⁹ nouē mēsis requieuit? Nā & antē mentē repleuit q̄ vētrem. Et quum processit ex utero, ex animo non recessit.

Similes

¶ Circa secundum, quod est, ad petitionem matris Christi noranda responsio, sequitur:

Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea.

¶ Sic dilectę genetrici dispēsatiuē respōdendo, hereticos **G** illos cōfutauit, qui Christum ante Mariā fuisse negāt. Diminutatis quippe quę in illo humanitatis suę templo latebat, & nunc sese ad facienda miracula paululum exercebat, veraciter hoc dicere poterat: Quid mihi & tibi est mulier? Quia videlicet iam tūc in auribus eius hereticorum blasphemię personabant, qui dicturi erāt, quia Christi totum initium ex Maria est.

Cum ma-

trix re-

spondit

Christus.

¶ Itaq; vnus eiusdēq; personę naturā geminā duabus his exprimit breuibus sententiis, diuinā scilicet, Quid mihi & tibi & mulier, humanā verō quā protinus subiūgit: Nōdū venit hora mea. Nā qui secūdū diuinitatē sine tēpore & sine matre est secūdū humanitatē tēpora & horas, nō factales secūdū mathematicos, sed quas ipse sibi posuit, habere nascēdo & moriēdo dignatus est. Absit autē vt matrē suā inhonoraret, qui iubet patrē & matrem honorare, aut eam sibi matrē esse negaret, ex cuius carne virginea carnem ipse suscepit. Sed in eo quod miraculū facturus, ait: Quid mihi & tibi est mulier, significat se diuinitatis, quā miraculū erat patrādū nequāq; ex matre principiū tēpora liter accepisse, sed per æternitatē semper habuisse cū patre. Bene ergo ait: quid mihi & tibi est mulier, cui ex diuinitate, quā ex patre semper habui cū tua carne ex qua carnem suscepi, cōmune nihil est. Nondū, inquit, venit hora mea, quāsi dicat secūdum Chry. Nondū cognitus sum his qui adsunt. Sed neque sciūt quoniā defecit vinū. Sine eos primū hoc sentire. Qui enī necessitatē nō pręsensit, neq; beneficij grandē suscipiet sensum. Cęterū ne quis ex hac Christi respōsione rapiat sibi occasionem erroris, sanam verbi intelligentiam amplectatur. Vnde Aug. Videte, inquit, ne forte quomodo inuenerunt Manichæi occasionē

Christi

deitas nō

ex matre

H

K ij per-

DOMINICA SECUNDA

IOAN. 10.

perfidie sue, quia dixit dominus: Quid mihi & tibi est mulier? sic inueniant & Mathematici occasione fallacie quia dixit: Nondum venit hora mea. Dicunt enim: Vides quia sub fato erat Christus, qui dixit: Nondum venit hora mea. Credant isti Deo dicenti: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam, & querant quare sit dictum: Nondum venit hora mea. Ne ideo ponant iam sub fato conditorem cœli. Quia si esset fatum de syderibus, non poterat esse sub necessitate syderum conditor syderum. Quod fatum non modo Christus non habuit, sed nec tu, nec quisquam hominum. Quare ergo dixit: Nondum venit hora mea? Præter intellectum iam expositum, responderi potest, quia in potestate habebat quando moreretur, sed nondum videbat esse opportunum, ut illa potestate vteretur. Vocandi erant discipuli, annuntiandum erat regnum cœlorum, & faciendæ erant virtutes, commendanda erat diuinitas domini in miraculis, commendanda humanitas eius in ipsa perpessione mortis. At ubi tantum fecit, quantum sufficere iudicauit, venit hora non necessitatis, sed voluntatis: non coactionis, sed potestatis, quia quid sibi & matri commune esset, ostendat, quum hæc moriturus in cruce discipulo virgini, virginem commendare curabit. Carum namque infirma perpetuens, matrem de qua hæc suscepit præcognitam, ei quæ maximè diligebat, discipulo commendatam quæ diuina facturus, quasi incognitam se nosse dissimulat, quia hæc diuinæ natiuitatis authorem non esse cognoscit.

I Porro antehac (ut dicit Rupertus) non inuenitur mater suam ignorasse dominus Iesus, sed fuit subditus illi. Nam autem ubi miracula facere incipiens ad hoc se præparat, paulo post per ciuitates & castella circumueat, annuncians regnum Dei, dicit eidem matri suæ: Quid mihi & tibi est mulier? Cui simile est illud quod apud alium Euangelistam loquente eo ad turbas, quum dixisset ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant, querentes loqui tibi, respondit: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater & soror & mater. Itaque fecit ipse prior, quod nobis præcipit faciendum. Cæpit enim Iesus facere & docere. Præcepit autem ei quilibet se dignus esse cupit, ut propter Euangelium patrem matremque relinquat, & renunciet omnibus quæ possidet. Et quilibet

*Matrem
quando
Christus
ignorat.
Matt. 12*

Actu. 1.

hoc pri
ues esse
matrem
dum pa
Qu
carnis
animam
legem fa
quæ ho
loquitur
& fratres
custodi
iudicia
miam a
Magis
trem sa
exhono
sed soli
magno
rum se
actio dic
ta mort
Vnde e
proxi
Ex quo
tam te e
habes m
frueris,
relicta
Quum a
nam op
neratur
impend
dere qui
beo face
obediens
rit, talen
Et hæc
reat ma
tius clar
tem, qu

hoc primus ipse fecit, quia descendens à patre, quum di-
ues esset pro nobis pauper factus est, domum quoque &
matrem & affines carnis suæ deserens, ad Euangelizan-
dum pauperibus exiuit.

¶ Quoniam igitur opus Dei omnino præferendū est curæ
carnis quādoquidem hāc cætera omnia, & propriā quoq;
animā negligere exigit, patet quia is nullatenus aduersus
legē facit qui dicit: Honora patrē & matrē: nam eadē lex
quæ hoc dicit, rursus eadem autoritate & eodem spiritu
loquitur qui dixerit patri suo vel matri suæ: Nescio vos,
& fratribus suis: Ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi
custodierunt legem tuam, & pactum tuum seruaerunt
iudicia tua o Iacob, & legem tuam o Israel. Ponent thy-
miama in furore meo, & holocaustum super altare meū.

¶ Magis ergo vt legem perfectē dominus impleret, ma-
trem saluo eius honore nesciuit. Qui profecto nulla est
exhonoratio patris vel matris, dū eis nō quælibet causa,
sed solius præfertur honor vel opus Dei. Cui videlicet
magno & necessario salutis operi Iesus intentus, nescitu-
rum se matrem suā profiteretur, donec eodem opere per-
fecto dicat ei, Mulier, ecce filius tuus, quod videlicet in ho-
ra mortis suæ dicturus erat, sicut iam dictum est.

¶ Bene ergo quum dixisset: Quid tibi & mihi est mulier,
protinus addidit: Nondum venit hora mea. Ac si diceret:
Ex quo ad baptismum veni, & in desertum exiui, destitu-
tum te esse præsentia mea materno adfectu suspirasti, nūc
habes me in his nuptiis, & gaudes quod præsentia mea
frueris, sed adhuc tempus imminet, vt magis ac magis te
relieta non desinam circumire per ciuitates & castella.
Quum autem tempus aduenerit vt cum vita præsentis fi-
niam opus quod cœpi, ab hac expeditione redeūtem vul-
neratum me & morientem recipies. Nunc interim tantū
impendet onus cœlestium negotiorū, vt non vacet perpē-
dere quid maternis adfectibus tuis debeā. Nec enim ha-
beo facere volūtatē meā, sed impositam à patre perferre
obedientiam. Qualem mandati eius necessitas adduxe-
rit, talem me filium tuum in illa hora ostendam tibi.

¶ Et hæc quidem dicta non ad illud respondit quod di-
xerat mater: Vinum non habent, sed ad interni desiderij
eius clamorem vehementem in aures suas altè personā-
tem, quia faciem eius semper ardebat videre præsentē.

K iij Nam

*Opus dei
vt præfe-
rendum.*

*Deut. 5.
Deut. 33.*

K

Ioan. 19.

*Matrem
Christus
quando
agnosce-
re.*

DOMINICA SECUNDA

Nam conuiuas, quorum deuotione inuitatus fuerat non minus quàm ipsa suo volebat beneficio lætificare, maxime ob utilitatem illorum, quos hoc viso miraculo nouerat in se esse credituros.

L ¶ Caterum vt ex his quæ dicta sunt moraliter informemur, intelligamus omnes nos ad spirituales nuptias esse vocatos, in quibus utiq; sponſus est Christus, sponſa verò nos ipsi sumus, ita vt simul omnes vna sponſa, & nihilominus animæ singulorum quasi singulæ sponſæ. Multum autem (vt dicit Bernardus) est hæc sponſa sponſo suo inferior genere, inferior specie, inferior dignitate. Attamen propter Aethiopiſſam iſtã, de longinquo filius æterni regis aduenit, & vt sibi desponſaret illam, etiam mori pro illa nõ timuit. Moyses quidem Aethiopiſſam duxit vxorem,

Num. 12. sed nõ potuit Aethiopiſſæ mutare colorem. Christus vero quã adamauit ignobilem adhuc & fœdam, gloriosam animæ sibi exhibebit Ecclesiam, nõ habentem maculam neque rugam, sed vnde tibi hoc anima humana, vnde tibi tantum inæſtimabilis gloria vt iã spõsa merearis esse, eius in quæ desiderant angeli prospicere, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, ad cuius nutum vniuersa mutantur? Quid retribuēs domino pro omnibus quæ retribuit tibi, vt sociamens, socia sis regni?

¶ Vide quibus brachiis vicariæ charitatis redamandus & amplectendus sit, qui tanti te æſtimauit, imò qui tanti te fecit. De latere enim te reformauit, quando propter te obdormiuit in cruce, & ob hoc somnum mortis excepit. Propter te à Deo patre exiuit, & matrem synagogam reliquit, vt adhærens ei vnus cum eo spiritu efficiaris. Et tu ergo audi filia & vide quanta sit erga te dignatio Dei tui, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Deſere carnales affectus, ſeculares mores deſice, à prioribus vitiis abſtine, conſuetudines noxias obliuiscere. Quid enim putas? Nonne ſtat angelus domini vt ſecreto mediam, ſi fortè (quod auertat ipſe) alterum admiferit amatorem? Iam enim desponſata es illi, iam nuptiarum prandium celebratur, nam cœna quidem in cœlo & in terra æterna paratur.

Sponſa monetur.

M ¶ Veruntamen nunquid ibi vinum deficiet? Abſit, inebriabimur ibi ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis eius potabimur. Hic autem nobis nonnunquam vinum deficiet

deficit, g
exorand
gnisim
Si enim
ceſſar
cordia.
fuerat i
rit inno
ad eam
quam e

D
reſtat di
aquaz m
ſeltatio.
¶ Circa
fidelis a
niens oc
¶ Circa p
domini
facite. E
ſunt veri
us dilect
mille eſt
cunque e
bis dice
opere co
nitio ſid
meus ſe
¶ Itaq; (v
ticia eiu
animos
ametiæ c
qui eius
ta impo
tè verſu
zur etia
pcept

deficit, gratia scilicet deuotionis, & feruor charitatis. Itaq; exoranda nobis est mater misericordiæ, vt suggerat benignissimo filio suo de nobis, & dicat: Vinum non habent. *Cur nobis exoranda Christi mater.*
 Si enim piè à nobis pulsata precibus fuerit, nõ deerit necessitati nostræ, quoniam misericors est & mater misericordiæ. Nam si compassa est verecundiæ illorum à quibus fuerat inuitata, multo magis compatietur nobis, si piè fuerit inuocata. Placent enim illi nuptiæ nostræ &, pertinent ad eam multo amplius illis, nimirum de cuius vtero tanquam è thalamo suo cœlestis sponsus processit.

HOMILIA ALTERA.

Dicit mater eius ministris: quodcunque dixerit vobis facite. *Ioan. 2.*

In hac parte Euangelicæ lectionis, de duobus restat dicendum, quorum primum est admiranda in vinum aquæ mutatio. Secundum est ingentis signi congrua manifestatio. Ibi. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc.

Circa primum duo notantur. Vnum est prouidæ matris fidelis admonitio. Alterum est patrando miraculo conueniens occasio. Ibi: Erant autem ibi.

Circa primum dicit Euangelista. Dicit mater eius nimirum domini Iesu Maria ministris: Quodcunque dixerit vobis, *A Matris verba vt consonaverit bis patris. Matt. 17*
 facite. Ecce quemadmodum verba virginis matris consonant verbis patris cœlestis de nube tonantis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipsum audite. Si simile est enim quod beata mater nunc dicit ministris: Quodcunque dixerit vobis, facite. Putemus eam hoc idem & nobis dicere, & verbum eius sine vlla cunctatione mente & opere completamur. Est enim informatio salutaris, monitio fidelis & perutilis: Quodcunque dixerit vobis filius meus Iesus, facite.

Itaq; (vt dicit Ruper.) volūtatis domini conscia, & de potentia eius nõ dubitans, opportuna cõmonitione ministrorum animos præparat, videlicet ne id quod præcepturus erat, amicitia deputaret, nõdum eius experti virtutem, nã & ppinquum eius quum apostolos eligeret, & nomina quibusdã mutua imponeret exierunt vt teneret eum, dicentes: quia in furore versus est. Itaq; sollicita præmonet, vt non diffidentes aut etiam irridentes, indigni fierent gratia miraculi, sed præcepto parentes viam facerent manifestadę gloriæ dei *Mater re su cur monet ministros. Mar. 3.*

DOMINICA SECUNDA

Vnde patet quo animo Dei fili⁹ maternę suggestione
spondens dixerit: quid mihi & tibi est mulier? Vnde Ber-
nardus: Manifestę, inquit, iam video, quod non velut indi-
gnans, aut confundere volens virginis matris teneram ve-
recundiam dixeris, quid mihi & tibi, quum venientibus
ad te iuxta matris p^ræceptum ministris, nihil cunctator
facias quod illa suggessit. Quid ergo sibi voluit Quid mihi
& tibi est mulier? Nonne quod filio & matri?

Mundum ¶ Sed nouerat ille cui loqueretur, & quis loqueretur illi
relinquen non ignorabat. Et quidem propter nos talis est responsio
tes curam data matri, videlicet: vt conuersos ad dominum iam non
parentum sollicitos faciat carnalium cura parentum, & necessitudi-
deserant. nes illę non impediunt exercitium spirituale. Quādiu e-
nim de mundo sumus, debitores nos constat esse parenti-
bus, at postquā reliquim⁹ nosmetipsos, multo magis ab eo-
rum sollicitudine liberi sumus. Vnde & legimus fratrem
quendā in heremo cōuersantem, quum ad eū carnalis fra-
ter auxiliij petendi gratia aduētasset, respondisse, vt adiret
alterum fratrem eorum, quum iste vtiq; iam obiisset.

Quumq; admiratus qui venerat responderet, quia ille
obiit, heremita se quoque similiter obiisse respondit.
¶ Circa secundum, quod est patrandi miraculo conueni-
ens occasio, consequenter in litera subiungitur.

*Erant autem ibi lapideę hydrię sex positę secundū
purificationem Iudęorum, capientes singulę metretas
binas vel ternas.*

B ¶ Propter matris honorem, & ne eius petitionē finaliter
spernari videretur, neq; eam tot p^ræsentibus faceret erubescere
(miserat enim ad eum ministros, vt à pluribus fieret
petitio) signum erat patrandum, & acquiescendum eam
flagitāti. Et attende quo ordine ad miraculum vētum est.

Purifica- ¶ Erant, inquit, ibi lapideę hydrię sex positę secundū pu-
tiones 116 rificationem Iudęorum. Purificationes Iudęorum multi-
deorum. plices erant, aliquę nempe à Moyse, plurimę autem ex
traditione Phariseorum, de quibus in Euangelio secundū
Mar. 7. Marcum dicitur: Pharisei nisi crebro lauent manus suas
non manducant, tenentes traditiones seniorum.

¶ Et à foro, nisi baptizentur non comedunt. Et alia multa
sunt quę tradita sunt illis seruari baptismatā calicam, &
vrceorum, & aramentorum, & lectorum. Ob huiusmodi
ergo

ergo purificationes, vt aqua esset in promptu, hydriæ ponebatur, quæ in hac domo lapideæ fuisse referuntur, erantq; vasa sic appellata, quæ esset destinata aquæ receptui. Hydor enim Græcè, Latine aqua dicitur. Quod idcirco (secundum Chrysostr.) prouisum fuisse creditur, ne quidam infidelium suspicaretur quoniam fæce intus remanente, deinde aqua immissa vinum tenuissimum factum esset, propterea ait, secundam purificationem Iudæorum. Ostendens quod illa vasa nunquam vini receptacula facta fuerant.

¶ Quod autem ait binas vel ternas, non ita accipiendum est (secundum Bedam) quod aliæ binas, aliæ ternas, sed eadem ipsæ singulæ caperent binas, vel etiam ternas.

¶ Metretas (secundum August.) dicit mensuras quasdam, tantquam si diceret urnas ampliores, vel aliquid huiusmodi. Non enim mensuræ est metreta, & à mensura accepit nomen ita species mensuræ. Metron enim dicunt, Græci mensuram, vnde appellatæ sunt metretæ. Sequitur:

Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum.

¶ Hic notandum est quod dominus nec de nihilo vinum, quo conuiuas lætificaret, nec de nihilo panem fecit, quo turbas esuriens satiaret, nec aliquid omnino in tota suorum serie signorum de non existentibus fecit, sed vel existentia in maius & melius prouexit, faciendum de aqua vinum & panes quicquid; aut septem multiplicando in satietatem multorum militum, vel corrupta in integrum reformauit, infirmos curando, vel destituta restituit, mortuos resuscitando, de nihilo autem non operatus est aliquid. Qui enim uiuit in æternum, creauit omnia simul. Simul quippe omnia, id est, prima elementa de nihilo creauit, sex autem diebus operatur rerum omnium species, non de nihilo creauit, sed ex eisdem elementis uerbi imperio formauit. Et die quidem septimo requieuit ab omni opere quod patrarat, scilicet ut nullam deinceps nouam speciem produci iubeat. Operatur tamen usque modo, dum easdem gubernat & multiplicat maximeque; humanum genus quod in melius promouet, ¶ Igitur vinum daturus incommutabilis Dei filius non de nihilo creauit, sed de competenti elemento fecit, scilicet de aqua, quam singulis annis per uites à radicibus ascendente in vinum conuertit, precepto quod posuit, & non præteribit quod qualiter fecerit credi potest inuestigari non potest.

Quærit

C
Christum
nihil fecit
se de nihilo.

Eccle. 18.

¶ *Quærit Chry.* quare antequam impleissent hydrias aqua non fecit signum quod multo mirabilius esset, videlicet quia aliud est substantiam in aliam qualitatem (subaudiendum est essentialiter) transmutare, & ipsam substantiam ex nihilo facere, quod quidem mirabilius est, sed non ita videtur credibile multis.

Christus ut à magnitudine si gnorum ab stinet. Propterea enim multoties à miraculorum magnitudine abstinens, volens magis credibile esse quod fiebat. Quo etiam puerum Manichæorum dogmata evertit, qui mundi conditor alium esse dicunt. propter hoc plura miraculorum suorum ex subiectis substantiis. Si enim contrarius ei esset qui conditor est mundi, non utique alienis vteretur ad propriæ virtutis demonstrationem. Proinde non tam est mirabile quod hoc facere poterit Deus, quam quod is quod hoc facere posset Deus erat homo factus.

D ¶ *Cæterum ut perpèdamus,* quid in corporalibus nuptiis significatum sit quod ad illas pertineat mysticas nuptias quæ sunt Christi cum Ecclesia, notandum nobis est aliquid horum tunc factum, aliquid exinde futurum.

Defectus vini myst. ¶ Nam per id quod vinum defecit, significatum est aliquid quod factum fuerat, videlicet, quod beatitudo vel incorruptio quæ humano generi ab initio data fuerat peccante primo parente defecerat. Sic enim homo conditus est, ut si vellet posset non peccare, & posset non mori, quoadquod; sine morte peruenturus ad hoc quod melius & perfectius est, scilicet non posse peccare & non posse mori. Peccando autem et decidit, ut non posset carere peccato, & non possit non mori. Vinum ergo deficit, quia collatæ gratiæ beatitudinem per uata est miserabilis natura hominis.

Hydriae quid myst. ¶ Illud quoque iam factum fuerat quod significatum est per sex hydrias lapideas aqua impletas. Nam senarius hydriarum numerus perfectus, sanctos patres uniuersos designat, qui diuersis temporibus, id est, sex mundi ætatibus diuisi, suo quoque tempore aqua sapientiæ salutaris impleti sunt. Mentis namque illorum velut hydriæ lapideæ fuerunt, scilicet fide stabiles, ingenio capaces.

sapientia patribus inæqualiter data. ¶ Capiabant autem singulæ metretas binas vel ternas, quod videlicet quum una fuerit omnium fides, non omnibus eadem, vel æqualis data est sapientiæ mensura. Plus enim indicatum est (verbi gratia) Moyse quam Abrahæ, ipsi David quam Moyse, quod ex ipsis sacræ scripturæ verbis patenter ostenditur, Quis enim nesciat quia, Abraham cum Deo loquutus est? Et tamen ad Moysen dominus dicit: Ego sum

fum De
men m
Abraha
Abraha
¶ Pfa
ruam d
iuxit:Se
senes in
super o
testatur
rit, man
trâsbuc
¶ Igitur
pacitas:
tis myst
omnis q
huius su
aqua. Se
humanâ
Mofayc
peccato
mano ce
literam,
¶ Proind
sunt sign
uerfa est
& figuris
per Iesu
nostræ in
cto iam
beata sp
spiritale
¶ Erant,
rificatio
candis v
apponer
(vt ait B
purificat
non habet
in interi
à lorde,
fun

sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, & nomen meum Adonay non indicaui eis. Ecce plus Moyfi quam Abraham innotuerat, qui illud de se Moyfi indicat, quod se Abraham non indicasse confirmat.

Gene. 19.
Exod. 3.
G. 6.

¶ Psalmista quoque quum dixisset: Quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea est, subsequutus adiunxit: Super omnes docentes me intellexi. Et iterum: Super senes intellexi. Qui ergo legem se meditari memorat, & super omnes docentes se, & super seniores se intellexisse testatur, quod diuinam scientiam plusquam Moyfes acciperet, manifestat. Et ita impletur quod scriptum est. Quia pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia.

Dan. 12.

¶ Sicut non una vel æqualis est hydriarum huiusmodi capacitas: quia diuini nominis trinitatem, vel cetera diuinitatis mysteria non omnes cœquali perceperunt gratia. Et omnis quidem illa sapientia salutaris aqua, de plenitudine huius sumpta est, qui nunc loquitur, dicens: Implete hydrias aqua. Sed tamen erat aqua pallens & frigida, neque naturam humanam in pristinum vigorem restituere poterat. Illa namque Mosayca lex illa dei dona nihil ad perfectum adduxerant, quia peccatorum remissionem, & resurrectionem carnis generi humano conferre non poterant, solumque occidentem legis literam, non viuificantem spiritum accipiebant.

¶ Proinde, futurum aliquid per ea quæ in his nuptiis acta esse sunt significabatur. Nam per hoc quod aqua in vinum conuersa est significata est illa quæ transeunte umbra legis & figuris ceremoniarum facta est, & quæ tunc fieri cœpit per Iesum Christum gratia & veritas, per quam naturam nostram infirmitate sanata, quicumque baptizati spiritu sancto iam prima resurrectione reuiximus, & in secundam beatam spe transpositi sumus, ipso sensum nobis aperiente, spiritalem in scripturis rationem intelligimus.

¶ Erant, inquit, ibi lapideæ hydriæ sex posite, secundum purificationem Iudæorum, mysticè has nunc hydrias purificationis sex, apponere, vel magis appostas demonstrare. Quia enim (ut ait Bernar.) nondum peruenit Ecclesia ad perfectam purificationem, quando sibi Christus eam exhibebit gloriosam non habentem maculam neque rugam, aut aliquid huiusmodi multum interim purificationibus opus habet, quum nemo mundus a sordibus, nec infans cuius est unius diei vita super terram.

Nunc

DOMINICA SECUNDA

Nunc ergo abluitur nūc purificatur sponsa, ut in cœlestibus illis nuptiis sponso suo sine omni macula presentetur.

F **¶** Quæram⁹ ergo hydrias sex in quibus hæc ablutio iudæorum, id est, confitentium purificatio fiat. Nam si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, quæ sola liberat, sola saluat, sola lauat. Quod si confiteamur peccata nostra, non deerunt vobis iudæis purificationis hydriæ, quoniam fidelis est Deus qui dimittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate. Inquinatus aliquando fuisti culpa aliena, vnde te aliena lauit aqua, ea scilicet quæ cum sanguine de aperto Christi in cruce latere manat. Nunc autem inquinat culpa propria, etiam aqua propria, munderis necesse est, si illo tamen & per illum qui solus est purgationem faciens peccatorum.

Ezec. 18. Secundum 70. **¶** Prima ergo hydria & prima purgatio in compunctione cordis est, de qua legimus: Quoniam in quacunq[ue] lingua ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Secunda verò, confessio est: Omnia siquidem in confessione lauantur. Tertia eleemosynarum largitio, dicente domino in Euangelio: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Quarta est remissio iniuriarum, secundum quod orantes, dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quinta est afflictio corporis, vnde & oramus, ut mundi per abstinentiam Deo canamus gloriam. Sexta est, obedientia præceptorum, sicut audierunt discipuli, quod vtinam audire mereamur & nos: Vos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis. Nimirum, quia non erāt sicut hi quibus dicitur: Sermo meus non capit in vobis, sed magis auditu verbi obaudierant ei.

Luce. 11. **¶** Ex sunt sex hydriæ positæ in purificationem nostram quæ vacuæ sunt & plenæ vêtō: si p[er] inani gloria observantur. Aqua replētur, si in timore Dei custodiantur, quoniam timor domini fons vitæ. Aqua, inquā, timor domini est, sicut min⁹ sapida, sed optimè refrigerās animā noxiis desideris æstuantē. Aqua est quæ iacula inimici ignita possit extinguere, sed diuina virtute aqua mutatur in vinū, quādo perfecta charitas foras mittit timorem. Dicūt autē lapideæ hydriæ, non tam propter duritiam, quā stabilitatem.

Hydriæ vacuæ, & **¶** Capientes singulæ metretas binas vel ternas. Duæ metretas

trece
atena
gente
quam
tētia
est ad
tus est
nouer
Cibo si
tia. Vi
luni &
nobis g
bi illin
tidianu
plum a
quodid
sine, si
centup
¶ Opti
tia. Et q
sic exti
ad omni
amitter
de mal
quales
desunt
sibi bla
cati, siue
tis im p
pit ergo
¶ Cauet
sint vac
vt per s
tra pecc
& simil
non hab
sunt hyc
rancor
ita dum
obseru
domine

teretæ duplex timor, ne fortè trudi in gehēnā, ne fortè ab æterna vita contingat excludi. Sed quia de futuro contingente sunt ista, & blandiri sibi potest anima, dicens: Postquam aliquandiu in voluptatibus tuis vixeris, ages pœnitentiā, nec ista iam cariturus, nec periturus in illa, bonū est adhibere & timorē tertiū, qui utique spiritualibus notus est, & eo vilior qui de præsentī est. Timent enim qui nouerunt spiritualē cibum, nequando fortè fraudētur eo. Cibo siquidem forti egent, qui manum miserunt ad fortia. Vivant de paleis Aegypti qui deseruiunt in operibus luti & lateris, nobis fortior cibus est necessarius, quoniā nobis grandis restat via, vt ambulemus in fortitudine cibi illius. Ipse est panis viuus, panis angelorū, panis quotidianus. Hic est de quo nobis promissum est, quia centuplum accipiemus in hoc seculo. Sicut enim mercenariis quotid. anus cibus datur in opere, & merces seruat in fine, sic dominus vitam æternā in fine reddet, & interim centuplum repromittit & exhibet.

¶ *Optim^o* sanè iste timor, quo metuit homo excludi à gratia. Et quidē omnis timor domini sicut aqua extinguit ignē sic extinguit peccati cōcupiscētiā, sed is maximè quum ad omnem tentationē statim occurrit, ne fortè contingat amittere gratiā, vt sibi derelictus homo labatur quotidie de malo in peius, de periculo minori in grauiorē culpam, quales utiq; multos videmus, qui quum in sordib^{us} sint sordescunt adhuc. Nam aduersus timorē istum non est vnde sibi blandiatur anima, siue de minori fortè quātitate peccati, siue de emēdatione futura. Talibus enim blandimentis impediūtur aliquādo duo prima genera timoris. Præcipue ergo & nobis domin^o, vt hac aqua hydrias impleam^o.

¶ Cauendum verò nobis est ne quando, sicut dictum est, sint vacuæ & plenæ vento. si quis tamen adeò insanus est vt per studium vanitatis in eo hæc sex quæ dicta sunt cōtra peccati morbū remedia, mercede perpetua vacuētur, & similis habeatur virginibus fatuis, in quarum vasis oleū non habetur. Interdum autē, quod peius est, plenæ quidē sunt hydriæ, sed plenæ veneno, quod est inuidia, murmur, rancor animi, & detractio. Propterea ne fortè subintrent ista dum vinum deest, iubemur implere hydrias aqua, vt obseruentur mandata domini in timore, donec largiente domino impleantur omnia seruore spiritus & iocunda digna-

Timor duplex.

*H
Timor optimus.*

Hydria plena veneno.

deuotione. Hęc post Bernard.

I ¶ Sed ab hac digressione ad historiã gratię est redeundũ. Vbi primũ occurrit agnosceda nobis larga munificencia dñi Saluatoris, q̄ nō solũ bona largit̄ immeritis, sed & plura plerũq; largit̄, q̄ fuerat rogat̄, illis lōge dissimilis, qui grãdia pollicetur, exigua autē vel nulla pręstāt. Dominus enim qui ad primã pię matris suę suggestiōe quominus multa promitteret, quasi detractãti similis videbatur, non verbis sed re ipsa largitatis suę gratiã ostendit. Nam hydrias vsq; ad summũ impleri aqua iubet, quatenus aqua in vinũ efficacia suę virtutis mutata, has nō semiplenas, sed vsque ad summũ oppletas vino, cõiuuantibus exhiberet.

*Matt. 12
Christi
potentia
singula-
ris.*

¶ Verē ergo ecce plusquã Iona hic, aut plusquã Salomon, sed & plusquã Moyses, aut aliquis omnino sanctorũ. Nā vt taceã, q̄ quãdo vel quomodo voluit natus est, & quãdo vel quomodo voluit mortuus est, & resurrexit, & in celum ascēdit, vt interim hęc maiora taceã, quis omninũ sanctorũ per quos signa & ostēta facta sunt, sola voluntate vel imperio fecit aliquod signũ? Moyses clamãdo ad dominũ, ita vt diceret ei Deus: Quid clamas ad me? fecit in Aegypto signa. Clamando ergo, id est, non sua potestate vtrũq; sed alieno imperio, virga percutiens diuisit aquas, hic autem solo nutu, sola voluntate, sedens & tacens in vinum bonum cõuertit illas. Vnde iam cõsequēter est dicendũ

Exo. 14.

¶ Circa secundum dicitur:

Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et tulerunt.

K ¶ Hic ponitur patrati signi congrua manifestatio. Vbi tria notantur. Primum est, Christi ad ministros p̄ceptum geminum. Secundum est, Architriclino ignari de facto vino iudicium, ibi: Vt autem. Tertium est, Signorum Christi factuosum exordium, ibi: Hoc fecit initium.

*Rupertus
Architriclino.*

¶ Primũ, id est, geminum p̄ceptũ à Christo ministris datum patet in eo quod dictũ est: Haurite nunc, & ferte Architriclino. Nimirũ duo p̄cepit. Vnũ, vt haurirēt. Alterũ, vt ferrēt Architriclino. Architriclino dicitur is q̄ est sp̄s amicus, qui sp̄so vacante, & à cunctis feriato negotiis, p̄tiali conuiuio p̄est, res necessarias prouidet, cõiuuantibusque & vniuersę domui p̄eminet. Triclinium verũ cõnaculũ est vel aula tres mensarũ ordines habēs. Architr-

triclino
inbet p
solēdic
figio n
diffund
erit e
factum
¶ Ad hę
uię ian
nescitē
strano c
opus ha
ideo in
Architr-

Vt a
tam, &
qui bau
dicit ei:
quam in
tem seru

¶ Secun
cognosc
reuelan
vocauit.
mato ta
sum qui
ei: Omn
que sequ
ci, sed
¶ Talia e
natura m
lo p̄rex
sciebāt c
tam aut
& sp̄so
sed E
necessar

triclino

triclinus ergo, princeps vel præstantior est triclinij. Huic iubet primo propinari vinū ex aqua factū, vt lucerna tam splēdidi ac iocundi miraculi nō lateret, sed tanquā in fastigio nuptialis cōuiuij posita, claritatē suā latius ab alto distunderet, totāque domū serenans, & vniuersos qui aderāt cōuiuas lætificās, fidem illorū propter quos maxime factum fuerat, alacrius accenderet. Quod & factum est.

¶ Ad hæc, secundū Chry. quia possent aliqui dicere q̄ conuiuij iam ebrij erant, & sensus iudicantium corruptus, vt nescirēt vtrum aqua vel vinum esset, hi autē quibus ministratio cōuiuiorū credita est, maximē vigiles sunt, vnum opus habentes vt ornatē & ordinatē omnia disponātur, ideo in testimoniū eorum quę siebāt dixit Christus: Ferte Architriclino, & non dixit: Propinate recumbentibus.

¶ Circa secundum, quod est, de facto vino Architriclini iudicium, subditur:

Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant qui hauserāt aquam, vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc.

¶ Secundum Chrysostrum paulatim dominus volebat cognosci suorum virtutem signorum, & ideo neque ipse reuelauit quod factum est, neque ministros Architriclini vocauit. Non enim esset eis creditum puro homini existimato tanti signi testimonium reddentibus, sed vocat sponsum qui maximē poterat conspiciere quod siebat. Et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cetera quę sequuntur. Ergo non simpliciter Christus vinum fecit, sed vinum optimum fecit.

¶ Talia enim sunt Christi miracula, vt multo his quę per naturam sunt sint præstantiora. Igitur aqua quę miraculo præexistebat, ministros habuit testes. Ministri, inquit, sciebāt qui hauserant aquam Architriclino nesciente: vinum autē & quidem bonum, testes habuit Architriclinum & sponsum. Probabile est autē sponsum aliquid respōdissē, sed Evangelista hoc prætermittit, solū id tangens quod necessarium est, scire scilicet quoniam aquā vinum fecit.

¶ De

*cuy ferrā
iubet Ar-
chitricli-
no.*

*L
Quo ordō
ne mira-
culū immo-
tuit.*

DOMINICA SECVNDA

*Signi hu-
sus consi-
deratio.*

¶ De hoc tam insigni miraculo beatus August. Hoc domi-
ni miraculum, inquit, quo de aqua vinū fecit non est mirū
eis qui nouerunt quia Deus erat qui hoc fecit. Ipse enim
fecit vinū illo die in hydriis, qui omni anno hoc facit in vi-
tibus. Sed hoc assiduitate amisit admirationē. Itaq; serua-
uit sibi Deus inuisitata quādā quæ faceret, vt tāquam dor-
mientes homines ad se colendum mirabiliter excitaret.

*Ministri,
mysticè.*

¶ Mysticè, in nuptiis dominicę incarnationis ministri sunt
doctores & prædicatores, qui scripturas legis & propheta-
rum reuelante Christo, & sensum illis aperiente, in Eu-
angelicaveritate completas esse prædicando manifestat,
quibus Euāgelicam doctrinam (quasi vinum nouum, dulce,
feruidum, & latificans cor hominis) prædicando pro-
pinantibus, quisquis sano mentis iudicio, quasi sano gustu
fuit, dixit ad sponsum Ecclesię factus iam confessor eius.
Seruasti bonum vinū vsque adhuc, & adeò bonum quod
nullum eo sit melius. Siquidē lege (quasi vino acerbiorē)
veterata, Euangelium regni Dei vsque in hoc tempus gra-
tię distulisti. Sic enim tam naturę exigit ordo quā grati-
ę, vt ad perfectum deueniatur per imperfectum.

¶ Itaque factō ex aqua vino in hoc cœlestium nuptiarum
conuiuio, in Ecclesię sanctę domo, latantur conuiuia.
Nimirum, quia vinum hoc lætificat cor hominis, & hic ta-
lix inebrians quāmpæclarus est.

*M
Quibus
aqua in
sanguinē
vertitur.*

¶ Porro in cunctis Iudeorū atq; hæreticorū conuentibus
quia mater Iesu ibi nō est (id est, non conuiuatur fides do-
minicę incarnationis) scripturarū aqua vertuntur illis in
sanguinē, vt corruptas scripturas corrupti atq; corrup-
tes bibāt & vomant, imò bibant & moriātur, sitque ignis
& sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. De
quorū pœna iustitia Dei in Apocalypsi laudatur à discipu-
lis: Iustus es domine, qui es, & qui eras sanctus, quia hæc
iudicasti, quia sanguinē sanctorum & prophetarum furo-
runt, & sanguinem dedisti eis bibere, vt digni sunt.

Apoc. 16.

¶ Hauriunt etiam nunc iubente domino ministri, id est,
tractatores scripturarū studiosi, & exponētes eas spiritu
liter ferunt Architriclino, dum non sibi tribuunt quod in-
telligunt, sed spiritui sancto, qui non immeritō & ipsē
rum nuptiarū Architriclino dicitur. Qui quum sanctus
omniū præcipuus sit author scripturarum, & rectas ean-
interpretationes probat, & falsas dānat. Ipse ergo sanctus
pro-

propinandum, & cum eius honore bibendum est hoc vinum bonum, quod seruatum est vsque adhuc, quod (vt dictum est) prioribus temporibus non est datum, sed nobis in quos fines seculorum deuenerunt.

(Circa tertium, videlicet signorum Christi fructuosum exordium, dicitur consequenter:

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam.

¶ Ergo reprobandus est apocryphus liber de infantia saluatoris, mēciens miracula plurima à Christo infante & puero fuisse facta, quā hīc dicat Euāgelista hoc in nuptiis factum miraculum, fuisse initium signorum eius, quum iam esset triginta annorum. Quod si obiciat aliquis de stella magorum, de columba, de cœlis super eum apertis, de patris voce de cœlis, quæ signum istud tempore præcesserant: dicendum, q̄ non fuit euidens illa signa facta fuisse à Christo, licet facta fuerint propter eum.

¶ Hoc, inquit, fecit initium signorum Iesus. Magnum sanè ac præclarum signorum fecit initium, quo tanquā fulgure choruscatione oculos hominum feriret, vt ad cōsideranda cetera quoq; quæ facturus erat, ad credendum regni Dei aduentum attentis spectatores, & intuitum cōuerterent & credulum auditum. Et hoc, inquit, signo manifestauit gloriam suam: scilicet vt viderēt illi, & audiremus nos gloriā eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Nō enim illececo venerat lucerna vt lateret sub modio, sed vt posita super candelabrum, omnibus qui in domo sunt lucret. Sic & nos, vbi dignus fructus est (id est, vtilitas animarū) manifestare debemus coram hominibus eam quæ in nobis est gratiam, vt videant opera nostra bona, & glorificent patrem nostrum qui in cœlis est. Sequitur:

Et crediderunt in eum discipuli eius.

¶ Querit hic Aug. Quomodo vocātur discipuli eius quum vocātur vnā eū iso ad nuptias, qui in eum ante miraculū illud nō crediderāt? Nā viso hoc signo primum in ipsum crediderunt. Quomodo ergo nondum credētes in eum discipuli eius appellātur? Sed illo more loquutionis dictum est esse discipulos eius, quo loquimur quū dicimus apostolum Paulum in Tharsō Ciliciæ natum. Neque enim iam tunc erat Apostolus. Ita discipulos Christi inuitatos ad

L nuptias

N
Liber de
infantia
saluatoris
vit ad^o

Rupert^o.
Præclarū
initium si-
gnorum.

IOAN. I.

Matt. 5.

O
Quomodo discipuli, qui necdum crediderant.

DOMINICA SECUNDA

nuptias quum audimus, non iam discipulos: sed qui fuerant erant discipuli, intelligere debemus.

¶ Et crediderunt, inquit, in eum discipuli eius. Non dicit quod relictis omnibus sequuti sunt illum. Nondum enim Ioannes missus fuerat in carcerem. Ipse autem Iesus antequam Ioannes traditus esset, cursum publicæ prædicationis ingressus non est, matre & affinibus relictis circumibat prædicando per ciuitates & castella, à qua prædicatione eius ceteri Euangelistæ sui post baptismum eius sumunt narrationis exordia. Quapropter nec discipulis suis hoc præceperat, quod non nisi prior ipse fecisset, præcipere non habebat, scilicet ut relictis omnibus, sua quæ nondum illis prædicando ostenderat vestigia sequerentur.

Quia hic sponsus. in prolo. sup. a. poc.

ter quos & hunc Euangelistam Ioannem relictis nuptiis (ipsum enim istas fuisse nuptias opinio ferè omnium est) ipsum dominum sequi cœpisse arbitramur. Tradit enim Hiero. quod eum de nuptiis volentem nubere vocauerunt. Et propterea quem à carnali voluptate retraxerat, potius sui dulcedine amoris dignatus fuit. Discipulos ergo iam quidē habebat, quos ad eum maximè Ioannis testimonium direxerat, quibus ipso Ioāne cœptū cursum peragere priuata miraculorum & doctrine suæ aperiebat.

Tēpus huius signi.

¶ Porro quo tēpore anni vel die factum sit signum istius auctoritate sanctæ Ecclesiæ dubitare prohibemur, quæ ipsa die qua idem dominus adoratus est à magis, & qua Ioāne voluit baptizari, huius quoque signi celebrat gloriam.

¶ Quod si eodē die reuertente anno factum est, imò quæ prædictæ auctoritati sanctæ Ecclesiæ indubitātè est cōcedendum cogimur fateri quia toto anno illo cuius initio baptizatus est, qui ætatis eius tricesim⁹ extitit, absque miraculis degit taciturnus. Initio nanque tricesimi anni videlicet eiusdē anni die tertio decimo baptizatus est. Cit enim Lucas: Ipse autē Iesus erat incipiēs quasi annorum triginta. Quod idem est ac si dixisset: Quando baptizatus est Iesus, annus tricesimus ætatis eius volui iam cœpit.

LUC. 3.

Nota.

¶ Verum vbi toto illo anno fuerit, vel quid egerit incertum est. Nā si exacto quadraginta dierum ieiunio statim deserto rediit, & inter homines ambulauit, quomodo Ioannes qui illum cœlitus agnouerat, eumque ostēdit reuerentem ad se dicens: Ecce agnus Dei, quomodo (quæ) lucerna lucens quæ ad hoc accensa fuerat ut omnibus

lum ostēdit indicauit cauerit, quæ nuptias, i se inuenit interpretat post ieiunio peritit lus, & ecc quoque v eendo: Erā ¶ Sigitur si que tradit choato, fe quacibus i immaturē niofa: va vnquam o vinitatem expectauit

D
¶ V...
Q...
¶ In...
tur. Vnum...
terum est,
ratio, ibi: C
¶ Circa pr...
eis fidelis...
gna miser...
¶ Circa pri...
more desc...
tam profe...
Leptosi su...
¶ Circa pri...
the mōs f...
discipulis...
gu. Vade

lum ostenderet, toto illo anno se cōtinuit, nec suis saltem indicavit discipulis? Claret enim q̄ eis anno illo nō indicauerit, qui tunc primum, id est, tertia die ante prædictas nuptias, illo iterum dicente: Ecce agnus Dei, gratulantur se inuenisse illum, & dicūt: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum, Christus. Potest itaque rectè intelligi, q̄ & post ieiunium quadraginta dierum aliquantum in deserto perstitit, Matthæo dicente: Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Marcus quoque videtur expressius indicare moram temporis, dicendo: Eratque cum bestiis, & angeli ministrabant ei.

Matt. 46

Marc. 16

Signatur sicut à maioribus diligenter obseruatum nobis, quæ traditum est, trigessimoprimo ætatis suæ anno iam inchoato, fecit gloriosum hoc signorum initium. Dignū se quibus suis in hoc quoque prouidens exemplū, ne quis immaturè virtutes suas in publicū proferat periculo pernitiosæ vanitatis, quum ipse dominus (cui vanitas nulla unquam obrepere posset) legitimum tempus, id est, plenā viri ætatem ad ostendendam omnipotentia suæ gloriam expectauerit.

Quo ætatis christi anno signū hoc factum.

DOMINICA TERTIA post Epiphaniam domini.

Quam descendisset Iesus de monte, sequutæ sunt eum turbae multæ. *Matth. 8.*

In hac sancti Euangelij lectione duo describuntur. Vnum est, per Christi virtutem Leprosi mundatio. Alterum est, Centurionis serui Paralytici, eiusdē virtute sanatio, ibi: Quum autem introiisset Capharnaum.

Circa primum notantur duo. Vnum est, Leprosi supplicis fidelis precatio. Alterum est, Christi saluatoris benigna miseratio, ibi: Et extendens Iesus.

Circa primū tria notantur. Primum est, Christi domini de monte descēssio. Secundum est, descendēte domino turbatum prosequutio, ibi: Sequutæ sunt eum. Tertium est, ipsa Leprosi supplex petitio, ibi: Et ecce Leprosus veniens.

Circa primū dicitur: Quū descendisset Iesus de monte. *A*
Iste mōs secundū Hiero. fuit mōs Thabor, quē Christ⁹ cū discipulis suis ascēderat vt traderet illis præcepta nouæ legi. Vnde Origenes: Docēte in mōte domino, discipuli ve

DOMINICA TERTIA

Matt. 5.

Qui nam
in montē
cū Christo
ascendūt.
Coloss. 3.

Влаис. 3.

niunt ad eum sicut alacres, sicut domestici, sicut proximi,
sicut amici vel fratres. Ideo ait & dominus ad eos: Vos es-
tis sal terrę, & vos estis lux mūdi. Nūc verò descendēte eo
de mōte, turbę sequutę sunt eū quę in montē ascendere nō
potuerunt, vt pigri populi, vt negligentes, vt imperfecti.
¶ Ita & filij Israel primitus in montē ascendere nō value-
runt, ad obuiandū Deo pergere nō potuerunt, propter suā
irreligiositatem & impietatē, sed solus Moyses ascendit, &
pauci cū eo seniorū Israel. Ita & cū domino discipuli soli
in montē ascenderūt, & tardiores steterūt deorsum. Sic et
modo vigilātes & alacres, & fideles animę Deū imitantes
& dominū diligētes, cœlestia regna desiderātes, diūm sem-
per sequētes, post dominū in illū cœlestē montē ascendunt
audiētes Apostolū dicentē: Quę sursum sunt quęrite, quę
sursum sunt sapite, vbi Christus est in dextera Dei sedēs.
¶ Porro descendente nunc domino, hoc est, inclinante se
ad infirmitatē & impotentia ceterorum, misertus imper-
fectionis eorū vel infirmitatis, sequutę sunt eū turbę mul-
tę. Vbi notatur secundū Descenderat prius de cœlo, & in
terris visus & cū hominibus cōuersatus est, nimirū vt en-
dentū turbę populorū & sermonibus ipsius & operibus
informata per fidem hunc ad regna cœlestia sequerentur.
Quis enim dominū glorię nisi à maiestatis suę celsitudo-
ne fact⁹ homo descendisset, sequeretur? Porro quū pro sua
benignitate, assumpta nostra humanitate descendisset, se-
quutę sunt eū credentiū populorū turbę multę. Sequētur
sanē tunc eum turbę multę tametsi non paribus votis.
Nam (vt dicit Origenes) aliquanti propter charitatem,
aliquanti propter doctrinā, aliquanti propter admira-
tionem, aliquanti propter curationem sequebantur.
¶ Circa tertiū, quā est ipsa leprosi supplex petitio, suble-
uatur.

Et ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens: Do-

B mine, si vis potes me mundare.

Luc. 7.

Quę post
doctrinā
sequitur
miraculū
Mar. vi.

¶ Nō quomocunq; leprosus, sed (vt Lucas dicit) erat
plenus lepra. Et rectē quidē post domini prædicationem
atq; doct̄inā signi offertur occasio, vt per virtutū miracu-
la præteritus apud audientes sermo firmeretur, sicut & Ma-
cus de apostolorū prædicatione ait: Illi autē profecti pro-
cauerūt vbique domino cooperāte, & sermonē confirmāte
sequentibus signis. Hoc & dominū ipsum vel maxime fa-
ce-

cere deo-
tia, vt D-
dens (vt
gais diu-
ter con-
¶ Vbi pe-
pensatio-
dem à sig-
ad signa.
deret mu-
& rursus
cienda n-
cta cōfir-
gelita si-
enim doc-
bz eorū
perū sign-
rum de te-
li, gerat
Deo & or-
¶ Et ecce
Deorsum
Quare si-
pus docer-
nauit, me-
la maior a-
tis ergo a-
dum desc-
ad saluan-
leprosus,
tum osten-
adorauit
¶ Profe-
lege præc-
nec simpli-
cit Marc
tionē, dicit
¶ Inquit se-
nō colerit
dico. Per t-
pates, Vol-

cere decuit. Quum enim ipse sit Dei virtus, & Dei sapientia, vt Dei sapientia in monte docuit, & de monte descen-
dens (vt Dei virtus miracula fecit, vt videlicet virtutum si-
gnis diuinis vtique testimonis) doctrinæ suæ irrefragabili-
ter confirmetur.

¶ Vbi perpédere est domini sapientiã, quemãdmodum dicit *chryso.*

penſationes suas pro vtilitate variat auditorũ, vt nunc qui-
dem à signis ad verba trãseat, nunc autẽ à doctrina migret
ad signa. Nã & priusquã in montẽ præcepta daturus ascen-
deret multos curauit, vt iis quæ dicẽda erãt viam pararet,
& rursus hoc prolixo doctrinæ suæ sermone finito, ad faci-
enda nihilominus signa regreditur, vt ex iis profecto di-
cta cõfirmet. Nã & in ipſo dominici sermonis fine Euan-
gelista sic ait: Admirabãtur turbæ super doctrina eius. Erat
enim docēs eos sicut potestatem habens, & non sicut scri-
bæ eorũ & pharisæi, qui verba quidẽ legis habebãt, sed o-
perũ signa nõ habebant. Dicũt, inquit, & non faciunt. Ve-
rum de Iesu Nazareno dicũt illi duo apud Lucam discipu-
li, erat vir propheta, potens in opere & sermone coram
Deo & omni populo. Sed signũ diuinæ virtutis attẽdam?
¶ Etece, inquit, leprosus veniẽs adorabat eũ. Vbi Orige-
ne dicit: Deorsum currens rogas o homo, & in monte nihil dicis.
Quare sic? Quia tempus & tẽpora omni rei sub cœlo, tem-
pus docendi & tempus curandi. In monte docuit, illum iua-
uauit, monuit, aĩas curauit, corda sanauit. Propterea ego il-
la maiora tentare nolui, illa summa tardare passus sum. Ip-
sus ergo ab illo cõpletis, deorsum eo de monte ad curan-
dum descẽdẽre, sicut de cœlo, sicuti de cœlestibus mõitibus
ad saluandos carnales descẽdente, Venit ad eum homo
leprosus, adorãs eum. Antequã peteret adorare cœpit, cul-
tum ostendens sicut & illi beati Magi prius procidentes
adorauerunt eum, & ita demũ ei munera obtulerunt.

¶ Profecto Deum credebat quem adorabat, iuxta quod in
lege præceptum est: Dominum Deum tuum adorabis. Sed
nec simpliciter, sed suppliciter adorauit genu flexo, vt di-
cit Marc. Cadẽs adorabat, & sic supplicẽ expresseit postula-
tionẽ, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Domine
(inquit secundum Origenem) qui dignẽ adoraris, qui me-
rẽdo coleris, te ego dominum adoro, ideoque te dominum
dico. Per te enim omnia facta sunt. Tu ergo domine, si vis
poces, Voluntas tua opus est. Voluisti vt hæc immundissi-

Mat. 23.
Luc. 7. 11.

Mat. 23.
Luc. 7. 11.

Mat. 23.
Luc. 7. 11.

Mat. 23.
Luc. 7. 11.

Mat. 23.
Luc. 7. 11.

Mat. 23.
Luc. 7. 11.

Mat. 23.
Luc. 7. 11.

Mat. 23.
Luc. 7. 11.

Mat. 23.
Luc. 7. 11.

Mat. 23.
Luc. 7. 11.

Mat. 23.
Luc. 7. 11.

DOMINICA TERTIA

ma lepra super me veniret, siue ppter mea peccata vt cor-
reptus pœniterẽ, siue ppter tuã pudentiã, vt mirabiliter
me mūdã magnificeris. Oĩa dispensanter & prudẽter fa-
cis, & salutem largiter tribuis. Siue ergo hãc leprã ppter
peccata mea portauit, dimittẽs culpas meas mūdã me, siue
ppter pudentiã tuã, me mirabiliter mūdã, vt ab oĩbus

Marc. 3.

magnificeris. Domine, si vis, potes me mūdare Voluntas
tua opus est, quia & opera volũtati tuẽ obediũt. Nõ dubi-
to, sicut ille qui salutẽ filij petẽs dicebat. Si quid potes ad-
iuua nos, sed scio quia oĩa potes. Ideõq; non potentiã tuã
peto, nõ fortitudinẽ quẽro. Has enim in te scio esse indec-
ciẽtes, sed tãtũ volũtatẽ tuã deprecor, & sequẽs virtũ statim

4. Reg. 5.

hanc gratiã adimplebit. Tu prius Naaman principẽ Syrię
per Helisãũ in Iordane tingens à lepra mūdasti Hęc ille.
¶ Sed huius leprosi fidẽ propinquius attendamus. Non dixit:
Domine, si Deũ oraueris, potes me mūdare, neq; ait:
Domine, mūdã me, sed ei cũcta cõmisit, eũq; cõferẽtia
sanitatis dominũ esse confessus est, atque in ipso cõstituit
oĩm potestãtẽ quã dicebat: dñe, si vis potes me mūdare.

Leprosi si des.

¶ Vnde Hier. Fum, inquit, qui voluntãtẽ rogat, palã est de
virtute non dubitare, sed & fides huiusmodi ppariẽ in ip-
sam dirigitur deitatẽ, quẽ sola est omnipotẽs. Si vis potes,
q. d. Solo nũ volũtatis potes. Et merito quidẽ dominũ ap-
pellat nẽpe qui & lãguoribus & sanitati, vitẽ atque mortẽ
dominat. Ac si dicat: domine rex oĩpotens in ditione tua
cũcta sunt posita, & nõ est qui tuẽ possit resistere volũtati.

Hest. 4.

¶ Attende q̄ fiducialiter petierit. Licet enim nõ fuisset in
monte cũ domino, nõ tamen ignorasse videtur q̄ illic
monuit. Petite & accipietis. Omnis enim qui petit acci-
pit. Nec tamen de domini volũtate (vt dicit Ambr.) quã
pietatis incredulus dubitauit, sed quasi colluuiõis hęc cõ-
scius, nõ p̄sumpsit. Religionis autem & fidei plena cõ-
fessio est, dum in voluntate domini tribuit potestatem.

Matt 7.

¶ Ergo quod ait: Si vis, nõ est aliqua huius diuinẽ volũtatis
in Christo extenuatio, quasi apud se cogitarit, volũtati
Christi nõ esse ad oĩa bona paratã. Verũ quia nec semper
nec oĩb; ista corporis sanitas ad animẽ p̄dest salutẽ, igno-
rabat ille nũ sibi profutura esset ipsa leprẽ suã mūdãtis.

Si vis potes.

¶ Addiscamus ex verbis Leprosi corporaliũ infirmitatem
medelã nõ pertinaciter querere, sed totũ cõmittere bene-
placito dei, qui nouit opportuna, & oĩa iudicio disponit.
Mysticẽ

Mysticẽ
est corru-
hepate,
bris iã c
humore
tera me
dem co
primũ a
ne, con
exterior
sue totu
¶ Proind
nature s
contra d
qui mun
mo à dig
dam cõd
mitatem
si corpo
nom tin
ius, & in
atebitũ
¶ Porro i
exterior
sue fœda
indicatu
& si vni
manibus
no, factu
¶ Porro q
quãroque
grauis est
leprosus
Quicũqu
tium sac
os veste c
Vbi nimi
¶ Itaq; pe
na, & nõ
de, dicen
bemus, ip

E
Lepra vt peccatū designet.
 Mysticè lepra peccatum designat. Lepra enim vniuersalis est corruptio mēbrorū, quæ in interioribus corporis, id est hepate, corde, venis, & neruis incipit, & exterioribus mēbris iā corruptis, perfectā se esse prodit. Corrupto siquidē humore nutrimentali in vasis interioribus, restat vt & cætera membra quæ ex huiusmodi humoribus nutriuntur, tādē corrūpantur. Non secus animæ lepra, id est, peccatū primū ab interioribus, incipit dum cogitatione, delectatione, consensu, peccati virus in anima grassatur, dehinc ad exteriora per operationē nefariam erūpens deriuatur, & sic totum inficit corp⁹, animā cōscientiā, cōuersationem.

¶ Proinde sicut corpus lepra corruptum quodammodo à veritate suæ sinceritate in quandam morbidam & vitiosam contractionem degenerat, & vnde à cohabitatione eorū qui mundi & sani sunt separatur, sic & per peccatum homo à dignitate diuinæ similitudinis, amissa gratia, in quandam cōditionem pecorinam, ne dicam diabolicam deformitatem, degenerat. Vnde & his quidem separatur à Christi corpore mystico, quod est ecclesia, ne particeps sit omnium timentium Dominum, & custodientium mandata eius, & in futura vita à cœtu Ecclesiæ triumphantis procul arcebitur. Nihil enim coinquinatum introibit in illam. *Apoc. 22.*

¶ Porro sicut interdum lepra non totam hominis carnem exterius occupat, sed quædam membra tantum maculis suæ scædat contagionis: vnde tamen homo totus leprosus indicatur & immundus, sic interdum humana conuersatio & si vniuersis vitiis subiecta non sit, nonnullis tamen criminibus contaminata, scædatur. Nam & qui delinquit in vno, scædus est omnium reus.

¶ Porro quàm sit detestabile peccatū (vtiq; lepra spūalis) *Leui. 13.*
 quæroque sit homini incōmodo, typo legis declaratur, quæ *Quæ hominidetrimenta per lepram.*
 grauis est leprosis, & talis est: Omni tempore quo homo leprosus est & immundus, solus habitabit extra castra. Itē

Quicūque maculatus fuerit lepra & separatus est ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimēta dissuta, caput nudum, os veste cōtectum, cōraminatū ac sordidum se clamabit.

Vbi nimirum peccatoris typus exprimitur.

¶ Itaq; peccato cōraminatus quādiu peccator esse perseuerat, & nō qualiscunq; peccator, quū nemo sit mundus à sorde, dicente. B. Ioāne apo. Si dixerimus quia peccatū nō habemus, ipsi nos seducimus & veritas in nobis nō est, sed

talis peccator qui iudicio sacerdotis clauē scientiæ non er-
rante, immundus iudicatur, solus inhabitabit, à Dei gratia
derelictus, extra castra Ecclesiæ (vt iam dictum est) & à
participiō iustorum separatus.

peccator
vt plecten-
dus
Apo. 15.

¶ Induitur veſtibus diſſutis, id eſt inſolentia prauæ conuer-
ſationis. Virtutes enim quaſi quaſdam veſtimenta animæ
ſunt, vtique integra & honeſta, de quibus in Apocalyp. di-
citur: Beatus qui uigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nu-
dus ambulet, & appareat turpitudō nuditatis ſuæ. Virtus ve-
rò morum econtra quaſi veſtimenta lacera ſunt & diſſuta
quæ turpia non tegunt, ſed produnt, vt per opera crimino-
ſa palàm ſe cur. ctis qualis ſit oſtendat.

¶ Sed & quaſi diſſutis veſtibus prælati & iudices crimino-
ſum quemq; induit, quando hūc dignè aut verberibus, aut
exilio, aut alia quauis iuſta pœna multatum ceteris, vt tu-
meant, notabilè reddunt. Nā ad hoc faciendum ex officio
tenētur. Quod ſi hoc facere diſſimulant, criminoſorū ho-
minū quos in peccatis fouerūt Deo iudice ipſi pœnas ſol-
uent, iuxta quod in Numeris ſcriptū eſt: Quum enim formi-
catus eſſet populus cū mulieribus alienigenis, ait dominus
ad Moysen: Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos
cōtra ſolē in patibulis, vt auertatur furor me⁹ ab Iſrael.
Quir autē peccante populo duces eorū dominus uoluit
crucifigi, niſi quia eorū diſſimulationi delinquentium ſer-
uera iure erant imputanda? Qui enim poteſt obuiare per-
uerſis, & non facit, eorum ſceleribus fauere conuincitur.

G
Leproſile-
ges.
Thren. 5.
Ezech. 3.

¶ Proinde etiam caput nudum leproſus habet, quia con-
nam iuſtitia peccator amiſit. Vnde in Threnis propheta
mentatur, dicens: Cecidit corona capitis noſtri. Vix nobis
quia peccauiſus. Hinc per Ezechielem dominus loquitur
dicens: Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniqui-
tatē, ſecūdum omnes impietates quas operari ſolet impie-
us omnes iuſtitia eius quas fecerat, nō recordabuntur.

Os veſte
reſectum
ſalms.

¶ Porro ꝑ os veſte contectū leproſus habere præcipitur,
veſte uidelicet ſua, vtiq; diſſuta & immunda, illud ſignifi-
cat quod per Pſal. dicitur: Peccatori autem dixit Deus, quare
tu enatras iuſtitias meas, ad ſumis teſtamentum meum
per os tuū? Tu uerò audiſti diſciplinā, projeciſti ſermo-
meos retrorſū. Si uidebas furē curebas cū eo, & cum adul-
teris portionē tuā ponebas, & cætera quæ ſequuntur.

¶ Os ergo veſte ſua contectum gerat cui propria delicta

quo mi-
ſtolo: in-
enim iu-
iudicas.
ralia ap-
fra. Qu-
chādum
¶ Quiſqu-
dicentem
¶ Qui ſi n-
Promde
idone⁹ eſt
catoris. C-
plicauerit
enim veſt-
citur: Qu-
erit execu-
ce clama-
iplam, vt
ipſos du-
¶ Sed non
Alto nem-
tar de his
Qui accer-
eſt immu-
¶ Quid al-
ſeſte teſta-
berit calic-
us domi-
edat, & de-
guē, iudic-
ri domi-
cellam, in-
quid carne

Et exte-
Munde
¶ Hic por-
ma Chri-
maū lep-

quo minus alios criminosos iudicet obfistit, dicente Apostolo: inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alium, te ipsum condemas, eadem enim agis quae iudicas. Existimas autem hoc o homo qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? Et infra. Qui praedicat non furandum furaris, qui dicitis non moechadum, moecharis, qui abominaris idola, sacrilegium facis. Quisquis ergo criminosus locum occupat iudicis, audiat dicentem:

¶ Qui sine peccato est vestrum, primus in illa lapidem mittat. Proinde os velle contextum habet, quia nec laudare Deum idoneum est, nec rogare. Non enim speciosa laus in ore peccatoris. Quia & per Esaiam dominus clamat: Quum multiplicaueritis orationem, non exaudiam causam subdit: Manus enim vestrae sanguine plenae sunt. Hinc & per sapientem dicitur: Qui obturat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Denique sordidum se contaminatumque, sua voce clamabit, id est, alium iudicabit neminem, quam semetipsum, ut sic iudicium effugiat, dicente Apostolo: Si nosmetipsos diiudicaremus, non utique iudicaremur.

¶ Sed nondum contra leprosos legalium poenarum finis. Alio nempe loco lex dicit. Qui fuerit leprosus non vescetur de his quae sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Item Qui accesserit ad ea quae sanctificata sunt domino in quo est immunditia, peribit coram domino.

¶ Quid aliud lex ista, praetendit, nisi quod Apostolus manifeste testatur dicens, Quicumque manducauerit panem, aut biberit calicem domini indignum, reus erit corporis & sanguinis domini? probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, quasi dicat, peribit coram domino. Post sumptam de manu ac mensa domini buccellam, introiit in Iudaea Sathanas. Clamat propheta: Nunquid carnes sanctae auferent a te iniquitates tuas?

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et extendens Iesus manum, tetigit eum dicens. Volo Mundare. Et confestim mundata est lepra eius.

¶ Hic ponitur domini saluatoris benigna miseratio. Vbi etiam Christus tecisse describitur. Primo enim extendens manum leprosum tetigit. Secundum, ad petentis leprosi verba

notan

Rom. 2.

10an. 5.

Eccle. 15.

Esai. 1.

Pro. 19.

H

Peccator
seipsum
iudicet.

1. Cor. 11.

Leuit. 22.

1. Cor. 11.

Ibidem.

10an. 1.

D O M I N I C A T E R T I A

notanter respondit. Ibi: Volo. Tertio, à lepra iam mundato præceptum triplex dedit: Ibi: Et ait illi Iesus.

*Virt^o cor
poris chris
sti.*

¶ Circa primū dicitur: Et extendēs Iesus manum, vti poterat & misericorditer, tetigit eū, vt videlicet tactu suæ mundissimæ carnis lepræ morbum propelleret. Nam (vt dicit Theophilactus) ipsius sacra caro est purgatiua & vitam tribuens, sicut existens verbi Dei caro.

¶ Vt autē ait Cyril. mirari est hic Christū diuinē pariter & humanē, id est, & spiritualiter & corporaliter operatē. Diuinū enī est ita velle vt præsto fiāt omnia, humanū autē extendere dexterā. Vnus enim Christus ex vtriusque percipitur, eō q̄ verbū caro factū est. Et quia cū vtraque particula anima scilicet & corpore vnita est deitas, per vtraque patebāt supernæ naturæ indicia. Corp^o enim recedentū in se lumen declarabat, dū palpando præstabat remedia, sed anima præpotenti voluntate, diuinam ostendebat virtutē. Sicut enim sensus tactus proprius est corporis, & animæ voluntarius motus, velut anima tangit corpus,

Leui. 14.

*Legi chris
tus nō sub
lectus.*

¶ Sed quū lex leproforum contactum prohiberet, videtur dominus contra legem leprosum hunc tetigisse. Dicitur enim q̄ ideo lex leprosi contactū prohibebat, ne tangens immunditiā vel contagionē contraheret. Domin^o autē à nullo potuit inquinari, sicut nec sol inquinatur dum sui radios super immunda quæque diffundit. Vnde Beda:

¶ Et lex quidem tangi leprosos prohibet, sed qui dominus legis est, non obsequitur legi, sed potius legem facit. Non tamen ideo tetigit, quia sine tactu mundare non poterat, sed vt probaret quia subiectus non erat legi, nec contagium timebat vt homines, & quia contaminari non poterat, qui alios liberabat, & lepra tactu domini fugaretur, quæ solebat contaminare tangentem. Dum enim (vt dicit Origenes) leprosum dominus tetigit, inuenta est manus eius non leprā, sed mundum corpus tetigisse. Proinde leprosum tetigit, vt humilitatem demonstraret, vt nos doceret nihil spernere, nullum horrere, nullum contempnibilem dicere propter corporis læsionem, aut maculationem, quæ à domino immituntur, pro qua ipse scit ratione.

*Cur lepro
sus tetigit*

4. Reg. 5.

¶ Helisæus nec ad leprosum domo egredi, nec hunc tangere voluit. Dei filius pro sua benignitate tangere leprosum non refugit. Verat lex æquē vt leprosum, ita & mortuum tangere. Christus autem sicut nec leprosos, ita nec mortuos

mortuo
tu potu
& lepro
¶ Secun
supplic
pores m
Volo, M
tar obse
tatem, h
fretis &
gnific c
dere, non
Ecco vol
dicto, cō
randæ b
bonitatis
¶ Volo ir
sa, omni
dant, vn
Quod vti
opus De
que dixit
test, quia
testas est
ferunt pe
iubendi a
¶ Ceteru
phatix o
gente Cl
dixissent
tangis
ope er
vitiati: i
fidem, Ve
¶ Quum
tamen ho
lè rōuen
dixerat:
Similiter
tet, pote
mandata

mortuos tangere dedignatur, nec tamen huiuscemodi ta-
ctu potuit contaminari (vt iam dictum est) qui tangendo
& leprosos mundare, & mortuos nouerat suscitare.

¶ *Secundò, ostenditur in litera, quemadmodù ad Leprosi
supplicantis verba respòdit, dum illo dicente: domine si vis
potes me mundare, ipse prompta benignitate respondit:
Volo, Mundare. Vbi Ambrosius, Eo sanat genere, quo fue-
rat obsecratus Ac si dicat supplicanti: Habes meã volun-
tatem, habes meã pietatis effectum. Potentiam meam cõ-
fiteris & virtutem, & tantum imploras voluntatem. Ma-
gnificè credis, magnificè & mundaberis, nõ dubitasti cre-
dere, non morabor, te sanare. Dicis mihi: Domine, si vis.
Ecce volo. Dicis mihi, potes. Ego tibi dico Mundare Quo
dicto, cõfestim mundata est lepra eius. O responsum admi-
randæ benignitatis, amplectendæ misericordiæ, amandæ
bonitatis, & virtutis non nisi diuinæ.*

¶ *Volo inquit. Hæc sua voluntas tam clemens, tam propen-
sa, omnium bonorũ & omnium quæ nobis in bonum ce-
dunt, vna & certa ratio & causa est. Volo, inquit. Mundare.
Quod vtique verbum est imperantis. Nihil mediũ est inter
opus Dei, atq; præceptũ, quia in præcepto est opus, deni-
que dixit & facta sunt. Vides igitur quod dubitari non po-
test, quia volũtas Dei potestas est. Si ergo volũtas Dei po-
testas est, qui vnus voluntatis adserunt, vnus vtique ad-
serunt potestatis. Itaque quasi habēs potestatem seruandi, &
iubendi authoritatẽ, operandi, testimonium non refugit.*

¶ *Cæterum facillè colligitur, huic miraculo non adfuisse
phariseos inuidiæ liuore tabidos. Si enim interfuissent, tã-
gente Christo leprosum, nunquam sibi temperassent quin
dixissent: Vt quid hæc facis? Quur leprosum contra legem
tangis? Quur igitur ex tanto populo nullus accusat, ne-
que erant ibi corrupta iudicia, neque spectatores liuore
vitati: ideo ad confirmandam leprosi simul & turbarum
fidem, Volo, inquit.*

¶ *Quum autem tot & tanta signa Christus fecerit, nõquã
tamen hoc verbo vsus fuisse refertur. Veruntamen nõ ma-
le cõueniebat petitioni Leprosi. Quia enim ipse obsecrãs
dixerat: Domine, si vis, rectè ei respondit dominus: Volo.
Similiter de domini potestate nihil dubitanti, quum dice-
ret, potes me mundare. Respondit: Mundare. Et cõfestim
mundata est lepra eius.*

Quod

L
Quã pra
sto Christi
beneficentia.
Orig.

Beda.

M
Chryso.
Pharise-
o: non ad
fuisse.

DOMINICA TERTIA

¶ Quod utiq; argumētum est vera fuisse verba deprecātis domine, si vis potes me mūdare, id est, solo nutu, seu impetio voluntatis potes. Aliās enim nec paritura esset natura nec lepra cederet, si quā nō habuisset deitatē sibi arrogasset. Celeri⁹ autē (vt dicit Christ⁹) cessit hic natura Deo quī potuerit eū exprimere. Nā cōfestim quoq; ipsum multo est tardi⁹, illi⁹ opis celeritate, quo leprosi facta est curatio.

¶ Circa tertium, id est, quo Christus à lepra iam mundato præceptum triplex dedit subditur:

Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris, sed vade, ostende te sacerdoti.

N ¶ Tria iniungit à lepra mundato, videlicet ne cui quod se cum est factum dicat. Vt se sacerdoti ostendat, & vt ostendat munus suum. Quō ad primum, non otiose præceptum cui diceret, sed plures ob causas.

Leproso mundato tria præcipiuntur.

¶ Primò, vt per hoc doceret nos de bene factis vanā appetere homines gloriā non querere. Vnde Beda, Quare præceptum nemini dicere, nisi vt doceret non vulganda nostra beneficia, sed silētio præmēda? vt nō solū abstinēamus à recede pecuniæ, sed etiā gratiæ, id est, humani fauoris. Vt etiā Orig. Quare domine nunc dicis, nemini dixeris? Propter meā ait humilitatē & vt vos doceamini quādo aliqui boni facitis, nō gloriari nō extolli, nō inaniter placere.

Opera bona calāda

¶ In cōspectu hominū, sicut consuetudo est aliquibus, siue quum aliquid boni fecerint, siue quū ieiunauerint, siue in pauperū eleemo⁹inis & largitatib⁹, siue in altaris honore siue in sanctorū honorificētia. Et enī ipsi hoīes volūt gloriificari, & sibi placere ante dñm mercedē p̄ lētes hęc ille.

¶ Secundò, quia non erat opus prædicare, quod operis euidētia demonstrabat. Vnde idem Orig. Te tacente, hoc mirabiliter clamabit. Te os non aperiente, omnis cui cordis substantia iubilabit. Hesternus immundus, & hodie mundus, ante pusillum horribilis, & nunc decorus. Vnde Hier. Re vera necessarium non fuit, vt ille sermone manifestaret quod corpore præferebat. Quasi & ipse dominus dixeret: Non est quod tu miraculum vndique celebrans excomes, illud enim te tacente per se clamabit.

¶ Tertia imperati causa silentij fuit secundum Ambrosium quia meliores Christus putabat, qui magis fide spontanea quàm speratis beneficiis credidissent.

Quarta

¶ Quarta
vt hæc
sitate
tus, qu
tam in
git osten
ulsit, se
iactanti
sione m
cūque
¶ De bo
gloriam
Si enim
quæstui
gnus qu
& in sole
nam hui
mistari a
¶ Porro i
Ezechias
bylonis
thefauris
omnibus
sunt, sed
¶ Hinc &
qui inue
eum, &
na Dei c
rimorum
leuioris,
¶ Itaque
culum, n
laret, sed
dictum e
¶ Secund
vt sacer
de & osten
te viden
semel ve
ostende
legis cor

Quarta eiusdem silentij causa erat secundum Hilarium
 ut hæc salus non quasi verbo oblata quæratur, sed neces-
 sitate cogente, deuorè postuletur. Et quidè nouerat Chri-
 stus, quia nõ esset ille taciturus, sed prædicaturus passim
 tam ingens beneficium, & tamen quantum in ipso est, fu-
 git ostentare quod fecerat. Neque semetipsum prædicari
 uulsit, sed dari gloriam Deo, ut & per istum gloriæ atque
 iactantiæ renunciandum doceret, & per illum quem à le-
 sione mūdauerat, gratias nos Deo referre commoneret,
 eiusque beneficia confiteri. Vnde Augustinus.

¶ De bonis & præclaris Dei donis nemo debet temerè
 gloriari, prona enim hæc est ad peccandū hominibus via.
 Si enim leprosus iste mundatus proprium suum in hac re
 quæsiisset honorem, quasi ipse præ tot leprosis fuerit di-
 gnus qui à domino sanaretur, Deum ista tam temeraria
 & insolenti superbia multum offendisset quum soleat va-
 nam huiuscemodi de seipso gloriam futilis quædam co-
 mitari arrogantia.

¶ Porro istiusmodi vanæ gloriæ incōmodum graue sensit
 Ezechias rex Iuda. Qui quum nunciis Merodach regis Ba-
 bylonis argentum suum & aurum torum, & omnia quæ in
 thesauris suis habebat, ostendisset, & se & hæredes suos
 omnibus illis bonis priuauit. Nec bona tantum abrepta
 sunt, sed & hæredes postmodum in captiuitatem ducti.

¶ Hinc & dominus ipse in Euangelio dicit, quod homo
 qui inuenit thesaurum absconditum in agro, abscondit
 eum, & prudenti silentio texit. Potest quidem homo do-
 na Dei celebrare in ipsius honorem, & ædificatione pro-
 ximorum, cauere tamen debet ne quicquam vel superbię
 leuioris, vel vanæ gloriæ sibi inde quærat.

¶ Itaque uenit Christus leprosum cuiquam dicere mira-
 culum, non eo animo, ut ille tanti miraculi gratiam car-
 laret, sed ut doceret nos omnem vanam gloriã (sicut iam
 dictum est) non solum vitare, sed & recusare oblatam.

¶ Secundo præcepit Christus leproso à se iam mundato,
 ut sacerdoti se iuxta præceptum legis ostēderet, dicēs. Va-
 de & ostēde te sacerdoti. Vbi Origenes: Sacerdos, inquit,
 te uidens expauescet, quoniam secundum legem ab eo
 semel vel bis ablutus mundari non potuisti. Vade ergo &
 ostende te sacerdoti, ut uidens cognoscat, quia non per
 legis consuetudinem mundatus es, sed per gratiæ ope-
 ratio.

*Chryso-
 stoma-
 tionem. ut
 Christus
 uitanit.*

Luc. 8.

*O
 De donis
 dei nõ glo-
 riandum.*

*Ezechie
 gloriatio
 punita.*

Matth. 13.

*P
 Leuit. 14
 cur se o-
 stendere
 sacerdoti
 iubetur.*

DOMINICA TERTIA

rationem Nō per terrenorum sacerdotum imaginem (id est, figuram) sed per cœlestem summi sacerdotis splendorem. Vade, ostende te sacerdoti, à summo sacerdote missus, à summo sacerdote mundatus. Hæc ille.

¶ Alias quoque ob causas hūc ad sacerdotis iudicium dominus destinauit. Primò, quia licet iam mundus esset, non tamen mundus habebatur, nec sanis & mundis nisi sacerdotis iudicio mundatus potuit cohabitare. Vnde Chrysostomus: Vade, inquit, ostende te sacerdoti, vt scilicet mundatus Leprosus se committeret sacerdotis aspectui, ac sic per illius censuram numeraretur inter sanos.

¶ Secundò, propter humilitatem, vt sacerdotibus honorē deferre doceret.

¶ Tertio, vt obturaret maliloquam Iudæorum linguam, dum legem venerabatur, & ne aduersus eum haberent sacerdotes quod cauillarentur, si debitum sacerdotibus non tribuisset honorē. Itaque (vt ait Chrysostomus) opus quidem illud ipse impleuit, probationem verò illis reliquit, quibus & de signis suis iudicandi tribuit potestatem.

¶ Quarto, vt mundatum videntes Leprosum, crederet saluatori, & credentes saluarentur.

Ioan. 15.

¶ Quintò, vt non credentes forent inexcusabiles, meritoque ob incredulitatem suā dānarentur, ipso dicente: Si non venissem, & loquutus fuisset eis, peccatū non haberent. Nūc autē excusationē nō habent de peccato suo. Si opera nō fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatū nō haberēt, nunc autē viderunt, & oderunt, & me & patrem meum.

Marc. 1.

¶ Sextò, vt per hoc irrefragabilis miraculi veritas confirmaretur, & ne quisquam phantasiā, aut magicam illusionem arbitraretur. Vnde & Marcus habet: Vade, & obsequia de te principi sacerdotum.

¶ Tertio præcepit Leproso mūdato, vt secūdū legē Moysi pro sua emūdatione munus suū offerret. Vnde subditur:

Et offer munus tuum, quod præcepit Moyses in testimonium illis.

¶ Quasi dicat: Mundus factus es, noli obliuisci qualis factus sis, & qualis factus es. Non cesses gratias agere, non tanta sanita ceas Dei erga te gratiā confiteri. Hoc & nos debemus te non sis cere chatissimi (inquit Origenes) quando à domino ingratus. Stro de aliquo periculo liberamur, quando ab aliquo do-

lore, sal
libet ne
mus re
rum ei
stanti
¶ Offer
neet le
supra le
¶ Quod
videtur
cleſia, i
sancti sa
tulerat i
ferri fig
lod quoc
Apost p
inquit, et
offerre,
miseris
monium
octo an
iussit po
suum po
caret eu
¶ Hoc m
ve videt
tem, mir
¶ Quod a
siam. Vt
præcepit
quod mu
Leprosi
hic quoq
¶ Alio m
pā Moysi
de nati
Christi t
iam mun
profere
¶ Qui nō
nigā A

lore, saluamur, siue infirmitatis, siue vulneris, siue de quolibet necessitate. Non efficiamur ingrati, non relinquamus redemptorem nostrum, sed alacriter actiões gratiarum ei reddamus, sed & munera nostra secundum substantiam ad honorificandum eum exhibeamus.

¶ Offerre iubet dominus sacrificiū, vt ostēderet q̄ nō solueret legem, sed impleret, qui secundum legem graduens supra legē sanaret eos, quos remedia legis nō sanauerāt.

¶ Quod si quem moueat quomodo dominus Mosaicum videatur approbare sacrificium, quum id nō receperit Ecclesia, meminerit nondum cœpisse tunc esse sacrificium sancti sanctorum, quod corpus eius est. Nōdum enim obulerat in passione holocaustum suum. Nec oportebat auferri significantia (id est, figuralia) sacrificia priusquā illud quod significabatur confirmatum esset contestatione Apost. prædicatium & fide credentium populorum. Offer,

inquit, munus tuum, vt omnes qui te vident & portare & offerre, credant his miraculis, & magnificent Deum qui misertus est tui, & infidelibus per hoc increpatio & testimonium duritię cordis ipsorum fiat. Sic & alium triginta octo annis iacentem in infirmitate erigens à languore, iussit portare grabbatum, & ire in domum suā, vt lectum suum portando per mediam ciuitatem, laudaret & inuocaret eum, qui ipsum sanarat.

¶ Hoc modo & à natiuitate cecū misit ad natatoria Siloē, vt videntes ambulare illuc eundē cecum, & iterū remeā-

¶ Quod autem addit in testimonium illis, variè est expolium. Vno modo, vt sit sensus: Offer munus tuum quod præcepit Moyses in testimonium illis, videlicet Leprosi quod mundati sunt, ita vt munus illud testetur sanitatem Leprosi iam esse restitutam, in cuius rei testimonium & hic quoque munus suum offerret.

¶ Alio modo, vt sit sensus: Offer munus tuum quod præcepit Moyses in testimoniū illis, id est, in accusationē & cōdemnationē sacerdotibus. Quū enim sacerdotes Iudæorū Christi tam doctriq̄ miracula calumniarentur, voluit iam munus illud eis esse in testimoniū, vt hinc saltem cognoscerent, & iniustos se esse, & merito à Deo corrip.

¶ Qui nō dissimile est quod in Numeris scriptū est: Refer vigā Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in si-

Beda.

figurales
ceremo-
nias cur
obseruare
iubet.

Orige.

Ioan. 5.

Ioan. 9.

R
In testi-
monium
illis.

Num. 17

DOMINICA TERTIA

Dent. 31. in signum, scilicet rebellionis filiorū Israel. Et illud quod alio loco dixit Moyses: Tollite librum istū & ponite eum in latere arcę fœderis domini Dei vestri, vt sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuā durissimam. Vides & librum legis positum in testimonium, vt quisquis legem trāsgrederetur, te sibi iam cum haberet contra se, quomodo ex præscripto eiusdem legis veniret puniendus. Itaque miraculum hoc carmine commendans vates Euāgelicus, ait:

Sedulius. Ecce autem mediæ clamans ex agmine turbe Leprosus poscebat opem, variōsque per artus Plus candore miser: Si vis Domine, inquit, ab istis Me maculis mundare potes: Volo Christus vt, inquit, Confestim redit vna cutis, propriōque decore Læta peregrinam mutarunt membra figuram. Inque suo magis est vix agnitus ille colore.

Leprosus moraliter 2nc. 5. ¶ Quoniā verò typicè (secundum Bedā) vir iste leprosus peccatis languidum genus designat humanum, rectè nō solum leprosus, sed & plenus lepra apud Lucam describitur. Omnes enim peccauerunt, & egēt gloria Dei. Illa licet vt extenta manu saluatoris, hoc est, incarnato Deo verbo, humanāque contingente naturā, ab erroris pestis varietate mundetur, possintque cum apostolis audire.

Ioan. 15. Iam vos mundi estis propter sermonē quem locutus sum vobis. Et qui diutius abominabiles à populi Dei erant vestris secreti, iam aliquando templo reddi, & sacerdotibus offerri, illi vtique cui dicitur: Tu es sacerdos in æternum, audientes ab Apostolo: Templū enim Dei sanctum est, quod estis vos. Offerantque pro emundatione sua sicut præcepit Moyses, id est, Exhibeant corpora sua hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem.

Rom. 12.

HOMILIA ALTERA.

Cum autem introisset Capharnaum accessit ad eum Centurio. *Matth. 8.*

¶ In hac parte Euāgelicę lectionis duo sunt cōsideranda. Primū est, p̄ salute serui Cēturiōs intercessio. Secundū est, Cēturiōs fidei magnifica cōmēdatio, ibi: audiēs autē illi. ¶ Circa primum tria notātur. Primum est, Cēturiōs ad Christū accessio. Secundū est languētis Paralitici curatio & afflictio, ibi: Domine puer meus iacet. Tertium est, ad Christū

Christi pr
spondeos
¶ Circa pr
naum, ne
suz magn
non parua
bunt: Qua
in patria t
¶ Quam
Centurio.
centum m
sum alieni
alienus na
angelorum
¶ Accessit
ad Heliā i
ipius imp
ginta cōsu
tio reputat
strenuus qu
manis in
¶ De hoc fi
male habē
audisset de
cum vt ven
uissent ad
dignus est
& Synagog
¶ Ex quibus
cessit ad te
qui pro salu
rent, quum
¶ Quam ex
nim eius,
Domine, n

Christi promissa pia Centurionis responsio, ibi: Et respondeas.

¶ Circa primum dicitur: Quum autem introisset Capharnaum, nempe ciuitatem Galilææ, in qua sæpius virtutis sue magnalia ostendit, quemadmodum obiectum fuit ei, non parua cum inuidia à conciuibus in Nazaret qui dicebant: Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.

¶ Quum ergo introisset Capharnaum accessit ad eum Centurio. Centurio dicebatur, qui in exercitu Romano centum militibus præpositus erat. Hic ergo accessit ad Iesum alienigena quidem genere, sed domesticus corde, alienus natione, sed alacer fide: militum princeps, sed plus angelorum gaudium.

¶ Accessit autem Centurio, nõ quomodo illi, qui quondã ad Heliã in Carmelo ascendentes quinquagenarij mox ad ipsius imprecatione cælesti igne cum suis quisq; quinquaginta cõsumendi. Nam iste ob meritum fidei suæ confortio reputatus est dignus Abrahæ. Vt autẽ dicit Eusebius, strenuus quidẽ in bellicis rebus erat iste Centurio, & Romanus in Capharnaum ciuitate militibus præfectus. Et quia specialis seruiens eius domi languens iacebat, considerans quales saluator erga ceteros virtutes agebat, sanando lægidos, & iudicans q̃ non secundũ vires humanas hæc agebantur miracula, accessit ad eum, vt ad Deũ, non habito respectu ad apparens organum (id est, mortale corpus) quo cum hominibus conuersabatur.

¶ De hoc sic habet Lucas: Centurionis cuiusdam seruus male habẽs, erat moriturus, qui illi erat pretiosus. Et quũ audisset de Iesu misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret, & sanaret seruum eius. At illi quum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicitè, dicentes ei: quia dignus est vt hoc illi præstes. Diligit enim gẽtem nostrã, & Synagogam ipse ædificauit nobis.

¶ Et quibus videtur, q̃ iste Centurio personaliter nõ accessit ad Iesum, sed intercessores misit seniores Iudæorum qui pro salute charissimi seruiẽtis sui Christũ interpellerent, quum ipse Christi præsentia se iudicaret indignum.

¶ Quum ergo dominus iret cum senioribus illis ad domum eius, ille hoc audiens, misit ad eum amicos, dicens: Domine, noli vexari. Nõ enim dignus sum vt sub tectum

M meum

A

Luc. 4.

Centurio
nis laus.

Orige.

4. Reg. I.

Lucas de
Centurio -
ne.

Luc. 7.

DOMINICA TERTIA

meum intres, sed dic verbo & sanabitur puer meus. Hæc secundum Lucam.

B
*apparens
dissonantia
soluitur.*

¶ Vbi queritur, Quomodo verum sit quod Mattheus dicit, quod accessit Centurio ad Iesum, quum Lucas dicat eum misisse seniores.

¶ Ad hoc respondens Chrysostomus, dicit hic Lucam docere ostendere, quanta videlicet fuerit Iudaica adulatio, & quomodo homines calamitate pressi, modo hoc, modo illud cõsistenter anteponunt. Quare, inquit, verissimè mihi videtur, quomodo voluisset ad Iesum proficisci Ceturio, detentum fuisse à Iudæis, qui ei assentarentur atque dicerent: Nos ibimus, & adducemus eum. Quod ita esse perspicies, si plenam attentionem orationem eorum diligentius consideraueris. Nec est alienum ab usitato more scripturæ, si dixerint primo quidè aliquos fuisse missos qui præmissa dicerent deinde quoque ipsum accessisse, ac per se iterum eadem dixisse, atque hoc addidisse: Non sum dignus vt intres sub tectum meum. Ergo digressis à Centurione Iudæis, ipse per se fidei suæ sinceritatem ostendit, neque voluit dominum venire in domum suam, quin potius ad ipsum abiret, quod hic Mattheus refert usitato Euangelistarum more, vt quod vnus omisit, suppleat alter.

¶ Diligit, inquit, gentem nostram, & synagogam in qua edificauit nobis. Vbi idem Chry. Decebat siquidem ipse dicere, quoniã ipse volebat venire & supplicare, nos autem detinuumus, vidètes calamitatem, & cadauer quod in domo iacebat. Reuera autem propter inuidiam noluerunt eum viri detegi, & ne magus aliquis ipse Christus putaretur, cui preces porrigantur. Ideoq; principio eum in domo diebant venire ad Iesum, vice eius ipsi venientes. Ex quo soluitur ea quæ inter Lucam & Mattheum videtur esse dissonantia, dicente Mattheo, quod ipse dixit: Non sum dignus vt intres sub tectum meum, quum Lucas dicat, quomodo voluisset venire & saluaret seruum eius. Sed mihi videtur, quomodo quod Lucas significat nobis Iudaicas blanditias (nam iam dictum est) credibile est quod quum vellent ad Iesum abire Centurio, ob iam dictas causas retraherentur à Iudæis blandientibus & dicentibus, quia nos euocauerunt eum, vt iam dictum est.

¶ Circa secundum, quod est languentis Paralytici curatus & afflictio, subditur in litera:

Domi
le torque

¶ Apud L.
Et quæ re
fide de p
ra. Sic &
rituras, qu
muitur, q
pudenti
re disposi
¶ Porro su
deon priu
bus qui la
credente
stum iam
accedens:
lyticus, &
lis q iacet
quetur. O
mimo expo
¶ Itaq; vt
nam demõ
meus, in qu
tur. Multi
bus, alius
mi iste sol
coronã glo
ego seruis
nam, & eg
eius nõ mi
huc non s
¶ Sic debet
hic miserer
re de seruis
fecit, qui n
filius eius s
cipit erga
et seruis,
dominõ est
Gratiter e

Domine puer meus iacet in domo Paralyticus, & male torquetur.

¶ Apud Lucā de hoc Cēturiois seruo dicit̄q; erat moritur⁹ C

Et quē reuera ex eodē morbo erat moriturus, si nō dñi sui fide depcātis, & Christi miserētis pietate fuisset reddit⁹ vi
 rz. Sic & Ezechias rex iuxta hūanę naturę modū erat moriturus, quum veracis pphetę verbis audiuit: Dispone domui tuę, quia morieris tu, & nō viues: sed occulto diuinę puidentię iudicio, quę oīa in mensura, & numero, & pōde re disposuit. xv. anno, vitā lachrymis precibūsq; nactus.

¶ Porō superna dispensatione factum est, vt seniores Iudęorū dñi prius mitterentur ad Christum, hīsq; cognoscentibus qui languerat, sanaretur, quōd inexcusabiles forent, si credente viro gentili, nō crederent. Itaque iuxta intellectum iam expositum, Centurio tandem per semetipsum accedens: Domine, inquit, puer meus iacet in domo Paralyticus, & male torquetur. Nō in vna re tātum miserabilis q; iacet, sed in alia, q; Paralyticus, tertia, q; male torquetur. Oīa enim ista dolorem cōgemināt, dum corā domino exponit, & iacentē, & paralyticū, & durē detentum.

¶ Itaq; vt animę suę angustias declararet & illius cruciatum demōstraret, & inuitaret domini beneuolentiā. Puer meus, inquit, iacet in domo Paralyticus, & male torquetur. Multi tunc temporis pro diuersis rogabāt infirmitatibus, alius p filio, ali⁹ pro alio aliquo, sed nullus pro seruo nisi iste solus. Et hoc ei in augmentum beatitudinis, & ad coronā glorię erat. Cogitabat intra se: Mihi seruus est, & ego seruus sum creatoris. Iste me habet super terrā domini, & ego dominum magnum habeo in cœlis. Si ergo eius nō misereor, quomodo mei ille miserebitur? Si ego huic non subuenio, quomodo mihi ille subueniet?

¶ Sic debēt omnes q; famulos habēt & famulas cogitare, sic misereri, sic cōdolere eis, sic supplicare, sic curā habere de seruis suis vel de ancillis suis, sicut ille B. Centurio fecit, qui nō min⁹ sollicitus dominū rogauit pro seruo, q̄ si filius eius fuisset. Vnde & Apost. clementiā dominis præcipit erga seruos, dicēs: Et vos domini eadē facite illis, id est, seruis, remittētes minas, sciētes, quia & illorū & vester domiu⁹ est in cœlis, & psonarū acceptio nō est apud deū.

¶ Conuiter ergo peccāt immites dñi qui famulos quū egro

Seruus iste erat moritur⁹ Esa. 38.

Iudęorū perfidia.

Orige.

cēturio nis pietas singularis

Sint erga seruos domini clementes.

Ephes. 6.

DOMINICA TERTIA

tare cœperint, domo pellunt miseros, ignaros quo se recipiant. Tales domini exēplū sequuntur illi⁹ Amalechite hoc
 1. Reg. 39. *David* *reficit las sum.* David inuētū cibo refocillauit & potu. Qui quū comedisset, reuersus est spūs ei⁹, & refocillat⁹ est. Nō enī comederat panē, neq; biberat aquā tribus dieb⁹ & tribus noctib⁹. Dixitq; ei David: Cui⁹ es vel vnde, & quò pergis? Qui ait: Puer Aegyptius ego sum, seruus viri Amalechite. Dereliquit autē me dñs meus, quia egrotare cœpi nudiustertius.

Eccle. 33. ¶ Atqui longē aliter docet, qui ait: Si est tibi seruus fidelis sit tibi quasi anima tua, quasi fratrē sic eum tracta. Quod utiq; fecit beatus iste Cēturio, qui nullā visus est estimasse differentiā inter seruum & dominū, quia & si dignitas diuersa est in hoc seculo, vna tamen illis est natura.

D ¶ Sed quid ipse languentem nō adduxit ad saluatorē? Vnde quia morti iam vicinus transferri non potuit. Sed a magne fidei suæ Chry hoc tribuit, maioremq; hanc indicat, quā fuit illorū, qui per tectum immiserunt agrum. Quia enim non dubitabat vel solo domini verbo tanquam posse iacentē, idcirco minime deportandū putauit. Vnde & Orige. ad ipsū Centurionē sermonē dirigens: Ecce inquit, quare nō attulisti eum, sicut illi Paralyticū illum lecto portauerunt? Ideo quia nō est opus ostēdere omnium videnti. Nō opus est in cōspectu eius adferre, cuius potentia non terminatur, nec includitur, nec excluditur loco.

¶ Attēde quemadmodum nihil petens solā infirmitatem exposuerit. Sciebat enim quia Christus potens esset ad faciendum, sapiens ad intelligendum, & misericors ad audiendum. Ideo infirmitatem tantum exposuit, remedium autem sanitatis in potestate misericordiæ eius dimisit. Ergo dixit iste sicut ille modicæ fidei regulus: Domine descende priusquam moriatur filius meus.

¶ Porrò Christus cordium cognitor, Cēturionis tacito desiderio respondet. Vnde sequitur:

Et ait illi Iesus: Ego veniam & curabo eum.

¶ Ecce respōsio benigna. Vltroneus enim id offert, quod ille prorsus credebat indignū. Apud Lucā habes, quia tu dominus illd pergebat. Vbi Beda: Magna domini subtilitas, qui solo verbo curare valebat, sed non minor humilitas, qui seruum dignatus est visitare languentē. Nā qui potēs & benignus saluare pergebat, & itineris medio

1. Reg. 39
David
reficit las
sum.

Magna
centurio
nu fides.

chrysost.

Ioan. 4.

gatus di
nō ob hu
Alibi ad
honorati
ad Cent
¶ Et ad
esse nō l
tur prae
sed & do
est) despe
pro nobi
huius hu
¶ Circa te
humilis
Et res
gnus vt i
¶ San ab
¶ Vbi Aug
tra cuius
enim hoc
timebat i
magna fe
esset in p
& exemp
nomine S
in corde
quendā s
mini) vlt
Sequitur
de inuisib
eres cœli
reclinat.
infantē.
Sequitur, in
te patrem
cuius exc
¶ Igitur d
re eius no
intrauit,
domo sul

Ad seruū
venire
Christus
præsto.

Chrysoſt.

gatus dicto saluauit, ne Videlicet ob imporētiam virium & nō ob humilitatis exemplum corporaliter ire putaretur.

Alibi ad sanādum reguli filium venire noluit, ne diuitias honorasse videretur. Hic ne cōditionem spreuisse seruile, ad Centurionis famulum se venturum promittit.

¶ Et aduerte dominum hīc facere voluisse quod alias fecisse nō legitur. In aliis enim omnibus voluntatem sequitur prætolantium, hic autem vltroneus nō modo curare, sed & domum ire promittit. Et hoc quidē, ne (vti dictum est) despectā videretur habere conditionem seruilem qui pro nobis formam serui accepit, & quia hoc Centurionis huius humilitas, charitas & prudentia merebantur.

¶ Circa tertium, quod est ad hęc Christi promissa fidelis & humilis Centurionis responsio, subditur:

Et respondens Centurio, ait: Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.

¶ Vbi Aug. Dicēdo se indignum, præstitit dignum, non intra cuius parietes, sed in cuius cor Christus intraret. Neq; enim hoc cum tāta fide & humilitate diceret, nisi illū quē timebat intrare domū sua corde gesseret. Non enim esset magna sælicitas, si dominus intraret eius parietes, & nō esset in pectore ei^o. Magister quippe humilitatis & verbo & exemplo discubuit in domo cuiusdam Pharisei superbi nomine Simonis, & quū in domo eius recūberet, nō erat in corde eius, vbi caput reclinaret filius hominis. Ita etiā quendā superbū (quātum intelligitur ex verbis ipsius domini) vltro secū ire cupientē, à suo discipulatu reuocauit: Sequar te, ait, domine quocūq; ieris Et domin^o in ei^o corde inuisibilia videns: vulpes inquit, foveas habēt, & volucres cœli nidos, filius autē hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Reuocat ergo istum ire cupientē, trahit aliū recusantē. Eodē quippe loco ait cuidā: Sequere me. Et ille: Sequor, inquit, te domine sed sine me primò ire, & sepelire patrem meum. Piè quidem excusauit, & ideo dignior cuius excusatio remoueretur, & vocatio firmaretur.

¶ Vgitur domin^o in domo superbi Pharisei erat, in pectore eius non erat. In huius verò Centurionis domum non intrauit, sed pectus possedit. Zacheus verò dominum & domo suscepit & animo. Ideo autem Centurioni non pe-

DOMINICA TERTIA

tenti aduentum suum promisit Christus, vt huic verbo de-
ret occasionum, vt tanta Centurionis istius fides humilitat
que patefcerent. Si enim puerum ilico sanasset, sincera il-
lius feruensque fides ignota nobis fuisset, sicut & fidē mu-

Matt. 15. hieris Chananitidis dominus probauit dū nō statim illius pre-
ces exaudiuit, quas si mox à principio exaudisset, nullum
nobis de illius humilitate, patiētia, p̄seuerātia, ac fide cō-

Beda. stātissima reliquū esset imitationis exēplū. Domine, inquit
nō sum dignus vt intres sub tectū meū. Propter vitæ gen-
tilis cōscientiam, grauari se magis putauit dignatione do-
mini, q̄ iuari. Nec posse habere hospitē Christū, cuius es-
si fidē præditus, nōdū tamē erat sacramētis ibit. Sed quia

Actu. 10 quæ nostra infirmitas nō præsūmit, diuina gratia dare no-
uit, & alius Cēturio qui sicut & iste credentē ex gentibus
populū præfiguratur, magnæ fidei & iustitiæ merito spiritum
sancti donū priusquā baptizaretur accepit, & iste necdum
catechizatus, id est instructus, & fidem suam laudari à do-
mino, & famulum saluari promeruit.

¶ De quo pulchrè per allegoriā dicitur, quia Iesus non lon-
gè aberat à domo, tamen sub tectum suum inuitare non
auderet, quia prope timētes eum salutare ipsius. Et qui na-
turali lege rectè vritur, quo bona quæ nouit operatur, eos
li qui verè bonus est appropiat. At qui errori gentilitatis
etiam crimina iunxerunt, his aptari potest quod consue-
tibus ad dominum turbis dicitur: Quidam enim ex his de-
longe venerunt.

¶ Proinde apud Lucam memoratur beatus iste Centurio
dixisse: Propter quod & me ipsum non sum dignum arbi-
tratus vt venirem ad te. Et nos qui de gentibus credimus ad
ipsi ad dominum venire possumus, quem nunc in carne con-
dere nequaquam valemus. Sed quicumque passionē bo-
stræ seruitutis agnouimus, ad residentem in dextera patri-
iam per fidem accedere debemus, iam seniores iuueni-
mitrere, hoc est summos ecclesiæ viros qui nos ad domi-
num præcesserunt, suppliciter obsecrando patronos accu-
rere, qui nobis testimonium reddētes q̄ diligamus eccle-
siam, & quantum in nobis est, hanc ædificare curemus, pro
nostris apud dominū, nostrorumq̄ peccatis intercedant.

¶ Domine, inquit, non sum dignus. Ac si dicat secundum
Origenē: Alienigena sum, gentilis sum gladio accinctus,
ad prælium exiens, sanguinem fundens, ideoque non sum
dignus

dignus
tantum
ruum op
copore,
q̄ indefi
Idecirco
infirmitas
sanabitur
ctum me
bus in co
benignit
Origenē
¶ Intrat
mes cibo
ne & po
guine do
Et tu erg
to: Domi
nilliter te
te cēlebi
tationē,
se indign
tū miser
tes, qui
laudem &
fidei mer
æternam
terra mar
ad vitam,
denti mo
Nā
sub m
veni,
¶ Vides f
sum quæ
te absens
ego qui n
boni, vel
notibus s
rent inbe

dignus ut intres sub tectum meum. Sed tatum dic verbo, tantum veni verbo. Verbum aspectus tuus est, verbum tuum op^o consummatum est, ideoq; dic verbo, ostende absens copore, quod presens spiritu consummare potens es. Vbi q; indeficiens tua presens tua, ubique presens tuus aspectus. Idcirco ergo accessu & introitu tuo indignus sum, & iste infirmus verbi tui indiget visitatione, & ideo dic verbo & sanabitur puer me^o. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. Verbum sane notabile, frequenter piis omnibus in corde & in ore versandum, ut qui sint ipsi, & quam benignissimum habeant Deum, semper cogitent. Vnde Origenes:

¶ Iurat & nunc sub tectum tuum Dominus quando sanctum suum cibum, quando illud incorruptum accipis epulum, quando vite pane & poculo frueris, quando maducas & bibis carnem & sanguinem domini, tunc inquam Dominus sub tectum tuum ingreditur. Et tu ergo humilias te ipsum, imitare hunc Christum. & dicis: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. Si tu humiliter te fueris fassus indignum, huiusmodi humilitatis merito ipse te censebit dignum. Attendendum est his multo rectius fuisse Centurione, qui considerans infinitam Christi dignitatem, dixit se indignum ad quem ille ingrederetur, quam quos ad Christum miserat Iudaeos, qui dicebant, dignus est ut hoc ei praestites, qui Christi maiestatem agnoscebant, ut ille fidei & laudem & premium Christo iudice istis praeriperet, cuius fidei merito & puero suo sanitatem & sibi vitam acquisiuit aeternam, quum crediderit creaturas omnes in caelo & in terra manibus & potestati Christi in unico suo verbo, siue ad vitam, siue ad mortem esse subiectas. Quam fidem prudenti mox argumentatione confirmat dicens:

Nam ego homo sum sub potestate constitutus, habes sub me milites, & dico huic, vade, & vadit: & alii veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit.

¶ Vides sane argumentationem prudentem, qua probat Christum quicquam vellet etiam posse. Quasi dicat: Quidni corpore absens solo verbi imperio sanare posses infirmum, quam ego qui non nisi mortalis homo sum sub potestate vel tribui, vel imperatoris constitutus, habens & ipse (qui superioribus subiicior) & subiectos mihi milites, qui mihi parent iubenti, & obaudiendum est.

*Centurio-
nis humili-
tas atque
fides.*

*Domine
non sum
dignus*

*Recti^o In
deus sentit
centu.*

*G
Centurio-
nis prudē-
tia.*

DOMINICA TERTIA

¶ Multo magis tu domine qui omnibus præses, & cui præsent vniuersa sine præsentia corporis, efficaciter dicere potes infirmitati, vade, vt vadat, & recedet, & sanitati, veni vt veniat & veniet.

¶ Ego ait homo sum sub potestate regis vel principis, ego habeo sub potestate mea milites & seruos, & tu habes sub potestate tua angelos sicut milites, & oēs sanctos, seruos. Ego mando vnicuique, & facit secūdū præceptū meum, & tu mandas quod & statim cōpletur. Quod enī mandas & dicitur, fit. Mādas & sine mora, perficitur. Oīs enim tibi seruis creatura, ideo dic verbo, & perficietur velociter? O fides viri, O religiositas militis, quanto te magnificem amore veritatis? Te admiratur dominus, & tuā indeficiētē magnificat fidem. Quo modo de gentium tenebris tantū lumen processit? Quo modo de errore Deum nō cognoscētium tanta manifestata est iustitia? Quomodo ex ore stultorum idolis seruientium, tam lymphida effulsit fides? Vbi Beda.

¶ Hominem se & potestati vel tribuni vel præsidis subditum dicit, imperare tamē posse minoribus, vt subaudiatur eum multo magis qui Deus sit, & super omnia potens, innumeram virtutis angelicæ, quæ ad imperata obtemperet habere militiam. Et dico huic: Vade, & vadit, & cætera quæ sequuntur. Vult ostendere dominum quoque non per aduentum tantum corporis sed & per angelorum ministeria posse implere quod veller. Repellendæ enim erant vel infirmitates corporum, vel fortitudines contrarię quibus homo ad debilitatem corporis sepe à Deo concedatur & verbo domini & ministeriis angelorum.

¶ Dicit hinc Hiero, Centurionis huius Christo placuisse fidem, humilitatem, & prudentiā: fidem, ed q̄ ex gentibus quum esset, credidit Paralyticum à Christo posse sanari. Humilitatem, quod se iudicauit indignum sub cuius recto dominus intraret. Prudentiam quoque quò intra corporis tegmen latentem cognosceret diuinitatem.

¶ Circa secundum principale dicitur.

Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel.

¶ Hic ponitur fidei Centurionis magna commendatio. Vbi quatuor sunt consideranda: Primum est, de fide Centu-

Centurionis
nom est
Dico au
sta sana
¶ Circa
ratio, O
rum est
sensu qu
nec regn
rang v m
in colpe
nisi tantū
sumat ac
Ceterum
cerat ips
Quod si
¶ Notand
randum
Omnes e
turbati a
tutionis
miranda
nos instr
¶ Circa se
mendatio
Christus
Israel. Et
rat domin
quære
pferat. V
non me
ra cerneb
um cordi
¶ Sed qua
charum &
suum & F
phetis, se
ideo Cen
tarum q̄;
tē credid

Centurionis Christi admiratio. Secundum est, fidei Centurionis laus commendatio. Ibi: Amen dico vobis. Tertium est, ad Centurionis fidem notanda consequutio. Ibi: Dico autem vobis. Quartum est, Centurionis serui perfecta sanatio. Ibi: Et dixit Iesus Centurioni.

¶ Circa primū, quod est de fide Centurionis Christi admiratio, Orige. Quod Deus vnigenitus, inquit, miratur, quantum est & quale? Inenarrabile est, & inestimabile. Percipe sensu quod Deo nihil est mirabile, nec aurum nec diuitie, nec regna, nec principatus. Ista oīa sunt in conspectu eius tanquam ymbra, & sicut nihil est, sicut flos decidens. Nihil ergo in conspectu Dei mirabile est, nihil magnū, nihil pretiosum, nisi tantū vna fides. Hęc miratur, hęc honorificat, hęc sibi æstimat acceptabile. Nam miratus est (inquit Beda) quod dicit Centurionē suam intelligere maiestatem. Sed quis in illo fecerat ipsa fide vel intelligentiā, nisi ipse qui eū mirabatur? Quod si & ali^o eā fecisset, quid miraretur qui presci^o erat? ¶ Notandum ergo, quia quod miratur dominus, nobis mirandum esse significat, quibus adhuc opus est sic moneri. Omnes enim tales motus quum de Deo dicuntur, nō perturbati animi signa sunt, sed docentis magistri. Itaque Centurionis fidem dominus mirat^o est, quia ipsa eius fides admiranda erat. Ad modum enim admirantis se habuit, ut nos instrueret tantam fidem admirari.

¶ Circa secundum, quod est fidei Centurionis magnifica commendatio, dicitur in litera. Et sequentibus se, dixit nimirū Christus. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël. Et iste iam Israëlites erat secundum spiritum. Venerat dominus ad Israël carnalē, id est, ad Iudæos, ibi primū querere oues perditas, de quo populo etiam corpus assumptum fuerat. Vbi se dicit non tantam fidem inuenisse. Possumus non metiri fidem hominū, sicut homines. Ille qui interiora cernebat, ille quem nemo fallebat perhibuit testimonium cordi hominis, audiens verba humilitatis.

¶ Sed queritur, num fides istius maior fuerit fide patriarcharum & prophetarum? Sed (ut dicit Beda post Ambrosium & Hieronymum) non de omnibus retro patriarchis & prophetis, sed de presentis æui loquitur hominibus, quibus ipse Centurionis fides antefertur, quia illi legis prophetarumque monitis edocti, hic autem nemine docente sponte credidit. Crediderant alij signis multis & miraculis vi-

sis iste

H
Quid miratur
Christus.

Fides preciosa.

Fides Centurionis à
Isto cōmendatur.

DOMINICA TERTIA

sis, iste verò nullo signo viso, sed audito tantum.

¶ Non inueni, inquit, tantā fidem in Israël. Vbi Origenes: Non in illo priore Israël (qui vocatus est Iacob) tantam abnegat se domin^o fidē inuenisse. Ille enim non tantū credidit dominū, sed & pphetauit de eo, & apertius eius iudiciā demōstrauit, & manifestè eius in carne aduentum proloquutus est. Nisi enim credidisset ei, quomodo de eo prophetasset? Sic & hi qui de Israël pcesserunt (Israel enim & ipsi nominati sunt) pphetæ & iusti, Dauid, Esaias, & Hieremias, hi oēs clarè & manifestè eius aduentū prænūciauerūt. Oēs enim hi habuerūt fidē, habuerūt & prophetiam. Et iste beatus Centurio fidē habuit, sed pphetiā non habuit, ideoq; domin^o admirās, magnificat fidem eius super illū, qui tunc fuit Israël, & nobis super eos qui olim pphetæ & iusti inuenti sunt in Israël. Non inueni, inquit, tantā fidem in isto secundum carnem populo Israël, sicut in gentibus, sicut in barbaris. Multo plures enim ad Christi fidē venerunt è gentibus quàm ex Israël, imo perexiguus est istorū numerus, si hunc conferas ad multitudinem illorum qui per vniuersum mundum crediderūt in Christum, quorum iste Centurio typum prætulisse videtur.

*Gentiliū
fides vt
maior
quàm Iu-
daeorum.*

Esaiæ. 1.

Matth. 8.

Ioan. 9.

Ioan. 11.

Ioan. 1.

¶ Gentes (inquit Origenes) filium Dei inuocant omnipotentem, vnigenitū cōfitentur, dominū adserunt, & sicut de minimū diligūt, & sicut bene omnia dispensantem adorāt. Et Israël (inquit Dominus) me non cognouit, & populus meus, hic me non intellexit, ideoq; Beelzebub, & Samaritanum appellant, & estimāt peccatorem.

¶ Clairus princeps in Israël, pro filia sua me petens, non dixit, dic verbo, sed veni velociter, anteq̄ moriatur filia mea. Nicodem^o doctor in Israël de fidei sacramēto audiēs, ait: Quo modo possunt fieri? Maria & Martha me nimis diligētes, di cūt Dñe si fuisses hic, nō esset mortu^o frater me^o, tāquam dubitātes q̄ vbiq; nō velox ad sit mea potentia: ideoq; nō inueni tantā fidē in Israël, sicut in hoc alienigena.

¶ Ad hæc Andræx credidit in Christum, sed nō nisi quātiā iam audisset Ioannem dicentem: Ecce agnus Dei. Credit & Petrus, sed audito prius Andræx dicente: Inuenimus Messiam. Philippus vt crederet, scripturas euoluit. Vnde & dixit: Quem scripsit Moyses in lege, & propheta, inuenimus Iesum. Credit Nathanael, sed euangelizante Iesu Philippo, & inductus miraculo.

Que

¶ Quia & de omnibus tunc Christi discipulis apud Ioan-
nem audis, quòd nisi viso miraculo de conuersione aquæ
in uinum in nuptiis, crediderunt in eum, palàm insinuans
eos autè nõdum credidisse. Sed & piorum hic Centurio fi-
dem superat Magorum, quoniam quum nec legem legis-
set, nec ullam audisset de domino prophetiam, credidit.
Magos verò & Balaam prophetia edocuit, & mirandi lumi-
nis noua hos stella ad Christum vsque perduxit.

Ioan. 2.

Matt. 2.

Num. 24.

¶ Circa tertium, quod est ad Centurionis fidem notanda
consequutio subditur.

*Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occiden-
te venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, &
Iacob in regno cœlorum, filii autem regni eiicientur
in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor
dentium.*

¶ Tam magna, tamq; sincera Centurionis huius fides, ty-
pas & prælagium fuit futuræ in Christum fidei gentium.
Vnde & ex eius fide occasione accepta futuram gentiũ fi-
dè dominus prænuntiã, dicit: Dico autè vobis, quasi dicat:
Testor vobis & prædico, q; multi, non omnes, quia (vt di-
cit Apostolus) non omnes obediunt Euangelio, ab oriente
& occidente, hoc est, ex omni gente quæ sub cœlo est ab
oriẽte vsq; ad occidentem venient, de quibus alio loco ait
dominũ. Et alias oues habeo quæ sunt ex hoc ouili, & illas
oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor.
¶ Multi, inquit, venient, de quibus dicitur in Euãgelio quia
Iesus moriturus erat pro gente, scilicet filiorum Israel nõ
solum pro gente, sed & vt filios Dei, qui erant dispersi, cõ-
gregaret in vnum. Et quia venturi erant filij adoptionis di-
uine ex omni gente, ideo oportebat in omni gente Euan-
gelium prædicari.

K
Conuersio
nis gentiũ
prædicta
tio.

Rom. 10.

Ioan. 10.

¶ Moraliter & nunc ab oriente veniunt ad Christum qui
ab ineunte ætate ob Dei amorem & spem vitæ æternæ re-
lictõ seculo ad dominum conuertuntur. Ab occidente ve-
niunt qui in senectute propinqui terrore iudicij iam pri-
mũ adingrediuntur agere pœnitentiã. Sed ab aquilone ve-
niunt, qui rebus aduersis cõpulsĩ in sui deiq; cognitionem
cõsurgẽtes salubriter respiscũt. Ab austro verò siue meri-
die veniũt qui ex diuinorũ circa se beneficiorum cõsidera-
tione ad ipsius amorẽ meliorisq; vitæ studia inardescunt.

Et

DOMINICA TERTIA

¶ Et recumbent, inquit, id est, feliciter requiescent cum Abraham, Isaac & Iacob, quibus specialiter de Christo venturo, & de vitæ æternæ beata hæreditate sub typo terræ repromissæ, terræ, (inquam) fluentis lacte & melle, à deo fuerat facta promissio. Cum illis igitur recumbent in regno dei, quorum fidem atque pietatem fuerint imitati. ¶ Recumbent (inquit Origenes) non carnaliter ad cubantes, sed spiritualiter requiescentes, non sicut temporaliter potantes, sed eternè epulantes, recumbentes in regno Dei, Vbi lux est & amor, vbi lætitia & exultatio, vbi est gloria & benedictio, vbi lux oculorum & longævitas vitæ æternæ cum patriarchis & apostolis, cum martyribus & virginibus, & cum vniuersis electis Dei, populo pacis & sine querela, qui omnes lætântur securi in bonis domini quæ exuperant omnem sensum. Nec enim oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.

1. COR. 2.

Iudæi eiciuntur in tenebras.

L ¶ Filij autem regni, id est, Iudæi in quibus ante regnauerat Deus, & quibus Dei regnum erat præparatum (quod amplius hos mordere debet) filij regni, appellatione, non electione, promissione, non consequutione, reputatione non re, nimirum quòd se præstiterint indignos, eiciuntur à facie & visione Dei in tenebras exteriores, in tenebras sempiternas, quia quum lux venisset in mundum, ipsi fuerunt rebelles lumini, & magis dilexerunt tenebras quàm lucem, eo quod mala erant eorum opera quæ à luce veritatis redargui noluerunt.

Iob. 21.

IOAN. 3.

Regio mortis.

Iob. 10.

¶ Quoniam ergo cæcata per incredulitatem mente interiores sibi tenebras superinduxerunt, meritò ad exteriores tenebras detruduntur, vbi lux perpetua & lætatio, vbi inextinguibile gehénæ incendiū & desperatio, vbi demonum furor inplacabilis, vbi fletus & stridor dentium interminabilis, Hęc est regio mortis & exilium vitæ. Hęc est terra tenebrosa & operta mortis caligine, terra miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

APOC. 14.

Iob. 24.

¶ Ibi erit fletus & stridor dentium, vbi per horum metaphoram membrorum irrequietas & intolerabiles damnatorum pœnas expressit, quando fumus tormentorum ipsorum ascendet in secula seculorū, & transibunt ab aquis niuiū, ad calorem nimium. Stridor dentium (inquit Rabanus)

nus)
scatur

I
fiat ti

¶ Vad
me co

tibi E
dixit:

vnicu
tum h

cit hic
dideri

domin
didisti

quia e
tibi. C

nostru
nem n

tamen
cum C

didisti,

D
A S

da. Pri
cundur

tio, ibi
sto con

¶ Circa
firmati

virtute
mò mu

ralytic

nos) prodeat indignantis affectum, eo quod sero sibi irascatur, quod tam pertinaci improbitate deliquit.

¶ Circa quartum, quod est Centurionis serui perfecta sanatio subditur:

Et dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

M

*Quarta
leat fides.*

¶ Vade, inquit, de tua petitione securus, & sicut credidisti me corpore absentem posse sanare puerum tuum, ita fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora, scilicet qua Christus dixit: Sicut credidisti fiat tibi. Considera quantum valeat unicuique ad salutem fides propria, quandoquidem tantum huic languido valuerit fides aliena. Caterum (vt dicit hic Origenes) sic fiet verè unicuique homini sicut crediderit, secundum mensuram fidei metietur ei & ista à domino gratia, ideòque dixit ad illum dominus: Sicut credidisti fiat tibi. Credidisti quia omnia possum, credidisti quia ego sum dominus omnium, sicut credidisti, ita & fiat tibi. Credamus & nos Iesum Christum Deum ac dominum nostrum omnia posse, vbique presentem esse, remissionem nobis cunctorum peccatorum eius indulgentiam (si tamen præcepta seruamus) largiri, vt quisque nostrum cum Centurione isto audire mereatur: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi.

DOMINICA QVARTA

post Epiphaniam.

Ascendente Iesu in nauiculam, sequuti sunt eum discipuli eius. A

Matth. 8.

¶ In hac lectione tria principaliter sunt consideranda. Primum est, Christi vnà cum discipulis nauigatio. Secundum est, Inter nauigandum periculosa maris concitatio, ibi: Et ecce motus magnus. Tertium est, Iubente Christo concitati maris sedatio, ibi: Et accesserunt.

¶ Circa primum aduerte, quòd postquàm dominus ad confirmationem suæ illius in monte doctrine, diuinitatis suæ virtutem pluribus in miraculis ostendisset, inter quæ primò mundauit leprosum, Deinde Centurionis seruum. Paralyticum absens solo voluntatis imperio sanauit, & febrientem

DOMINICA QUARTA

brientem socrum Simonis eiusdem imperij sui virtute fugata febre curauit, multosque dæmoniacos à spiritibus liberauit immundis, & omne morborum genus ab ægrotantium corporibus depulit, post hæc omnia præsentis historia lectionis est subsequuta, quatenus & ipsi discipuli, Christi virtutem in sui liberatione perciperent. Vnde ait hic Cyrillus:

¶ Quia discipuli cæteros omnes à Christo beneficiatos videbant, decebat etiam ipsos per proprium sensum in Christi beneficiis delectari. Non enim simili sensu considerat quis ea quæ in alienis corporibus fiunt, & quæ in suo. Ideoque nunc discipulos & mari & ventis dominus exponit.

*opera
Christi tã
in mari
quam in
terra.
Marc. 4.*

¶ Quum ergo (vt dicit Origenes) multa, magna, & miranda ostēdisset in terra, transiit ad mare, vt & ibidem adhuc excellentiora opera demonstraret, quatenus terræ marisque dominum se esse cunctis ostēderet. Porro secundum Marcum etiam turbas declinare volens in naticulam ascendit. Ait enim: Et congregata est ad eum turba multa, ita vt nauim ascendens sederet in mari. Et infra: Et ait illis (nimirum discipulis suis) in illa die quum sero esset factum: Transeamus contra. Et dimittentes turbam, assumunt eum ita vt erat, id est, (vt innuere videtur Euangelista) fatigatum & ieiunum, in naui.

¶ Vbi est aduertendū tria dominum quum fatigatus esset à turbis, quod se reciperet habuisse refugia, videlicet, nauim, montem, & desertum. Ita nunc ad nauim cōfugit.

*Discipuli
eum sequū
tur.*

¶ Ascendentem autem in nauiculam dominum discipuli eius sequuti sunt. Alioqui non essent eius discipuli, si non ipsum sequerentur. Et quidem libenter & cupidè dominum & magistrum sequebantur, tracti & sermonum eius suauitate, & admiratione suorum operum, & benignissima conuersationis eius consuetudine, ita vt eum relinquere non possent.

¶ Sanè quum tam turbis quàm discipulis præsentibus atque spectantibus signa multa (vt iam dictum est) dominus adidisset, nunc mare ingressurus solos sibi adiungit discipulos, cuius rei Chrysostomus rationem adsignans dicit: Quod discipulos tantum secum hic retinuit dominus, nec frustra nec casu fecit, verum vt futuri signi miraculo ipsos corroboraret. Nam palestræ magister optimus ad

virtut.

vtunq
rentur
uersis
turbas
que &
prædi

Et
uicula

¶ Hic p
tatio. V
turbati
mitio,
¶ Circa
speratō
ventor
operire
dit pro
tabante
facta e
uim, ita
tis sup
videret
lam pro
cula flu
vbi ne
imortu
sapien
cala ei
¶ Porro
sante o
fecit tu
Cur ho
auxiliu
manife
sed pos
thesau
dixit ei
metips

viranque eos exercebat, ne videlicet aut terrore vince-
rentur, aut efferrentur honoribus, & simul in ferendis ad-
uersis facit meliores, quoniam vt signa demonstrarentur
turbas quoque admittebat, vbi verò ad signa timor quo-
que & tremor imminebat, eos solos recipiebat quos ad
prædicationem & pericula erat missurus.

¶ Circa secundum dicitur:

Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus.

¶ Hic ponitur periculosa maris inter nauigandum concitatio. Vbi duo sunt consideranda. Vnum est, ipsa maris cō-
turbatio. Alterū, Christi domini in periclitante nauis dor-
mitio, ibi: Ipse verò dormiebat.

¶ Circa primum dicit: Et ecce, quasi dicat, repentè & in-
speratò, quum prius esset tranquillitas, motus magnus &
ventorum & vndarum, factus est in mari, ita vt nauicula
operiretur fluctibus. Vnde apud Lucam habes: Et descen-
dit procella venti in stagnum, & complebantur & pericli-
tabantur. Quod Marcus manifestius explicat, dicens: Et
facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim,
ita vt impleretur nauis. Eleuabātur enim fluctus ma-
ris supra nauiculam altitudine magna, ita quòd nauicula
videretur esse in profundo, & subitò quasi ipsam nauicu-
lam prorsus obruturi recidebant, sicque exagitata nauicu-
la fluctibus replebatur. Hæc enim sunt maris pericula,
vbi nec castra, nec portus, nec hominū haberi potest ad-
itorium, quæ nemo nisi expertus nouit, iuxta quod per
sapientem dictum est: Qui nauigant mare, enarrant peri-
cula eius.

¶ Porro tempestas hæc non fortuitò, sed Christo dispen-
sante oborta est. Vnde Orige. Ingressus nauiculā, inquit,
fecit turbari mare, commouit ventos, concitauit fluctus.
Cur hoc? Ideo vt discipulos mitteret in timorem, & suum
auxilium postularent, suam quoque potentiam rogantibus
manifestaret. Illa enim tempestas non ex sese oborta est,
sed potestati paruit imperantis, eius qui eduxit ventos de
thesauris suis, qui terminum mari arenam constituit, &
dixit ei: Hucusque venies, & nō supergredieris, sed in tem-
petiplo confringentur fluctus tui.

Huius

B
*Repentina
maris cō-
motio.*

Luc. 8.

Marc. 4.

Ecle. 43.

*Tempestas
praesens*

DOMINICA QVARTA

¶ Huius ergo iussione & præcepto, orta est tempestas in mari propter occasiones iam memoratas. Tépeſtas ſané grandis & mirabilis, qualis illa fuit quæ facta est circa nauem in qua olim erat Ionas, quando miſit dominus ventum magnū in mare, & facta est tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Sic etiam diſpenſante domino aduerſitates graues (quaſi procelle maris) fidelibus ſuſcitantur, nō vt per impatientiā contra Deum murmurēt, vel animo facti puſillo deſperent, ſed vt anguſtiis preſſi dominū ex toto corde inuocātes, ad ipſius auxiliū cōfugiant, vtque omnem torporem excutientes in operibus pietatis ſolicitiuſ ſemetipſos exerceant, exēplo eius qui ait: Ad dominū cum tribularer clamaui, & exauit me. Qui rurſum ait: Clamauerunt ad dominum quum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum eduxit eos.

Aduerſitas proſperitate ſalubrior. ¶ Sicut enim proſperitas adulatrix, blandaque voluptas plurimos auertit à Deo, ita etiam aduerſitas feriens, ad Deum pleroſque qui aberrauerāt denuo redire compellit. Sed & Apoſtolos ſuos iam præparaturus & inſtitutus, vt cognoscerent ſe in omni neceſſitate refugium ad ipſum habere debere, præcepit iam motum hunc maris excitari, magna ergo & non puſilla tempeſtas facta eſt,

Orige.

cyril.

vt magnum opus oſtenderetur, quantōque fluctus nauiculae irruerant, tantō magis timor diſcipulos conturbabat, vt plus magis per mirabilia ſaluatoris deſiderarent liberari. Proinde cum magna diſpenſatione videtur eſſe præactum, ne mox poſtquam tempeſtas inuadere cepit nauiculam, quærent diſcipuli à Chriſto ſuffragium. Sed poſtquam iam malum inualuit, vt maniſeſtior fiat diuina maietas poteſtatis.

¶ Circa ſecundum dicitur:

Ipſe vero dormiebat.

Ambroſ. Chriſti in nauis dormitio. ¶ Vnde apud Marcū habes: Et erat ipſe in puppi ſuper ceruicem dormiens. Suprà habes quia pernoctabat in oratione, quo modo igitur hic in tempeſtate dormit? Sed exprimitur ſecuritas poteſtatis, quo modo omnibus timētibus, ſol⁹ intrepid⁹ quieſcebat. Sed quieſcebat corporis ſomno, quū diuinitatis myſterio itēderet. Nihil enī ſine verbo fit. ¶ O res mirabilis & ſtupenda, is qui nunquam obdormit, nunc dormit: is qui cælum & terrā gubernat, dormit: qui nunquā dormit neque dormitat, ipſe dormire dicitur. Dormiebat

miebat qu
corpore, ſ
ſtolos per
bat corpor
demonſtr
prabile in
ret & vigil
illud ſanct
¶ In hac ig
perſona ſu
qui vt hon
coërcet. P
dicte Cyril
non timui
diſſent eū
preſtans te
tationis gr
lum, cogn
magnitud
tanquam a
ſum domi

Et acce
ne ſaluſ n
¶ Hic deſc
Vbi quatu
nientis pe
lorum tim
ſus. Tertiu
teſus. Qu
Vbi Porro
¶ Circa pri
ſolicitatio,
metu cōte
& nō mod
tuent eun
Marcum i
Redicunt i
Vbi ſecun
dominū, &
miebat

miebat quidē corpore, sed vigilabat deitate. Dormiebat corpore, sed cōturbabat mare, erigebátque fluctus & apostolos perterrebat, suam potentiam ostensurus. Dormiebat corpore, sicut & ad puteū de itinere fatigatus sedebat, demonstrās quia verē humanū corpus portabat, quod corruptibile induerat. Dormiebat corpore, ut apostolos suscitaret & vigilare faceret. Ipse qui dormiebat corpore verbū illud sanctum dicit: Ego dormio, & cor meum vigilat.

Ioan. 4.

¶ In hac igitur nauigatione dominus vnus eiusdemque personæ suæ vtranque naturam dignatur ostēdere, dum is qui ut homo dormit in nauī, furore maris ut Deus verbo cōterret. Prouiso tamen dormiebat, ut dictū est. Nam (ut dicit Cyrillus) si vigilante domino tēpestas accidisset, vel non timuissent discipuli, vel nō exorassent, vel nec credidissent eū posse tale aliquid facere. Quapropter dormit, prestans tempus timori. Et hoc quidem dominus exercitationis gratia permisit, ut quum confessi fuerint periculum, cognoscāt miraculi magnitudinem. Vnde postquam magnitudo periculi ad intolerabilē metum eos vrgebat, tanquam aliam salutis spem non habentes, nisi solum ipsum dominum virtutum, eum excitauerunt.

Prouisa
tempestas

¶ Circa tertium principale dicitur:

Et accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Domine salua nos, perimus.

¶ Hic describitur iubente domino cōcitati maris sedatio. Vbi quatuor sunt consideranda. Primum est, Christi dormientis per discipulos suscitatio. Secundum est, discipulorum timore vacillantium increpatio. Ibi: Et dicit eis Iesus. Tertium est, Christi virtuosa iussio. Ibi: Tunc surgens Iesus. Quartum est, sedatis fluctibus hominū admiratio. Ibi: Porro homines.

¶ Circa primū, quod est dormientis Christi per discipulos suscitatio, dicit Origenes: Quod tanto discipuli fuerunt metu cōterriti, & penē animo alienati, ut irruerent in eū, & nō modeste aut leniter suggererēt, sed turbulēter suscitarent eum dicētes: Domine, salua nos, perimus. Et apud Marcum id liquet manifestius. Ait enim: Et excitāt eum, & ridicunt illi: Magister, non ad te pertinet quia perimus? Vbi secundū Augustinum, eadē est sententia excitantium dominū, & volentium saluari. Nec opus est quærere quid

D
Christum
ut discipu
li suscitāt

N horum

DOMINICA TERTIA

horum potius Christo dictum sit, siue enim aliquid horum dixerint, siue alia verba que nullus Euangelistarum commemorauit, tantundem autem valentia, quid ad rem inter est? Quanquam & hoc fieri potuerit, ut pluribus eum excitantibus omnia hæc, aut aliud ab alio dicerentur. Vbi Origenes discipulos compellans, dicit: ¶ Dominum saluatorem vobiscum habetis, & timetis periculum? Vita vobiscum est, & de morte solliciti estis? Maris turbinem timentes creatorem eius presentem suscitatis, quasi non possit dormiente corpore fluctus sedare? Sed ad hæc respondere possent discipuli. Paruuli & adhuc infirmi sumus, ideoque trepidamus. Necdum vidimus crucem Domini, necdum nos confirmauit passio Domini & resurrectio, non ascensio in excelsis, non missio & descensio spiritus sancti paraleti, propterea fragiles nutamus, propterea & sæpe audimus à domino increpationem pusillæ fidei, sed supportamus libenter, voluntariè sustinemus. Vnde & nunc subditur:

E *Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis modicæ fidei?*

*Modica
discipulo-
rum.
fides ar-
guitur.*

¶ Vbi notatur secundum, Videlicet, discipulorum vacillatiuum modicæ fidei increpatio. Quid, inquit timidi estis modicæ fidei? Apud Marcum sic: Quid timidi estis, necdum habetis fidem? Et apud Lucam: Vbi est fides vestra? ¶ Sed dicat aliquis: Quomodo fuerunt discipuli modicæ fidei qui confugerunt ad auxilium Christi? Respondet Chrysostomus, credidisse quidem eos, Vnde & discipuli fuerunt Christi, non futuri discipuli si non credidissent. Fides tamen ista iuxta verbum Christi modica erat, vnde & Dominus increpat eos, quasi dicens: Creditis quidem me posse adiutare vos, veruntamen non creditis me idem posse deum mentem, quod & vigilantes. Quia igitur fides in vobis modica est, ad eam augendam, vosque in ea exercitadum in nauim assumpsi mecum, & hanc tam validam concitanti tempestatem. Quis non tanta vobis inest fides ut dicere possit: Si habitauero in extremis maris, ecce illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Noui equidem fidem vestram. Dominum etenim me dicitis. Creditis etiam me creaturis omnibus dominari, & sic me posse imperare potestati maris, eiusque fluctus sedare. Creditis quoniam verbis elementa mundi corripere possim. Vnde & open ex me queritis, sed ideo hæc omnia non sufficiunt, quod pu-

tris me non
nis me ita & i
pore me dorm
tala & vbi est

*Tunc su
est tranquilla*

¶ Hic notat te
ges, inquit, ni
citat eum imp
à ventis tatur
ebullies exur
& horridiorē
cū rates & à v
do maris ebu
¶ Vrgēs ergo
rent, & mari,
imperium tan
obtemperant
rum faciunt v
dicitur: Tu d
ctum eius tu
ga. Quando
ex toto mox c
tus cocutium
pellas, tanta
eius turbatio
¶ Vnde Orig
creaturis. Ut
& facta est tri
& tempestate
da & magna
pōtia magn
narum in eo
tranquillit
mum contur
larantur. V
lam proc
Sulcabat
Quum su
Vertitur,

tatis me non eadem quoque posse dormiētem, quia putatis me ita & iam diuinitate & ratione dormire, sicut corpore me dormire videtis. Quid itaque timuistis? aut quātala & ubi est fides vestra? Sequitur:

Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.

(Hic notat tertiū, id est, domini iussio virtuosa. Tūc surgēs, inquit, nimirū à somno, imperauit vētis & mari. Bene dicit eum imperasse vētis & mari, quoniā tēpestas hęc nō à ventis tātum fuerat excitata, sed & ex ipso maris fundo ebulliēs surgebat, & eleuabātur vnde quę tempestatem & horridiorē facerēt & periculosiorē. Itaq; discipuli periclitātes & à vi vētorū desup ex aēre, & ab vndis ex p̄fundo maris ebullietib⁹ aucto discrimine, grauiter affligebāt.

Surgēs ergo Dominus imperauit ventis, vt flare cessarent, & mari, & eleuationes suas coerceret. Porro Christi imperium tantæ virtutis est, vt res etiam insensibiles illi obedierent. Nam sicut hic patet etiā spiritus procellarum faciunt verbum eius. Ipse est enim cui per Psalmistā dicitur: Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Et facta est, inquit, trāquillitas magna. Quando maris fluctuatio naturaliter terminatur, nō ex toto mox conquiescit, sed aliquāto tempore adhuc fluctus cōcutiuntur: sed quum imperio Christi cessauit tempestas, tanta facta est tranquillitas, vt nec vestigium aliquis turbationis remanserit.

(Vnde Orige. Imperauit vētis & mari sicut suis creator creaturis. Vt potens, vt Dominus imperat ventis & mari, & facta est trāquillitas magna, nimirum de vēto magno, & tempestate magna. Decet enim hunc magnum miranda & magna facere. Ideoq; paulò antè magna accinctus potentia magnificè cōturbauit profundum maris, & nunc parum in eo ipso ostendens suæ magnificentiam potestatis tranquillitatem magnam fieri iussit. Hęc ideo, vt nimum conturbati Apostoli, postea magnificè exhilarati laetentur. Vnde cecinit Poëta pius:

Iam procul à terris fuerat ratis, actaque flabris
Sulcabat medium puppis securo profundum.
Quum subito fera surgit hyems, pelagúsq; procellis
Vertitur, & trepidam quatiunt vada salsa carinam.

N ij Per-

E
christus
vt elemē-
tis imperas

Sedulius.

DOMINICA QVARTA

Perculerat formido animos, seseque putabant
 Naufraga littoreis iam tendere brachia faxis.
 Ipse autem placidum carpebat pectore somnum,
 Maiestate vigil, quia non dormitat in æuum.
 Qui regit Israel, neque prorsus dormiet vnquam.
 Ergo vbi pulsa quies, cunctis clamantibus vna
 Voce simul, miserere Deus, miserere perimus,
 Auxilio succurre pio. Nil vota moratus,
 Exurgens dominus validis mitescere ventis
 Imperat, & dicto citius tumida æquora placat.

G *Costantiae documentum* Dedit sanè per hæc omnia nobis dominus figurâ & doctrinæ imaginē (vt dicit Origenes) vt & nos in omni cōturbatione & contumelia patientiam teneamus, stabiles simus, fidem non deseramus. Et si omnis iste mundus, quā mare, ebulliat atq; in furorē cōsurgat, & si omnes venti & vertigines dæmonū vndiq; sæuiāt: & si omnis principatus & potestas mūdi, quasi quædā maris tempestas, cōcitetur, & in iracūdię tumore spument, & furiāt super sanctos: & si adhuc vsq; ad cœlos & fremitus concitantes abuersum vos, nolite timere, nolite turbari, nolite contremiscere, nolite deficere. Omnes enī quotquot in fidei nauicula cū domino nauigatis, & si ipse dormiat, pio somno nostram patientiam & tolerantiam expectās, vel impiorum pœnitentiam & conuersionem sustinēs, alacriter ad eum accedite, orationibus instātes, & cū propheta dicentes: Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repelas in finem. Et ipse surgēs imperabit vētis, id est, his ab-reis dæmonū spiritibus. Ipsi enim cōmouent huius seculi potestates, quasi quasdā maris tempestates, ad persecutionem sanctis omnibus immittēdā, ad cōtumelias fidelibus ingerēdas. Omnibus dominus imperat, omnibus cōminatur, omnia mitigat, facitq; & circa corpus & spiritū tranquillitatem magnā, pacē ecclesiæ, & mūdo serenitatē.

Tentatis vt adest Christus. Quo modo nanq; sapius concilia infidelium commota sunt aduersus veram & firmam Ecclesiam? Aliquoties per ganorū, aliquoties hereticorū, quanta ferocitate huius seculi principes quasi maris fluctus violētī irruerūt, perdere prorsus Ecclesiæ filios se posse arbitrātes? Sed surgens Dominus increpauit dæmonum ventos, & omnes euanescere fecit audaces fidei aduersarios, magnāq; pacē & tran-

tranquillitate
 (Hinc aduer-
 neminem po-
 eticium fidei
 spiritalis pro-
 rem excitet
 si iam non do-
 ne nostri torp-
 mox orta nob-
 citemur. No-
 ligui, qui tem-
 Certum est
 pe causam est
 dat in hac na-
 fuisse periclit-
 no scriptum e-
 rum, & nolite
 ramini in pe-
 Non turbat
 ladam habet
 parent, ipsar-
 lūis meritis s-
 lit bonis mu-
 forarum pura-
 tat massam
 (Hic in serm-
 nize: Anathe-
 oram hostib-
 minatus est s-
 tam redunda-
 nates filios de-
 permittent
 man, mox li-
 bus pleno fla-
 Quam igitur
 uesti rector
 aduerte (vt ia-
 nauigere, di-
 um Christo-
 filius deum c-
 pacem arc-
 etui deo, ne

tranquillitatem dedit ecclesiæ.

(Hinc aduertendū est, vt dicit Ambrosius, sine tentatione
neminem posse ex hoc vitæ curriculo demigrare, quia ex-
ercitium fidei tentatio est. Subiecti igitur sumus nequitix
spiritualis procellis Sed quasi peruigiles nauix gubernato-
rem excitemus qui non seruiat sed imperet ventis. Qui &
si iam non dormiat sui corporis somno caueamus tamen
ne nostri torporis somno nobis dormiat & quiescat: & sic
mor orta nobis tentatione, quasi quadā tempestate, peri-
citemur. Non enim desunt siue homines siue spiritus ma-
ligni, qui tempestatem nobis suscitare præsto sint.

(Certum est enim malorum hominum cōmercia persæ-
pe causam esse periclitationis bonorū. Quum ergo & Iu-
das in hac nauicula cū discipulis fuerit quis miretur hanc
fuisse periclitatā? vnde & præcipiente per Moysen domi-
no scriptum est: Recedite à tabernaculis hominū impio-
rum, & nolite tangere quæ ad ipsos pertinent, ne inuol-
taminī in peccatis eorum, & pereatis. Hinc Ambrosius:
(Non turbatur nauis quæ Petrum habet, turbatur ea quæ
Iudam habet. Nam & si in hac discipulorum merita nauig-
arent, ipsam tamen proditoris perfidia agitabat. Et qui
suis meritis firmus erat, turbabat alienis. Si ergo vnus ma-
lus bonis multis immixtus periculum parit omnib⁹, quid
facurum putas si multi mali ceterorum qui mali non fue-
runt massam fermentauerint?)

(Hic in sermone domini Iosue ad multitudinem populi
Israel: Anathema in medio tui est Israel non poteris stare
inter hostibus tuis donec deleatur ex te qui hoc conta-
minatus est scelere. Ecce vt hominis vnus flagitium in to-
tam redundat multitudinem. Testatur proinde scriptura
inter filios dei apparuisse etiā Satan, idque effecisse deo
permittente, vt Iob vir sanctus & bonus opibus suis pri-
uatus, mox liberis priuatus, dehinc toto corpore vulneri-
bus pleno flagellaretur.

(Quum igitur videas etiam Apostolos quibus dominus
abest tentationum secularium procella turbari, vel ex hoc
morte (vt iam dictū est) neminē sine tētatione hanc vitā
transigere, dicente Apostolo: Omnes qui piē volunt viuere
in Christo Iesu, persecutionem patientur. Sed diligen-
tius deum omnia cooperatur in bonum. Vnde & per Ra-
phaelem archāgelum ad Tobiam dicitur: Quia acceptus
est deo, necesse erat vt tentatio probaret te.

H
In nauē
christus
dormit.

vnde piū
periculi.

Num. 16

104n. 12.

Iosue. 7.

Iob. 1.

Cur p̄j tō
tatione
pulsatur.

2. Tim. 3.

Roma. 8.

Tob. 12.

DOMINICA QVARTA

¶ Sed & nūc quoque tētationum procellis & nos & totam Ecclesiam agitari permittit Deus, vt ad ipsum inter angustias supplices confugiamus, & ipsius opem qui solus est tūtis eripere nos potest malis imploremus, exemplo sancti regis Iosaphat, qui circumseptus angustiis ad Deū supplex ait: *Quum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Dormit ergo & nobis interdum Christus, vt vel periculorum vrgētium necessitate compulsi, acquiescamus ei qui nos commonefacit, dicens: Omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.*

I ¶ Vt autem scias quanta dominum debeas inuocare fiducia, audi ipsum per Psalmistam dicentem: Inuoca me in die tribulationis eruiam te & honorificabis me. Et rursum de iuuocante se. Quoniam, inquit, in me sperauit liberabo eum, protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Et tu ergo per ipsius opem superata tentatione ereptus à tribulatione malorum & dolore gratias agens Deum glorifica eorum exemplo de quibus in litera subditur:

Porrò homines mirati sunt dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei.

¶ Vbi notatur quartū videlicet, sedatis fluctibus hominū admiratio, Ait enim: Porrò homines mirati sunt. Qui homines, inquit Origenes. Et respōdet, scilicet hanc habentes nauiculam. Non putes hic per homines Apostolos significatos. Nusquam enim inuenimus præter honorem cognominari domini discipulos, sed semper aut Apostoli aut discipuli nominantur. Mirabantur illi homines, hi qui cum eo nauigabāt, hi quorum erat nauicula, hi qui in nauicula sese transgebant, hi mirabantur.

¶ Et quidem admiratione dignum fuit mare à profundo commotum mitigari eiusque elatos deplacari fluctus, ferentes compeisci ventos.

K ¶ Nec tamen interrogantes dicunt. Qualis est iste, sed aliter Christus serentes quod hic talis est, cui mare & venti obediunt, vt Moysē Qualis est iste, hoc est quantus, quā fortis, quā potēs, & Heliam quā magnus. Maior est Moysē, potentior Heliam. Equibus vnus ligno mari percusso cum labore mare discedit, alius ictu melotæ Iordanem pertransiit. Iste verò vnus

Vnde nobis fiducia.

*Christus
vt Moysē
& Heliam
maior.*

verbo

DOMINICA QVARTA

quam ascendit, nulla melius quam dominicæ passionis accipitur arbor. Cuius beneficio fideles quique adiuvi, cunctis mundi fluctibus, habitatione patriæ cœlestis quasi stabilitatem securi littoris obtinent. Quod autem ipse in nauiculâ cum discipulis ascendit, quid significet, alibi reperit, quem prænunciato passionis resurrectionisque misterio, mox dicebat ad omnes: Si quis vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Sequitur ergo eum discipuli eius, qui assidue carnis mortificatione, aut pro ipsius amore perpessus tormentis, vel ipsa etiam dura morte ipsum imitantur.

Matt. 16

M
passionis
christi
ty
pus.

¶ Discipulis autem nauigantibus Christus obdormiuit quia calcantibus seculum fidelibus, futuri que regni quædam animo meditantibus, & vel secundo spiritus sancti fluminis vel proprii remigio conatus, infidos mundi fastus certatim post terga iactantibus, tempus, subito dominicæ passionis aduenit. Domino ergo puppim crucis (qua somni mortis carperet) ascendente, fluctus blasphemiarum persecutorum, dæmoniacis excitati procellis, adsurgunt. Quibus tamen ipsius patientia turbatur, sed discipulorum inbecillitas concutitur, trepidat, periclitatur. Itaque perhibente in cruce Christo, quasi magnus in mari motus factus est quando magna in elementis mundi fuit facta mutatio.

Lucæ. 23.

1. cor. 1.
ipse dormiebat.

Nam & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, & templum templi scissum est in duas partes, à summo usque deorsum & terra mota est, & petreæ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & quasi nauicula operiebatur fluctibus, quando omnium mentes contra crucem fluctuabant. Nam crucifixus insultabat latro & iudei blasphemabantur discipuli vacillantes trepidabant. Iudeis etiam facta est causa scandalum, Gentibus autem stulticia. Ecce quàm magnus motus contra nauiculam Christi motus. Ipse vero inter tantarum commotiones dormiebat, nã emisso in cruce spiritu, mortis somnum accepit. Suscitant autem dominum discipuli ne huiuscemodi fluctuum feritate dispereant, quia crucis mortem viderant, maximis votis resurrectionem quaerunt, ne si diutius ipse morte carnis sopiretur, eorum mentes spirituali in perpetuum morte periret.

Expergitur.
scitur.
Mar. ult.

¶ Porro surgens à somno mortis primum increpat eorum fidei pusillitatem. Nam (ut dicit Marcus) exprobrauit illorum credulitatem illorum & duritiam cordis. Dehinc ventum imperat

imper
am str
bat mo
fecit, q
do lab
facta
hæc or
diunt e
¶ Porro
imbuti
conscie
qui non
israel, s
æquor
tum ni
uorum
dor obi
ma ref
¶ Veru
bernate
est) nō
scet, re
¶ Libet
liter be
ber, in
post ce
electi c
negotii
mortal
ne supe
mero s
infirmis
¶ Alibi
sciumq
ipse fra
diceret
tia tunc
mersæ
no nau
& luda
toris) d

imperavit, quia resurrectione celebrata diaboli superbi-
am stravit, dum per mortē suam destruxit eum, qui habe-
bat mortis imperium. Tempestatem etiam maris cessare
fecit, quia vesanam iudæorum rabiem de sepulchro surgē-
do labefecit, & sic tandem confirmatis in fide discipulis
facta est tranquillitas magna. Nos verò homines vidētes,
hæc omnia, dicimus: **Quis est hic?** quia venti & mare obe-
diunt ei.

¶ Porro nos quoque singuli, quum signo dominicæ crucis
imbuti, seculum relinquere disponimus, nauem profectō
conscendimus, cū Iesu stagnum transfretare conamur. Sed
qui non dormitavit, neq; obdormiet, custodiens semper I-
srael, sæpe tamen nauigantibus nobis, quasi inter fremitū
æquoris obdormit, quādo crebrescente inter medios virtu-
tum nisus, vel immundorum spirituum, vel hominum pra-
uorum, vel ipso nostrarum cogitationū impetu, fidei splē-
dor obtrebescit, spei celsitudo contabescit, amoris flam-
ma refrigescit.

¶ Verū inter huiusmodi procellas ad illum necesse est gu-
bernatorē curramus, illū seduli excitemus, qui (vt dictum
est) nō seruiat, sed imperet ventis. Vox tēpestates compe-
scet, refundet tranquillitatem, portum salutis indulgebit.

¶ Liber inter hæc discussa apostolici nauigij varietate, qua
liter bonos suū secretum iuuet, malorū ve permixtio tur-
bet, intueri. Ecce enim (vt à perfectioribus inchoemus)
post celebrata dominicæ resurrectionis solennia septem
electi discipuli nauem piscaturi ascendunt, & quia Petrus
negociis secularibus exierat, iam dominum in littore im-
mortalitatis stantem cernere, iam cum illo epulari, iā ma-
ne supernæ lucis aspirāte, mystico magnorum piscium nu-
mero sua retia impleta, nec tamen rupta suscipere, atque
infimis seculi fluctibus extrahere meretur.

¶ Alibi Petrus iubente domino retia laxat in capturam pi-
sciumque comprehendit multitudinē copiosam. Sed quia
ipse fragilis adhuc animi fuerat, ita vt Christo tremens
diceret: Exi à me, quia homo peccator sum domine, & re-
tia tunc rupta sunt, & si non socij adiunxissent, naues etiam
mersæ subsiderent. Item in hoc loco discipuli cum domi-
no nauem conscendunt, mare adeunt, sed quia intererat
& Iudas, & dominus in puppi (quæ sedes erat governa-
toris) dormisse, & ventus pontusque de foris sæuissime perhi-
bentur

N

Beda.
Nauigare
& pericli
tari mysti
cè.

O

Gregor.
Ioan. vlt.

Boni vt
gaudent,
tranquilli
tate.

Luc. 8. 5.

Tēpestas
propter
malos.

DOMINICA QUINTA

bentur. Nam & si multa illic discipulorum merita nauigabant, tamen (vt dictum est) adhuc eam nauem perfidia proditoris agitabat.

Act. 10. ¶ Item Paulus cum fratribus Ierosolymam nauigans, & die Pentecostes ibi spiritussancti gaudia celebrare festinans, recto cursu cuncta peragrat. Porro ab Ierosolymis Romam relegatus, quia cum infidelibus iter agit, mare furit, venti refragantur, imber imminet, frigora fatigant, astra obnubilant, terra negatur, triticum in mare iactatur, nauis armamenta tolluntur, ipsa postremò nauis arenis illisa dissoluitur, nauæ quæ non agnoscunt terram, nauis petunt. Et qui vndas seculi onerati cupiditatibus subierit, eodem aduersante seculo, vix nudi euadunt. Iuxta quoddam Apostolus ait: Ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem.

1. Cor. 3.

DOMINICA QUINTA
POST EPIPHANIAM

Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Mat. 13.

¶ In hac sancti Euangelij lectione tria notantur. Primum est, agri mystici diuersa seminatio. Secundum est, ligni seminis crescentis deprehensio. Ibi: Accedentes ergo serui. Tertium est, patrisfamilias iuxta prouidâque discretio ibi: Serui autem dixerunt.

¶ Circa primum tria notantur. Primum est, boni seminis in agro seminatio. Secundum, maligni seminis fraudulenta superfeminatio. Ibi: Quum autem dormirent. Tertium, vtriusque seminis in germine manifestatio. Ibi: Quum item creuisset herba.

Diabolus quid seminat. ¶ Circa primum aduerte, quod nullus vnquam tam purum in agro suo sparsit semen, quin & herbae malae simul eorentur. Vnde & Dominus noster Iesus Christus licet purus & optima virtutum & doctrinae semina per se & per Apostolos suos seminauerit in hoc mundo, tamen quia diabolus diuinorum operum peruersus æmulator, semina errorum & vitorum (semina utiq; mala & venenosa) in eodem mundi istius agro superfeminavit in graue boni seminis

minis
fentis
¶ Sim
Eccle
in agr
rus
¶ Siqu
& ips
seipsu
semen
¶ Vbi
triple
deles
¶ Sanct
semen
tur, vt
rum &
seruat
minet
mista.
¶ Adh
nisce
verbi
lescit.
nima
Hoc e
uersu
¶ Secu
scriptu
ipse d
semen
Az F
piz vi
¶ Tert
grana
conco
fortitu
semin
¶ Cau
& im
lat. S

minis detrimētum zizania copiosa succrescunt prout presentis sancti Euangelij parabola manifestat.

¶ Simile, inquit, factum est regnum cœlorum, id est, status Ecclesiæ militantis, homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Ostensurus qualis & iam sit, & qualis sit futurus status Ecclesiæ parabolam hanc loquutus est.

¶ Siquidem iuxta hanc similitudinem, suum bonum semē & ipse seminauit, Vnde & in expositione huius parabolæ seipsum seminatorem appellat dicens: Qui seminat bonū semen, est filius hominis. Ager autem est mundus.

¶ Vbi est aduertendum, q̄ cœlestis hic seminator, semen B
triplex seminauit, videlicet, verbum veritatis in mundo, si Triplex se
deles quosque in Ecclesia, & virtutes in anima. men Chri

¶ Sanē verbū veritatis (id est, verbum Christi) cōueniēter stus semi-
semen appellatur, nam sicut semen intra terram recondi- nat.

tur, vt illic forum, opportuno germinet tempore, sic nimirum & verbum Dei per auditū in corde credentis receptū seruatur vt tandem aliquādo per propositum pietatis germinet, & in operibus bonis afferat fructum. Vnde ait Psal mista. In corde meo abscondi eloquia tua.

¶ Adhæc, sicut semen terræ mandatū, nisi virtute influxionis cœlestis nō succrescit, ita sine irriguo gratiæ supernæ, verbi semē mente receptū, ad fructum boni operis conualescit. Deniq; sicut semē animantiū est alimentum, sic & anima fidelis viuūt in omni verbo quōd ꝑcedit de ore Dei Hoc ergo semē pi^o ac cœlestis agricola Christus per vni- Deut. 8.
uersū mūdū, siue per se, siue per suos, seminādo disperfit.

¶ Secundū semen sunt homines pij & fideles. De quibus Esaiæ. 61.
scriptum est: Isti sunt semen cui benedixit Deus. Vnde & ipse dominus parabolā per seipsum exponens, ait: Bonum semen sunt filij regni. Seminantur autē electi in agro sanctæ Ecclesiæ à Christo, vt & verbo doctrinæ, & exemplo piæ vitæ fructificent, spirituales Deo filios generantes.

¶ Tertium semen sunt animi virtutes, cuius feminis quasi grana sunt, fides spes, charitas, humilitas, patientia, pax, concordia, misericordia, iustitia, prudentia, temperantia, fortitudo, & huiusmodi. Talia enim diuinæ benedictionis semina in animas fideles spargit Christus.

¶ Cauendum verò est, ne diabolus quasi volucris rapax & immunda, cordis agrum depasturus, hoc semen tollat. Sed & piis satagendum est precibus quatenus apud

nos

DOMINICA QUINTA

Esaie. 17 nos hæc sancta semina in operibus bonis pullulando proficiant, iuxta quod per Esaïam dicitur: Manè semen tuum florebit. Porrò geminū salutis semen humanis mentibus Christus venit inspergere, gratiam videlicet & veritatem Vidimus (inquit Euangelista) gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis, vt videlicet veritatem intellectui, gratiam affectui seu volūtati infundat, vt intellectum illuminet veritas, & per desideria pia affectum dirigat, & rectificet gratia.

¶ Veritas piam mentem imbuens, producit in ea cognitionem sui, cognitionem mundi, cognitionem Dei.

¶ Porrò semen gratiæ quod seminatur in affectu, per desideria sancta exurgit in fructum bonorum operum, alioqui in vanum id homo accepisse videbitur, & ideo tollitur ab eo. Quumq; fuerit nudatus gratia, mox hunc malitia occupabit. Vnde per Prophetam dominus loquitur, dicens: Væ illis quū recessero ab eis. Quū recessisset à Saul

Osee. 9.

1. Reg. 16

spiritus domini bon^o, inuasit vexauitq; eū spiritus malus.

¶ Circa secundum, quod est maligni seminis fraudulenta superfeminatio, subditur in litera:

Quum autem dormirent homines, venit inimicus eius: & superfeminavit zizania in medio tritici, & abiit.

¶ In agro mentis humanæ non nisi bonum semen dominus inspergit (vt dictū est) sed suo vitio profert zizania. Vnde *Osee. 13.* per Prophetam: Perditio tua, inquit, ex te, ex me tantum *Leuit. 19.* auxilium tuum, *Qui* & in lege præcepit, dicens. Non feceris agrum tuum diuerso semine. Contrarium faciunt ij qui quum à malis cessare nolunt, gestiunt quæ bona sancta facere.

Malorum omniū causa duplex.

¶ Sanè malorum omnium quæ geruntur duplicem hinc dominus causam assignat, Videlicet hominum negligentiam, & malitiam dæmonum. De prima dicit: Quum autem dormirent homines, id est, negligenter agerent, & sancti negligenter salutem animarum. Secundum Augu. Quum dormirent homines, id est, negligenter se gererent præpositi Ecclesiæ, non attendentes nec vigilantes super gregē suū tunc venit inimicus homo, id est, diabolus, Dei & omnium bonorum aduersarius & inimicus.

¶ Aduerte, q̄ sicut in hac parabola Deus se hominem nancupat, sic etiam diabolū qui & ipse rationis est particeps hominem

hominem appellat. Itaq; negligenter agentibus tam subditis quàm prælatis, diabolus fraudi opportunum tempus esse ratus clam venit, quia plerunque etiã in angelum lucis se transfigurans, sub specie boni periculosus tentat. Venit ergo & superfeminavit zizania, quod dominus exponens dicit: Zizania, hi sunt filij nequam, videlicet adulteri, raptores, vsurarij, homicidæ, hæretici. Hi enim sunt semen diaboli. Quibus per Esaiam terribiliter Dominus intonat, dicens: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Et hos quidẽ in medio tritici disseminat.

¶ Diabolus enim semper quærit pessimos homines bonis immiscere, vt eis sint impedimento & scandalo. Vnde & apud Esdram dicitur: Mixtum erat semẽ sanctum alienigenis gentibus terræ.

¶ Alienigenæ sunt homines fraudulentij & peruersi, aliorumque peruersores, præsertim hæretici, vulpes Sansonis, caudis iuncti, id est, pari malignitatis spiritu (tamen diuersis viis) ecclesiæ catholicæ quasi vastandæ segeti supplantandæ cõcordes. Huiusmodi pestilentissimos homines, pro dolor, dormientibus iis quorum intererat vigilare, vbique locorum, his nostris periculosiss, & (si vera est cõiectura) nouissimis temporibus diabolus disseminavit.

¶ Venit, inquit, inimicus eius, id est Christi, diabolus, & superfeminavit zizania. In agro enim huius mudi, vbi Christus seminavit doctrinã fidei & veritatis, superfeminavit errores, hæreses, & infidelitatẽ. In agro ecclesiæ vbi Christus seminavit homines pios & bonos, nepe filios regni, superfeminare non cessat homines impios & pessimos, vtiq; nutrimẽta gehænæ, filios perditionis. Deniq; in agro animæ, vbi Christus per spiritũ sanctũ seminavit virtutes & pia merita, diabolus superfeminat iniquitates & peccã.

¶ Et aduerte, quia diabolus nullum proprium agrum habet, sed mala atq; pestifera semina sua semper spargit in alieno, id est, in agro Dei. Siue enim nomine agri mundus intelligatur, siue Ecclesia, siue anima humana, omnes isti agri Dei sunt. Mundus enim est suus creatione, cõseruatione, gubernatione: Ecclesia sua est, institutione & redemptione: Animas autem suas esse ipse per Ezechielem testatur, dicens: Ecce omnes animæ meæ sunt. Licet ergo multa habeat diabolus semina, quia tamen agrum proprium

1. cor. 12.
Zizania
quid.

Esai. 1.

Malos
diabolus
immiscet
bonis.

3. Esdr. 8.

E
Christus
& diabo-
lus vt cõ-
traria se-
minant.

Ezech. 18

DOMINICA QVINTA

prium habet nullum, ea in agrum Domini, vt hunc vitiet, inspergit.

Semē diaboli quale ¶ Porro quoniam varia sunt quæ Deus seminauit in agro suo semina benedictionis & gratiæ, & ipse inimicus, diuinorum operum peruersus æmulator (vt dictum est) contraria semina non cessat superfeminare. Vt (verbi gratia) contra semen fidei, hæreses & perfidiam, contra semen charitatis, inuidiam, contra semen cōcordiæ & vnanimi- tatis, schismata, sectas, & bella, iuxta quod per Salomonē dicitur: Omni tempore iurgia seminat. Contra humilitatem, superbiam: contra mansuetudinem, iracundiæ furorem: contra castitatem, omne genus spurcæ libidinis: cōtra misericordiam, crudelitatem, cōtra iustitiam, iniquitatem: contra largitatem, rapacem seminat auaritiam.

¶ Hæc & huiusmodi scelera dum cogitatione apprehenduntur, vtique diaboli semina iaciuntur. Dum delectatione fouentur, germinant: dum opere perficiuntur, morti fructificant, & dum homines in diabolicam atque brutalem trāsformant sceditatem, quasi oppresso tritico totum agrum zizania occupant. Vnde Boëtius.

F ¶ Cōstans est, quod versi in malitiam, humanam quocumque amifere naturam. Nam quum vltra homines quemquam prouehere sola probitas possit, necesse est vt quos ab humana conditione deiecit, infra hominis meritum deiciat improbitas. Euenit igitur, vt quem transformatum vitii videas, hominem æstimare non possis. Auaritia seruet alienarum opum violentus creptor, lupi similem dixeris. Ferox, atque inquietus, linguam litigiis exercet, cœni comparabilis. Insidiator occultus surripuisse fraudibus gaudet, vulpeculis exæquetur. Iræ intemperans fremit, leonis animum gestare credatur. Pavidus ac fugax, non metuēda formidat, ceruis similis habeatur. Segnis ac stupidus torpet, asinum viuit. Leuis ac inconstans frustra permutat, nil ab auibus differt. Fœdis immundisque libidinibus immergitur, sordidæ suis voluptate detinetur. Ita fit vt qui probitate deserta homo esse desierit, quum in diuinam conditionem transire non possit, vertatur in beluam. Vnde consequenter de Vlyssis sociis canit, dicens:

Vela Naritij ducis,
Et vagas pelago rates.

Lib. 4.

Prosa. 3.

*Homine
vt vitia
transfor-
mant.*

Nota.

Eurus
Solis
Tacta
Vertit
Ille
Hic
Ille tig
Et lice
Obitu
Iam ta
Iam su
Et nih
Sola m
O leue
Memb
Intus e
Hac v
Dira q
Mentis
¶ His &
honore
sipient
tum fac
¶ Quod
lent pro
ment h
qui me
singuli
oblesan
rent, v
terra se
¶ Nō d
præde
instare.
lecebra
fundat
fallat g
seducat
nes, scr
quemqu
¶ Secūda

Eurus

Eurus appulit insulæ,	Pulchra qua residens dea
Solis edita semine,	Miscet hospitibus nouis
Tacta carmine pocula	Quos vt in varios modos
Vertit herbi potēs manus,	Hunc apri facies tegit,
Ille marmaricus leo	Dente crescit & vnguibus,
Hic lupis nuper additus	Flere dum parat, vlnlat,
Ille tigris vt Indica	Tecta mitis obambulat.
Et licet variis malis	Numen arcadis alitis
Obitum miserans ducem	Peste soluerit hospitis,
Iam tamen mala remiges	Ore pocula traxerant,
Iam sues cerealia	Glande pabula verterant.
Et nihil manet integrum,	Voce corpore perditis
Sola mens stabilis, super	Monstra quæ patitur gemit.
O leuem nimium manum	Nec potentia gramina
Membra quæ valeant licet	Corda vertere non valent.
Intus est hominum vigor	Arce conditus abdita.
Hæc venena potentius	Detrahunt hominem sibi,
Dira quæ penitus meant	Nec nocentia corpori.
Mentis vulnere sæuiunt.	

*vulnera
mentis no
centiora.*

¶ His & scriptura diuina cōsonat, dicens: Homo quum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et iterum: Vt iumentum factus sum apud te.

¶ Quod autem memorata diaboli semina in tātum præua-
lent proficiuntque, vt ram innumeros in beluas trāsfor-
ment homines, tria efficiunt. Primum est diaboli astutia,
qui mentes hominum sagaciter explorās, ad ea quæ vitia
singuli procliuiores sunt, inquirit. Non secus ac si hostes
obfessam urbem qua parte negligētius sit munita cōside-
rent, vel quomodo cautus quispiam terræ cultor, qua in
terra semina quælibet melius succrescāt. Vnde Leo papa:
¶ Nō desinit antiquus hostis deceptionū laqueos vbique
pratēdere & vt fidē credētium quoquo modo corrumpat
instare. Nouit cui adhibeat æstus cupiditatis, cui gulæ il-
lecebras ingerat, cui apponat incitamēta luxuriæ, cui in-
fundat virus inuidiæ. Nouit quē mœrore cōcutiat, quem
fallat gaudio, quem metu opprimat, quem admiratione
seducat. Omnium discutit consuetudines, ventilat actio-
nes, scrutatur affectus, & ibi quærit causas nocendi, vbi
quemque vi derit studiosius occupari.

¶ Secūda ca usa virulenti profectus diabolicorū seminū
est

DOMINICA QVINTA

*Innata
cocupiscē
tia.*

Gene. 3.

Prou. 24.

*Humana
sordida.*

est corruptæ naturæ praua concupiscentia, quasi quædam malitia terræ. Vnde & prothoparenti ob præuicationis culpam à domino dictū est: Maledicta terra in opere tuo. Spinæ & tribulos germinabit tibi. Siquidem mortalitatis nostræ corrupta natura, præsto semper est malarum suggestionum semina suscipere, & suscepta fouere, & ea per opera mala quasi in segetē mortiferā celeriter excitare.

¶ Tertia rei huius causa, est humana pigritia quæ negligit vitiorum mala germina extirpare. Vnde per Salomonem dicitur: Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti. Et ecce totum repleuerant vitiæ, & operuerunt superficiem eius spinæ, & maceria lapidū destructa erat. Quod quum vidissem, posui in corde meo, & extēplo edici disciplinā. Vsq̄uequo piger dormis? vsquequo de sono cōsurges? Parum dormies, modicum dormitabis, pro xillum manus conferes, vt quiescas, & veniet tibi quasi cursor egestas, & mendicitas quasi vir armatus.

¶ Circa tertiū, quod est vtriusque seminis in germine manifestatio, subditur:

Quum autem creuisset herba & fructum fecisset, apparuerunt & zizania.

H ¶ Crescit herba seminis Christi irriguo gratiæ, & pluuio spiritus sancti, dum augetur profectus in intellectu sacre scripturæ, dum accrescit numerus piorum & spirituum virorum, denique dum progreditur anima de virtute in virtutem. Fructificat autem totum hoc semen diuinitatis vitæ æternæ præmium præparatur.

*Virtutū
cōpara-
tione vi-
tia appa-
rent.*

¶ Quum ergo semen Christi modo quo dictum est proficit, tunc dicuntur apparere & zizania. Quia nisi comparatione virtutum, vitia non apparent. Sicut autem non apparet differentia zizaniorum & tritici in herba, nam sunt similem vtraque herbam habent, ita etiam quantum ad ea quæ foris apparent, exigua frequenter vel nulla est differentia inter semen Christi, & semen inimici. Sed quum nemo diu potest fictam ferre personam, diuersitas tandem in fructibus operum deprehensa conuincitur, in quo quod in Euangelio Dominus ait: A fructibus eorum cognoscetis eos.

Matt. 7.

¶ Proinde quum semen verbi Dei profecerit in sacre scripturæ intelligentiam, tunc apparent zizania, quia de-

prehens
fallitas
¶ Rursū
na virtū
huiusm
ne Chri
¶ Deni
bam &
parent
virtutib
dem sic
vtraque

Acc
Domin
de ergo
¶ Hic de
Vbi duo
gatio. A
ait illis.
¶ Circa
milias,
cum diff
gelis, qu
boli sem
bonum t
quasi du
sed adm
thore ha
familias
iam dict
lius vll
nino pot
malitia
¶ Circa
Et a
¶ Iste ho
a uerte
dent ziz
pius ad l

prehenditur quantum à sacrae doctrinae veritate deuiet
fallitas errorum.

¶ Rursus quum fideles homines & iusti, sanctis in Eccle-
sia virtutibus fructificat & elucent apparent zizania, dum
huiusmodi bonos & iustos, mali & iniqui soloque nomi-
ne Christiani gratuitis odiis persequuntur.

¶ Denique quum anima fidelis è semine virtutum her-
bam & fructum operationis sanctae produxerit, tunc ap-
parent zizania, quia tunc anima ipsa quantum distent à
virtutibus vitia, diiudicat, & internoscit Manifesta siqui-
dem sic ei fraudulentia daemones. Et certa iudicat inter
utraque.

¶ Circa secundum principale dicitur:

*Accedentes autem serui patris familias, dixerunt ei:
Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vn-
de ergo habet zizania?*

¶ Hic describitur maligni seminis crescentis deprehensio.
Vbi duo notantur, vnum est, querula seruorum interro-
gatio. Alterum, patris familias ad seruos responsio, ibi: Et
ait illis.

¶ Circa primum dicitur: *Accedentes autem serui patris fa-
miliæ, videlicet, postquam illis fraus innotuisset, dixerunt
cum displicentia & dolore (displicet enim tam sanctis an-
gelis, quam bonis & piis hominibus, quod pestiferum dia-
boli semen vbique inualefcit) Domine, inquirunt, nonne
bonum semen seminasti in agro tuo? Hoc interrogant, non
quasi dubij quin solummodo bonum semen seminauerat,
sed admirando & dolendo. Quomodo ergo, id est quo au-
thore habet tuus ager zizania? Licet enim sciant patrem-
familias in agro suo non nisi bonum semen seminasse (vt
iam dictum est) utique semen Euangelicæ gratiæ quo me-
lius vllum sicut nec seminator alius melior vllus esse om-
nino possit, non tamen plenè nouerunt, vnde zizaniorum
malitia superuenerit*

¶ Circa secundum, quod est patris fam. responsio dicitur:

Et ait: Inimicus homo hoc fecit.

¶ Iste homo & seminatis & seminis fuit inimicus. Vbi est
advertendū quod sancti hoīes (qui Dei serui sunt) quū vi-
dent zizania simul oriri cum tritico, valde affliguntur &
pius ad Deū precib⁹ accedētes, modesta cōsideratione in-
quirunt

DOMINICA QUINTA

Matth. 13.
vnde.

quirūt, vnde tam multi mali seminis sit origo, intra sem-
ditatione sancta dicentes: Domine, nonne bonum semen
seminalisti in agro tuo? Certe sic. Scriptum est enim: Vidit
Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, quæ admo-
dum & valde bona sunt quæ docēs est loquutus. Vnde er-
go in agro tuo tam pernitiōsa zizaniorum abundantia?

Gene. 1.

*Mani-
chæorum
vnde er-
ror.*

¶ In inquisitione rei istius, scilicet vnde esset malum, non
accesserūt Manichæi heretici ad patrem familias Deum,
vt ab illo quærerent veritatē, sed putātes se esse sapiētes,
quum essent stulti, suo sensui adhæserūt, & suggerēte dia-
bolo, duo principia vnū omnium bonorū Deum, alterum
omnium malorum diabolum, sibi statuerūt. In hac etiam
quæstione cōfiteatur beatus August. se longo tēpore labo-
rassē. Tandem autem docuit eum Christus, quia malū nō
est aliqua substātia aut res subsistens, seu creatura, sed ni-
tum est defectus, & priuatio boni, & ideo nec ppriē cau-
sam habet efficiētē, sed deficiētē. Diabolus enim ppriē
non causa peccati est homini, alioqui efficeret, vt homo
incessanter peccaret (causa enim est, ad cuius esse sequi-
tur aliud) sed tantummodo malum suggerendo peccandi
occasionē offert homini. Vnde & dominum tentans, ait

*Peccati
causa.*

Matth. 4.

Mitte te deorsum. Non enim potest hominem in peccati
ruinā præcipitare, sed vt sese homo præcipitet suggerit.

¶ Itaque diabolus peccati occasionem præstat suggeren-
do, voluntas autem hominis deficiens, non efficiens pec-
catum facit, suggestioni vel concupiscentiæ vitiosæ libe-
rè consentiendo. Et ideo dicitur, quia inimicus homo,
est, diabolus hoc fecit, primus enim peccatum ipse sug-
gessit. Sed quia sola peccati suggestio ad peccatum non
imputatur si non accesserit voluntatis consensus (sed haec
duo simul peccatum consummant) ideo inimicus, & ho-
mo, malum hoc faciunt.

Ioan. 8.

¶ Diabolus ergo contra bonum veracis doctrinæ semen
suggerit falsitatem, quia mendax est & mendacij patet,
quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, & idem
ipse per homines mendaces & prauos (qui & ipsi sunt se-
men nequam) quibus saluatoris voce dicitur: Vos ex pa-
tre diabolo estis, & opera patris vestri vultis facere. Et
peruersæ doctrinæ zizania in Ecclesia, & in credentium
cordibus vitia seminare non cessat.

¶ Circa tertium principale dicitur:

Ser

¶ Hic

tio. Vt

præsto

seret

nimis

ctar

pore n

ibi: Tr

¶ Circa

dictum

dat int

semen

versas

quod ip

derate

sempe

prauen

qui vos

¶ Et ar

uerent

agro et

irrequi

prohib

qui pos

præsto

pios de

dere in

Loth iu

¶ C

Et a

ctis si

¶ Itaq;

respon

tia coll

& triti

ticum.

hoc sol

nia sun

Serui autē dixerūt ei: Vis imus & colligimus ea?

¶ Hic ostenditur patrisfamilias, iusta prouidāque discretio. Vbi per ordinem sunt quinque notanda. Primum est, præsto seruorū obsequutio. Sed ipsa patrisfam. librata discretio ibi: Et ait illis, Non. Ter. vtriusque seminis longanimitas expectatio, ibi: Sinite vtraque. Quartum est, expectatæ germinationis opportuna collectio, ibi: Et in tempore messis. Quintum est tritici purgati digna repositio, ibi: Triticum autem.

¶ Circa primum, quod est præsto seruorum obsequutio, dictum est: Vis imus & colligimus ea? Vbi secundū Aug. dat intelligi seruorū nomine ipsos fideles, qui & bonum semen dicuntur. Ex diuersis enim signationibus vna res diuersas similitudines recipit, sicut & de se Dominus ait, quod ipse sit ianua & quod ipse sit pastor. Boni igitur desiderantes separationē malorum de medio iustorum quibus semper sunt infesti, cupiunt eos tolli, ne per eos boni deprauentur. Vnde Apostolus: vtinam, inquit, abscindantur, qui vos, conturbant.

¶ Et attende quāta sit seruorum erga patremfamilias reuerentia. Quum enim eo irrequisito inimicus homo in agro eius semē malum sparserit, etiā illud colligere serui irrequisita Domini voluntate non præsumunt. Nihil autē prohibet per istos seruos etiam sanctos angelos accipi, qui postmodum messorum nomine designantur. Ipsi enim præsto sunt accedente beneplacito diuinæ voluntatis, & pios de tribulatione malorum eripere, & in exitium perdere impios. Nam iidem angeli qui Sodomā subuerterūt, Lothi iustum inde educentes saluauerunt.

¶ Circa secundum, quod est patrisfamilias librata discretio, subditur in litera:

Et ait illis: Nō, ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul & triticum.

¶ Itaq; interrogātibus seruis irētnē & colligerent zizania, M respōdit paterfamilias: Nō, id est nolo quod zizania nascētia colligatis, ne fortè colligētes zizania, eradicetis simul & triticum. Ecce quemadmodum paterfamilias amat triticum. Sustinet enim malum semen in agro suo propter hoc solū, ne triticum eradicetur. Nā multi primum, zizania sunt, qui postea fiunt triticum. Qui nisi quum adhuc

O ij mali

De con.
Euang.
Ioan. 1.

Galat. 5.

Gene. 19.

Cur ma-
los susti-
net.

DOMINICA QUINTA

Hieron.

mali sunt, patiēter tolerātur, ad laudabilem mutationem non perueniunt. Datur ergo locus pœnitentiæ, & monemur ne cito amputemus fratrem, quia fieri potest, ut ille qui hodie noxio deprauatus est dogmate, cras relinquitur & incipiat defendere veritatem.

Eradicationis triplex

¶ Vbi est notandum triplicem prohiberi eradicationem, id est siue per excommunicationem, siue alias, vide licet, eradicationem festinatam, damnosam & suspiciosam. Festinata est, quam non præcedit admonitio. Damnosa, quando vel ipse princeps, vel multitudo est in culpa nisi illa palam redundet in contumeliam Dei vel Ecclesiæ catholicæ. Aliquando enim, vt di. Aug. tolerandi sunt mali pro conseruanda pace Ecclesiæ, ne schisma suboriat. Suspiciosa eradicationis est, quum is exciditur de cuius vel vitio, vel hæresi, certitudo sufficiens & omnimoda non habetur. ¶ Circa tertium, quod est vtriusque seminis longanimitas expectatio, subditur:

N

Dei longanimitas expectatio.

Sinite vtraque crescere, vsque ad messem.

¶ Sinite, inquit, vtraque, id est, & bonos & malos, crescere vsque ad messem, id est, vsque ad seculi consummationem. Permittit ergo dominus vt crescant simul boni & mali, vsq; ad præfiniti tempus iudicij. Interim enim proficiunt & crescant tam boni quam mali. Vnde in Apocalypsi angelus loquitur, dicens: Qui nocet, noceat adhuc, & qui in fordidibus est, sordescat adhuc, & qui iustus est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Itaque corripiat interim misericorditer homo quod potest, quod autem non potest patiēter ferat, & gemat ex dilatione. Turba autem iniquorum quum facultas est in populis promendi sermone generali obiurgatione ferienda est. De Deo autem certum est quod malos patienter expectat, vt conuertantur, aut vt per eos boni exerceantur & expurgentur.

Obiectio soluenta

Hieron.

Deut. 13.

1. Cor. 5.

¶ Sed quod hic dicitur: Sinite vtraque crescere vsque ad messem, videtur illi præcepto esse contrarium: Aufferet malum de medio vestrum, & nequaquam societatem habendam cum his qui fratres nominantur, & sunt adulteri & fornicatores. Si enim prohibetur eradicationis vsque ad messem tenenda est patientia, quomodo eiiciendi sunt quidam de medio nostrum? Inter triticum & zizania (quod lolium appellamus) quandiu herba est & nõdum culmus venit ad spicam, grandis similitudo est & in discernendo aut nulla

nulla
ne vb
sed D
cij ve
reatu

¶ Sin
res &
tos et
casion

heresu
plurin
esse, v

¶ Ad h
re qui
¶ Den
ritici
cicari

¶ Sed
in plen
stolus
stimul
milita
extirpa
domin
perfici
paleis,
est vtr

Et
mu
ren

¶ Mes
iudicij
angeli
seculi,
nia, id

terno
¶ Vide
men a
rio fier
metet

metet

nulla aut perdifficilis distantia Premonet ergo dominus, ne ubi quidam biguum est, cito sententiam proferamus, sed Deo iudici terminum reseruemus, vt quum dies iudicij venerit, ille nō suspicionem criminis, sed manifestum reatum de sanctorum cœtu eiiciat.

¶ Sinite vtraq; crescere, Si enim euellerētur omnes errores & falsa scripturarū intelligētia, eradicaret apud multos etiā studiosa inuestigatio veritatis. Etenim errorū occasione, in intellectu scripturæ ad ædificationem fidei & heresum confutationem. Deo ad gloriā, & sibi ad coronā plurimi profecerunt Vnde ait Apost. Oportet & hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant in vobis.

¶ Ad hæc (vt ait Aug.) improbatio hereticorū facit eminere quid Ecclesia Christi sēriat, & qd habeat sana doctrina.

¶ Denique si omnes mali tollerētur de Ecclesia, plurimū tritici eradicaretur, quandoquidem plurimi eorum exercitati persequutionibus vitam promerentur æternam.

¶ Sed diabolicas si prorsus tolli contingeret tentationes in plerisque eradicarentur animi virtutes. Vnde & Apostolus Paulus angelum Satanæ perpeffus est, qui in ipso stimulū carnis excitaret, ne ad salutē necessaria virtus humilitatis ipsius è mente ppter reuelationū magnitudinē extirparetur. Rogantes proinde vt discederet, respondit dominus: Sufficit tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate perficitur, quemadmodū & granū tritici suis circumdatum paleis, legitima quātitate maturefcit. ¶ Circa quartū quod est vtriusq; germinationis opportuna collectio subditur.

Et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.

¶ Messis appellatur tēpus metēdi Per messem ergo dies iudicij designatur. Messores autē exponente domino sunt angeli. In tēpore messis, inquit, id est, in consummatione seculi, dicam messoribus angelis: colligite primum zizania, id est, malos & impios à piorum contubernio sempiterno diuortio separandos.

¶ Vides, quod licet inimicus zizania seminauerit, non tamen ad eum pertinet eorū messis & collectio, sed imperio fiet patris familias. Ergo quod inimic⁹ seminauit, ali⁹ metet, iuxta illud: Alius est qui seminat, & alius qui metet.

O ii) tit.

O
ex malis
bona elici

1. Cor. 17.
7. confes.
cap. 19.

2 Cor. 12

P
10an. 4.

*Reprob-
rum in fa-
sciculos
colligatio.
Mat. 6.* tit nec mirum. Nō enim (vt suprā dictum est) in proprio, sed in agro seminauit alieno. Et alligate, inquit, ea in fasciculos ad comburēdum. Ecce consummatio hominum impiorum. Ecce vt fœnum agri in clibanum mittitur, fœnum vtique tectorum, in alto vanitatis ad breue crescēs, quod priusquam euellatur per mortem, iam per gratiæ cœlestis carentiam exaruit.

¶ Et benè dicit in fasciculos, non in fasciculo vno. Quia vnusquisque eorum pro modo suæ peruerſitatis punietur, & qui fuerint in pœna consimiles, similibus suppliciis cruciabūtur nempe superbi cum superbis, inuidi cum inuidis auari cū auaris, adulteri cū adulteris, vsurarij cum vsurariis, hæretici cum hæreticis, omnes pariter desperantes & blasphemi in suis quiq; fasciculis sempiternis gehēnæ incendiis exurētur, iuxta quod scriptū est: Et congregabuntur in incōgregatione vnus fascis in lacū, & cludentur ibi in carcere. Præmiserat loquens de mūdi huius amatorib; sub nomine terrę, dicens: Cōfractioe confringetur terra cōtritione conteretur terra. Et grauabit eā iniquitas sua, & corruet, & nō adiciet vt resurgat. Quomodo enim possent resurgere qui ligatis manibus & pedibus, id est, omni facultate semetipsos iuuandi iam priuati, proiecti fuerint in tenebras exteriores, in tenebras sempiternas?

*Consurge-
di impossi-
bilitas.*

Mat. 13.

¶ Sicut colliguntur (inquit dominus) zizania & igni comburuntur, sic & erit in cōsummatione seculi. Mittere filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Et præteritus de piis iustis, qui hic nomine tritici designantur, adicit, Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.

¶ Vnde & circa quintum, quod est tritici purgati digna repositio, subditur:

Triticum autem congregate in horreum meum.

*Iusti tritici
cum Dei.* Q Triticum, inquit, id est, iustos, qui in area mundi huius, flagellis, afflictionibus, & variis tērationibus triturati fuerunt & mūdati, ita vt eis nulla remanserit palea aut macula cōgregate in horreum meum, cœlestium videlicet mansorium. Vnde & alio loco scriptū est: Ventilabrum in manu eius & purgabit areā suam, & cōgregabit triticum in horreum suum, paleas autem, comburet igne inextinguibilibi.

Luca. 3.

Domi-

DOMINICA IN

SEPTVAGESIMA.

*Simile est regnum cœlorum homini Patrifamilias, qui
exiit primo mane conducere operarios in vineam ju-*

am. Matt. 20.

In hac sancti Euangelij lectione tria comprehenduntur, primum est, ad opus vineæ operariorum destinatio. Secundum est opportuno tempore mercedis redditio. Ibi: *Quô sero autem factum esset.* Tertium, Euangelicæ parabolæ notanda conclusio. Ibi: *Sic erunt nouissimi.*

¶ Circa primum tria sunt cōsideranda. Primum est, mystica vineæ significatio. Secundum est patrifamilias cum operariis conuentio. Ibi: *Conuentione autem facta* Tertium est horarum in opere attendenda distinctio. Ibi: *Et egressus circa horam tertiam.*

¶ Circa primum præmittendum est quid sibi velit in hac do-^Aminica nouus officij diuini ritus, & cur dominica in septuagesima sit appellata. Considerandum est igitur cur ab officio diuino remouetur hodie non modo Alleluia solē-^{Lugubris officii ratio.}ne, sed & cœtera lætitiæ cantica, quale est inter nocturnas laudes, Te Deū laudamus, & in officio missæ: Gloria in excelsis. Sed huius rei causa in officio matutinali clarius aperitur. Illic enim recolitur, quem admodum homo ad imaginem. Dei factus, vt esset cœterarū creaturarum dominus, & futurus heres vitæ æternæ, ad consortium angelorū sine morte, & sine vlla molestia aliquando transiturus, per culpam præuaricationis & inobedientiæ, tantorum bonorū incurrit iacturam. Amissa enim conditoris sui gratia, simul innocentiam, immortalitatem, originalem iustitiam, obedientiam creaturarum, cœlorum regna, consortium angelorum, hæc, inquam, omnia factus exul & miser & calamitosus amisit. Quamobrem Ecclesia sancta in initio missæ id quod pro mortuis cantari solet, videlicet: *Circum dederunt me gemitus mortis, dolores inferni circumdederunt me: hodierna die quasi in magni mortui (totius scilicet generis humani) anniuersario triste decantat.*

¶ Quod rationem verò septuagesimæ, hoc nobis à patribus sanctis traditū accepimus, videlicet hanc dominicam,

DOMINICA

Septuagesima ratio quæ ab vltima septem dominicarum (ipsa est media quadragesimæ), septima est, septuagesimâ nominari, & septuagesimâ quæ sexta est ab vltima, & quinquagesimam quæ quinta est, & quia idē in harū dominicarū significatur officii, quod in illa significatū est septuagenaria captiuitate populi Dei, qua septuaginta annis sedit & fuit super ruina Babylonis. Quid autem illud est, nisi septenaria distinctio ætatū mundi? Harum prima ab Adam. Secunda, à Noe. Tertia, à Moysē. Quarta, à Dauid. Quinta ab ipsa Babylonica captiuitate. Sexta, ab aduētū Christi, vsque ad finē seculi. Porro septima ætas mūdi est illa requies ad quam quotidie transeunt electorum animæ, & requiescunt inter vbera latantis matris suæ Ierusalē supernæ.

¶ Rectè igitur in hac dominica, quæ (vt dictum est) vltima prima est ab illa vltima, & respondet initio illius magnæ atque descedæ captiuitatis, qua nostri generis patres primi ob dictā præuicationis culpā à paradisi gaudiis pulsi, in calamitates, & ærumnas innumeras, & inuitabilem moriēdi necessitatē, extorres à regno sub potestate principis tenebrarum tandē ad inferos descensuri, miserabiliter abierunt, rectè (inquam) in hac dominica illud triticum canitur: Circudederunt me gemitus mortis.

Septuagesima finis

Esai. 66

¶ In vltima verò huius ordinis dominica, in qua designatur septimæ ætatis initiū, finis scilicet miserandæ captiuitatis & desideratus lætusq; ad amissam cœlestis regni vitam & angelorum societatem (quasi a Babylonica captiuitate Ierusalem) reductus, tunc (inquam) plena gaudiis Ecclesiæ propheticum illud & audit, & canit: Lætare Ierusalem, festum facite omnes qui diligitis eam, gaudete cum lætitia qui in tristitia fuistis, vt exultetis & satieminus ab vberibus consolationis vestræ.

¶ Porro futuri huius gaudij spes nobis in Euangelica doctrina huius lectione aperitur, in qua operarij in vineam patrifamilias (id est, Dei) pro mercede vitæ æternæ laborant, vocati cōductiq; memorantur. Proinde quod in Euangelio per laborantes in vinea, hoc ipsum per currentes ad fructum in lectione Epistolæ significatur.

¶ His præmissis, ad expositionem sancti Euangelij est attendendum. Simile, inquit, est regnum cœlorum hominibus patrifamilias, qui exiit primo mane cōducere operarios in vineam suam. Vbi in primis est attendendum per regnum cœlorum

cœlorum
que in
Qui l
non si
ciuib
pellit
Deus
more
audire
est reg
clesia
& quō
¶ Porro
Vnde
ner, q
cōs su
nus in
tate su
suetus
sessio
ue sup
¶ Qui
telliga
tabilis
que di
damm
gnosci
ergo i
quam
cui sen
quod I
parul
teros n
¶ Hic p
vouer
electu
tulit, q
¶ Huic
circūd
atque
gaatur

cœlorum præsentis temporis Ecclesiam intelligi, quæ uti- *Regnum*
 que in electis ad regnum cœlorum à deo est prædestinata. *calorum*
 Qui licet quoad statum præsentem adhuc in ipso regno *Ecclesia*
 non sint, virtute tamen charitatis diuinæ, cum regni illius *præsens.*
 ciuibus ita vniuntur, vt & ipsi iam regnum cœlorum ap-
 pellentur. Et quidni regnum cœlorum vocentur, in quibus
 Deus ipse (quasi in quibusdam cœlis) regnat pro cuius a- *Mat. 6.*
 more perituras diuitias & regna terrena contemnentes
 audire meretur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum
 est regnum cœlorum? Sed & ideo regnum cœlorum Ec-
 clesia dicitur, quod ipsius structor Dei filius è cœlo venit
 & quod cœlestibus ipsa regatur institutis.

¶ Porro nomine patrisfamilias Deus ipse datur intelligi. *Pater fa-*
 Vnde Greg. Quis patrisfamilias similitudinem rectius te- *miliarum*
 net, quàm conditor noster, qui regit quos condidit, & ele- *Deus.*
 ctos suos sic in hoc mundo possidet quasi subiectos domi-
 nus in domo? Qui & homo dicitur, non quidem proprie-
 tate substantiæ, sed affectu pietatis, quæ erga homines man-
 suetus sit, misericors & benignus. Huius patrisfamilias pos-
 sessio domus & familia, omnis est creatura, siue in cœlo, si
 ue super terram, siue subter terram.

¶ Qui exiit, inquit, primo mane Vbi quæritur quomodo in *Qualiter*
 telligatur Deus exire, qui ubiq;, semper, & omnino immu- *Deus exiit*
 tabilis est. Sed exire dicitur per sui manifestationem, suæ-
 que diffusionem bonitatis. Quando enim cognoscitur, quo-
 dammodo in secreto est. Quum autem ex operibus suis co-
 gnoscitur, quasi de occulto in apertum egreditur. Exitus
 ergo iste nullam in Deo significat aut mutationem, aut ali-
 quam cognitionem nouam, qui & ubique præsens est, &
 cui semp patet vniuersa. Vnde stultos esse patet qui pro
 eo quod Deum non vident, nec se putant ab illo videri, similes
 paruulis, qui oculos sibi manu aut veste cooperientes, cæ-
 teros non vident, nec ab illis se videri credunt.

¶ Hic paterfamilias habet vineam, scilicet (vt dicit Greg.) *dei vinea*
 vniuersam Ecclesiam, quæ ab Abel iusto, vsque ad vltimum *quæ &*
 electum qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos pro *qualis.*
 tolit, quasi tot palmites misit.

¶ Huic suæ vineæ Deus angelicam custodiam, quasi sepem
 circumdedit, & fodit in ea torcular, quo Christi in vulnerata
 atque fossa carne innoxia passi & mortui meritum desi-
 gaatur. Siquidem hoc torculari vinum illud expressum est
 quod

DOMINICA

quod tam angelos quàm homines sanctos, etiam in cœlo beatos, ineffabili gaudio lætificat.

Ioan. 15.

¶ Sed a simulationis Ecclesiæ ad vineam rationes attēde. Vineam cōstitit in multis palmitib⁹. Ecclesia ī multis Christo fidelibus. Quibus ipse vos, inquit, palmites. Et sicut palmes nō potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis.

Ioan. 16.

Matt. 5.

¶ Rursus sicut vinea iuxta terrā deformis apparet, sursum verò in frondibus suis & botris, dulcis est & amœna, ita & Ecclesia in electis & piis seculi huius contemptoribus & ipsa insipientiū oculis apparet cōtemptibilis. Vnde dominus in Euangelio: Mundus, inquit, gaudebit, vos verò contristabimini. Sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Et hinc beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

1. Cor. 3.

¶ Sed & de hac præsentis Ecclesiæ apparēte deformitate Apostolum audis dicentem: Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, nec non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt nō gloriatur omnis caro in conspectu eius.

Matt. 5.

1. Cor. 2.

¶ Verum quæ in terris squallēs apparet Ecclesia, in cœlestis paradisi gloria & in præmio vitæ æternæ pulcherrima & amœnissima est, dicente domino: Merces vestra copiosa est in cœlis. De qua mercede per Apostolū dicitur. Nec oculus vidit: nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quod præparauit Deus his qui diligunt illum. Vnde & Psalmista exclamans & admirans: Quàm dilecta inquit tabernacula tua domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Denique ratione cultura. Ecclesia vineæ adsimilatur. Sicut enim vinea multiplici cultura opus habet vt fructificet, ita & Ecclesia, imò etiam vni cuiusque fidelis hominis anima. Purgari quippe indiget spinis auaritiæ, à superbiæ contumacis & duræ lapidibus, à carnis luxuria & omni intēperatiæ & superfluitate, quæ ab aquis & inutilibus palmitibus. Opus item habet etiam bra conscientie discussione, quasi quadam sartitione citius radicem. Opus habet districtione disciplinæ, quasi quadam ad certos & firmos stipites alligatione. Op⁹ etiā habet a riguro supnæ gratiæ, quasi aëris quadā tēperie, & pluuia opportuna. Pro qua obtinēda assiduis est Deo votis supplicatio.

Vnde vinea purganda.

dum e
ce de c
plantat
¶ Porro
viticar
tes, qu
dicēs: E
ergo ha
& vine
& nō fe
mea. A
cetiā e
Non pu
vepres
imbrē.
cede vi
neam st
ad Eze
gno vit
sylvatū
bricabit
Ecce ign
nilis rep
quis in r
arescer,
¶ Circa l
conuent
Conu
diurn
Vides h
Nā quā
& quā p
nihilom
facere, &
homini c
mittit er
tā ætern
aduertē
rāt & iuf
tione fa
pactioni

dum exemplo eius, qui ait: Deus virtutū conuerrere, respice de cælo & vide & visita vineam, & perfice eam quam plantauit dextera tua.

Psal.

¶ Porro de vinea viri stulti & hominis pigri, quam replent viticæ, id est, libidinis æstus, & operiunt auaritię cupiditates, quasi quędã spinæ, p̄ Esaiã prophetã dominus queritur dicēs: Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas. Nunc ergo habitatores. Ierusalē, & viri iuda, iudicate inter me & vineã meã. Quid est quod vltra debui facere vineę meę & nõ feci? Et nunc ostendã vobis quid ego faciam vineę meę. Auferã sepem eius, & erit in direptionem, diruã macteriã eius, & erit in cõculcationē, & ponã eam desertam. Non putabitur & non fodietur, & ascendent super eam vepres & spinæ, & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrē. Vineã autē domini exercituum domus Israel est. Ecce de vinea sua domini querela iusta. Ecce ipsius contra vineam sterilem cõminatio metuēda. Hinc nihilominus & ad Ezechielem loquitur, dicēs: Filij hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorū, quę sunt inter ligna syluatum? Nunquid tolletur de ea lignū vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxill⁹, vt depēdeat in eo quodcūq; vas? Ecce igni datū est in escã. Et hæc est nouissima vineę sic.

D
Vinea de
generans
iudicada.
Esaiã. 5

Ezech. 15.

Ioan. 15.

¶ Circa secundum, quod est patrisfamilias cum operariis conuentio sequitur.

Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam

Vides hic benignissimã erga homines Dei misericordiã. Nã quū ei debeamus nosmetipsos, hoc est, totū quod sum⁹ & quã possumus, sed & quū ipse bonorū nostrorū nõ egeat, nihilominus tamē cū operariis cõuentionē, id est, pactionē facere, & laboris mercedē polliceri, seseq; quodammodo homini operario suo debitorē facere non dedignatur. Promittit enī si præcepta sua seruauerim⁹, daturū se nobis vitã æternã, dicēs: Si vis ad vitã ingredi, serua mandata. Vbi aduertēdum quẽadmodū in opere salutis humanæ cõcurrat & iustitia Dei, & Dei m̄ia. Iustitia quidē, quia conuentione facta cū operariis. Nã & si nõ hoī, veritati tamē suæ pactionis, suæq; iustitiæ volūtariū se debitorem constituit

Dei erga
nos digna
tio.

Mat. 19.
Iustitia
& misericordia.
Dei.

- Tit. 3.* Quantopere verò cōcurrat misericordia, Apostolus Paulus ostēdit, dicēs: Quū autē apparuerit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei, nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundū suā misericordiam saluos nos fecerit. Vides vt misericordix Dei tribuit q̄ saluamur. Quod in alio loco euidentiū ostendens, dicit: Non enim sunt condignæ passiōes huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sed & Dei gratia est quæ opera nostra (quæ per se ad præmium vitæ æternæ collata nihil inane reputātur) vsque adeo coram Deo cōmendat, vt secundū suā æquitatem ea censeat æterna beatitudine remuneranda. Pondus enim valoris accipiunt penes infinitā Spiritus sancti dignitatē, qui ad ea homini cooperat̄ est.
- Roma 8.* ¶ Et aduerte quemadmodum huius Euangelij autoritate bonorū operū iustitia defendatur aduersus huius temporis hæreticos opera bona blasphemantes, vt pote quibus nulla alia q̄ opera carnis, imò opera diaboli placent. Diaboli, inquā, opera nō q̄ ille per se illa faciat, sed q̄ ea furtiuis hircis in nouissimo die cū ipso in gehēna partem habentis, suggerat faciēda. Huiusmodi sunt apud eos astringit̄ voracitas, temulentia, lusus, perpetua conuiuia, blasphemix, sacrilegia, mēdacia, doli, fraudes, vsuræ, exactiones violentiæ, oppressiōes pauperum, adulteria, superbia, & alia his similia, aut certē grauiora. Cū quibus suis operibus omni mola asinaria in immensum grauiorib⁹, in æternum ignis sempiterni infœlices & miseri nunquam tamen miserādi, demergētur. Opera enim illorū sequuntur illud.
- Apo. 14.* ¶ Sed faceſſat eorum impudens peruersaq; temeritas, cessent vituperare quod apud Deum commendatur. Nondurum est eis contra stimulū calcitrare. Dicit pastor Ecclēsiæ Petrus, Satagite vt per bona opera, certam vestram electionem & electionem faciatis. Quasi dicat: Si operibus bonis vacui fueritis, tam vocatio vestra quam electio certa sunt. Sed hæretici beato Petro Apostolo contrarij, Pharisæos vocant qui piis operibus sunt intenti.
- 1. Cor. 5.* ¶ Testatur Apostolus Paulus, exhiberi nos debere ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; ppria corporis partem, si iustus, inquit, est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & electionis quam ostendistis in nomine ipsius.
- Operū iustitia vt defenditur*
- Opera per fidoum.*

Et iter
cundu
apud
multi
iustit
¶ Con
diurn
dies il
enim
enim
adhuc
opera
nemo
ra lum
cus. V
& ad o
pus ha
minau
est tem
pus ex
speret
mereri
post ha
¶ Potrō
telligit
vtiq; nō
denarij
dem m
loquut
tuus su
bor nul
ginq; h
quod he
dar. Ni
mo, vad
Qui hu
nia hab
nariū, it
derari.
& quico
ris, qual

Et iterum alio loco: Reddet (nimirum Deus) vnicuique secundum opera eius. Denique non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Quibus & multis aliis in hunc modum testimoniis, bonorum operum iustitia apertissime & adstruitur & defensatur.

Roma. 2.

¶ Conuentione, inquit, facta cum operariis ex denario diurno, id est, ut pro labore diei denarium recipiant. Porro dies ille laboris, totius vitæ hominis tempus est. Quum enim ad vitæ vesperam ventum fuerit, actum erit Neque enim per noctem vinea laborari solet. Vnde & ipse Christus adhuc mortale corpus gerens, ait: Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. Clausis enim in suprema mortis hora luminibus, non est exinde precum aut meritorum locus. Vnde etiã ait Psalmista: Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Itaque dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Nam quæ seminauerit homo, hæc & metet. Tempus enim sementis, est tempus præsens: quod quum transierit, operandi tempus exinde non est. In hunc sensum dicit Augustinus. Nemo se speret quod hic neglexit, quum obierit apud Deum promereri. Nam hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam releuari quispiam, vel grauari.

Dies laboris, quousque.

Ioan. 9.

Galat. 6

¶ Porro nomine denarii æternæ vitæ præmium idcirco intelligitur, quia sicut denarius circularis est figuræ (quæ utique non habet finem) ita nec merces operariorum Dei (quæ denarii nomine hic designatur) vlllo fine limitatur. Siquidem merces hæc ipse Deus est, iuxta quod ad Abraham loquutus est, dicens: Noli timere Abraham. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Ecce præmiū cui labor nullus potest comparari. Quod si aliqua tamen longinqua fieri debeat pro tanto præmio commutatio, totum quod homo habet, & quod est, necesse est pro illo expendat. Nimirum merces hæc thesaurus est, quæ qui inuenit homo, vadit, & vendit vniuersa quæ habet, ut possideat illud. Qui hunc habet denarium, quodammodo & virtualiter omnia habet. Sicut enim quicquid homo vult, habet per denarium, ita & merces illa, omnia continet quæ possunt desiderari. Qui enim hoc bono fruetur, quicquid volet erit, & quicquid nolet non erit. Ibi quippe erunt bona corporis, qualia nec oculus vidit (ut dictum est) nec auris audiuit.

G Denarii mysticè.

Gene. 15.

Matt 13

Pro-

DOMINICA

¶ Proinde non otiosè expressit genus numismatis, nec in communi tantum numisma, sed specialiter denariū. Denarius enim à decem deriuatur. Vnde & Origenes quoddam salutis nomen esse denarium exposuit, q̄ denario illo decem præceptorū seruatorū merces designatur. Quod autem denarius regis habet imaginem, quid aliud significat quàm perfectam & puram in beatis Dei imaginem.

1. Ioan. 2.

2. Cor. 3.

Roma. 8.

Scimus (inquit beatus Ioannes) quoniā quum apparuerit, similes ei erimus, quoniā videbimus eum sicuti est. Tunc enim reuelata facie gloriam domini specularē, in eadem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à domini spiritu. Quos enim præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Et licet beatus imaginē Dei in nobis habeamus (siquidē ad imaginē Dei homo factus est) ipsa tamen multis vitiis, quasi quodam deformi squallore, tenebris & calligine, obducta est.

H Misit, inquit, eos in vineā suā. Videndū cuiq; est, ne per

Vineam

egredien-

tur qui.

1. Ioan.

schisma, aut hereticā prauitatem de vinea sanctę Ecclesię exiens discedat, iuxta quod de quibusdā per B. Ioannem dicitur: Ex nobis prodierūt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, remansissent utiq; nobiscū. Videat nihilominus, ne peccādo male in vinea operetur, velut vitis quę vitēs nō excoleret sed exscinderet. Hoc enim (ipso præter familias Deo iudicante) in suum damnū redundaret.

¶ Circa tertium, quod est horarum in opere notanda distinctio, subditur:

Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam, & fecit similiter.

Qui venales, & qui emptores.

¶ Forum est, quicquid est extra Ecclesiā, sed & mūdus huius fori vocabulo nō incongruē designatur. In hoc foro emendiculis animabus diabolus & Deus, quasi duo magni negotiatores, versantur. Offert Deus suis operariis pretium, & fœlicitatē æternam. Offert diabolus momentaneā periculi & rerum labentium voluptatem. Homo autē per avaritiam libertatem seipsum addicit cui vult, id est, vel diabolo per iniquitatem, vel Deo per iustitiam: diabolo per culpam, Deo per innocentiam. Vnde Ambrosius: Spontane

sibi mi
auctio
posid
¶ Adu
in ho
rant, a
¶ Ven
xurosi
& quā
nem di
enim v
lus hui
de qu
rit, illic
¶ Perdu
& ocio
si. Hi en
dam, sa
Ste
Of
Est
An
Sec
Dis
Qu
Qu
Qu
Ius
¶ Impig
bolo ne
cōcupit
gnorata
debiles
ui & im
Difficil
gnus (id
dere, se
animas
Ecclesia
pias an

sibi militem eligit Christus, voluntariū seruum diabolus auctionatur. Neminem enim iugo seruitutis adstrictum possidet, nisi qui se prius peccatorum are vendiderit.

¶ Aduertendum est autē, esse nonnullos qui animas suas in hoc foro vendunt, alios qui perdunt, alios qui impignorant, alios qui dant gratis.

¶ Vendunt animas suas diabolo, exiguo vilique pretio, luxuriosi, gulosi, superbi, & honorū huius seculi ambitiosi, & quā maximē avari & iniqui, iuxta quod per Salomonem dicitur: Non est iniquius quā amare pecuniam, hic enim vanalem animam suam habet. Emit autem diabolus huiusmodi animas in pabulum gehennæ ignis. Vnde quum eas à venditore in hora mortis efflatas acceperit, ilico mittit in fornacem ignis.

Animas suas vendunt.

Eccle. 10.

¶ Perdunt animas suas seu amittunt, negligenter viuētes & ociosi, ad virtutē & opera salutis inertes, inepti, acediosi. Hi enī acceperūt in vano animas suas. Huiusmodi quēdam, sapiētum quidā acerba reprehensione pungit, dicens:

Animam perdunt.

Steris adhuc? laxūmq; caput compage soluta
Oscitat hesternum dissutis vndique malis?
Est aliquid quod tendis, & in quod dirigis arcum?
An pascim sequeris coruos, testāque lutōque,
Securus quod pes ferat, atque ex tempore viuus?

Persuade.

Et post pauca:

Disciteque o miseri, & causas cognoscite rerum,
Quid sumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus. Et post pauca:

Quem te Deus esse

Inssit & humana qua parte locatus es in re.

¶ Impignorāt verò aīas suas, qui & si has scœnatori diabolo nequāq; prorsus cōsignare velint, attamē vt accipiāt cōcupitas in peccatis voluptates, quasi ad tempus impignoratas alienant. Quūmq; tandē in peccatis senuerint, debiles effecti, pro tātorū reatu criminū, quasi debito grauē & immēso, cōdignos pœnitētię fructū soluere nequeūt. Difficile est enī consueta relinquere: sicq; fit vt tandē pignus (id est, animā) perdant qui illud à principio non perdidere, sed tantum obligare intendebant. Impignorant etiā animas suas (sed longe alio cōtractus genere) pastores in Ecclesia & prælati. Ipsi enim pro animab^o subditorū proprias animas obligant. Putent sibi dici quod scriptum est:

K Animam suā impi. ignorant.

Custo-

DOMINICA

3. Reg. 20 Custodi virum istum (demonstrato quolibet subditorum) qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius.

Animam gratis dat ¶ Denique animas suas quasi pro nihilo dant, inuidi, iracundi, desperantes, sese proprio scelere interficientes. Quum enim lubricus pro damno animæ suæ recipiat voluptates, auarus diuitias, superbus & ambitiosus honores: isti omnium miserrimi nihil accipiunt quod delectat, sed amaritudinem tantum quæ cruciat.

¶ Ait ergo paterfamilias operariis qui stabant in foro: Ite & vos in vineam meam. Ite, inquit, liberè, non coacti. Nemo enim nisi liberè seruiens potest Deo placere. Et quod iustum fuerit, dabo vobis. Non paciscitur de pretii quantitate, sed tantum promittit quod iustum fuerit futurum. Reddet enim unicuique secundum opera sua.

L ¶ Et iterum exiens circa sextam & nonam horam, fecit similiter. Vbi Gregorius: Paterfamilias ad excolendam vineam suam, mane, hora tertia, sexta, nona, & vndecima operarios cõducit, quia à mundi initio vsque ad finem mundi erudiendam plebem fidelium prædicatores congregari non destitit. Mane etenim mundi fuit ab Adam vsque ad Noe. Hora vero tertia, à Noe vsque ad Abraham. Sexta quoque ab Abraham vsque ad Moysen. Nona autè à Moysen vsque ad aduentum domini. Vndecima verò ab aduentu domini vsque ad finem mundi, in qua prædicatores sancti & apostoli missi sunt, qui mercedem plenam & tardè venientem acceperunt. Ad erudiendam ergo dominus plebem suam quasi ad excolendam vineam suam, nullo tempore desistit operarios mittere, quia & prius per patres, & postmodum per legis doctores & prophetas, ad extremum verò per apostolos dum plebis suæ mores excoluit, quasi per operarios in vineæ cultura laborauit: quamuis in quolibet modo vel in mensura quisquis cum fide recta bonæ prædicationis exitit, huius vineæ operarius fuit. Operarios ergo mane, hora tertia, sexta, & nona, antiquus ille Hebraeus populus designatur, qui in electis ab ipso mundi creatore dum recta fide Deum studuit colere, quasi non desistit in vineæ cultura laborare. Ad vndecimam verò operarii vocantur, de quibus & dicitur:

Circa vndecimam vero exiit, & inuenit, discipulos stantes & dicit illis: Quid hic statis tota die inerti? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. De

*Horariorum
dierum signi-
ficatio.*

*cit il
¶ Qu
acto
glex
inqu
xit.
nera
xit, n
go no
cturi
ba vi
ctæ E
lacte
¶ Ex d
plano
dum i
ta retr
fuisse
testan
quam
Ecclesi
operari
¶ Quo
dicand
tres fan
mus, H
sus, H
nempe
homin
diuini o
detesta
dignita
¶ Cæte
iam di
minem
lectus p
intellig
calor æ
centro
Nona a*

cit illis: Ite & vos in vineam meam.

¶ Quid, inquit, statis hinc tota die otiosi? Qui enim in trans-
acto tam longo mundi tempore pro vita sua laborare ne-
glexerant, quasi tota die otiosi stabant. Sed attendite quid
inquisiti respondeant. Dicunt ei: Quia nemo nos condu-
xit. Nullus quippe ad eos patriarcha, nullus propheta ve-
nerat. Et quid est dicere, ad laborem nemo nos condu-
xit, nisi quia vitæ nobis vias nullus prædicauit? Quid er-
go nos à bono opere cessantes in excusatione nostra di-
cturi sumus? Qui à matris utero ad fidem venimus, qui ver-
ba vitæ ab ipsis cunabulis audiuiamus, qui ab vberibus san-
ctæ Ecclesiæ potum sanctæ prædicationis sumpsimus cum
lacte carnis?

¶ Ex dictis patet quomodo huius temporis hæretici, & in
plano offendunt, & quasi in meridiana luce cæcutiunt,
dum inter hæc blasphemantes dicere audent per tam mul-
ta retroacti temporis secula Ecclesiam à Deo in erroribus
fuisse derelictam, donec iste hæresarcha vnà cum suo de-
testando satellitio profuississet, quandoquidem hic pateat,
quàm vigilanti studio, quàm paterna sollicitudine, electæ
Ecclesiæ erudiendæ nullo non tempore doctores (quasi
operarios vineæ suæ) destinando intendit.

¶ Quòd si operarij quoque in domini vineam missi diiu-
dicandi forent, nonne potius credendum erit hos esse pa-
tres sanctos, cuiusmodi fuerunt Augustinus, Chrystosto-
mus, Hieronymus, Cyprianus, Beda, Gregorius, Ambro-
sius, Hilarius, Bernardus, & similes, quàm hæreticos istos,
nempe homines omni scelerum genere cõtaminatos, in-
homines iniquos, in Deum & sanctos impios blasphemos,
diuini cultus aduersarios, irridendæ quidem stultitiæ, sed
detestandæ malignitatis, quorum nec nomina recensere
dignum putamus?

¶ Cæterum his omisis possunt (secundum Gregorium) N
iam dictæ horarum differentia etiã ad vnumquemque ho-
minem per ætatum momenta referri. Mane quippe intel-
lectus nostri, pueritia est. Hora autem tertia, adolescentia
intelligi potest, quia quasi iam sol in altum proficit, dum
calor ætatis crescit. Sexta verò iuuentus est, quia velut in
centro sol figitur, dum in ea plenitudo roboris solidatur.
Nona autem senectus intelligitur, in qua sol velut ab alto

P axe

M
Argum-
tur otiosi.
Grego.

Hæreti-
corum error
conuincit-
tur.

N
Ætates
mundi.

axe descendit, quia ea ætas à calore iuuentutis deficit. Undecima verò hora est ætas quæ decrepita, vel veterana dicitur. Quia ergo ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in iuuentute, alius in senectute, alius in decrepita ætate perducitur, quasi diuersis horis operarij ad vineam vocantur.

Otiosi qui sunt. ¶ Caterum otiosi sunt, qui nec sibi proficiunt, nec proximis subueniunt, nec Deo seruiunt, nec diabolo resistunt, nec in futurum prospiciunt sibiipsis.

¶ Quinetiam multam malitiam docuit otiositas, cuius fugiendæ exemplum in omni creatura conspicimus. Verbi gratia: Primum in creaturis sensu & vita carentibus, ut sunt stellæ, quæ & nocte & interdiu voluntati conditoris sui obsequuntur. Vnde per Prophetam dicitur: Stellæ dederunt lumen in custodijs suis. Vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus. Et luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas. Sed & plantæ atque arbores, quasi & ipse otium darent tempore opportuno flores & folia fructusque producant.

Prov. 6. ¶ Item in animantibus brutis exemplum simile videmus quæ assidue atque indefesse pro victu & foetus edicandis laborant. Vnde per Salomonem dicitur: Vade a formicam ò piger, & considera vias eius, & discce sapientiam. Quæ quum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat messem quod comedat.

Hebr. 1. ¶ Denique etiã ipsi angeli sancti ocium exemplo suadent, de quibus per Apostolum dicitur. Omnes administratorijs spiritibus sunt, in ministerium missi, propter hereditatem capiunt salutis.

¶ Quin & propter propositam mercedem laborare non timuit. Reddet enim Deus mercedem laborum sanctorum suorum. Porrò bonorum laborum gloriosus est fructus.

Sapiẽ. 10
Sapiem. 3
1. Cor. 3. ¶ Qui ergo vitæ æternæ mercedem desiderat, in Dei labore non recuset. Vnusquisque enim propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Porrò senes piger eiicitur in tenebras exteriores, seruus autem qui opere iniuncto fidelis fuit, super multa constitutus in gaudium domini sui.

C
In
da. Vn
terum
erunt
¶ Circ
rator
accipi
Terti
ratio,
¶ Circ
horas
pimus
morat
tes, ser
vice pr
operat
temp
mane
lam fid
¶ Quin
Deus q
inquã,
curand
qui & r
de & p
apud p
tio pro
dit in r
retribu
¶ Voca
dem. V
liberat
rummi
in dom
requie
¶ Sanè

IN SEPTVAGESIMA;
HOMILIA ALTERA.

134

QUUM autem sero factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem. Matth. 20.

¶ In hac euāgelicę lectionis parte duo restant consideranda. Vnum est, opportuno tempore mercedis redditio. Alterum, euāgelicę parabolę notanda conclusio, ibi: Sic erant nouissimi.

¶ Circa primum sunt tria notanda. Primum est, per procuratorem ad mercedem vocatio. Secundum est mercedem accipientium præposterus ordo, ibi: Incipiens à nouissimis. Tercium, aduersus patrem familias quorundam murmuratio, ibi: Venientes autem & primi.

¶ Circa primū dicitur. Quum sero autē factū esset. Si per horas vocationis ad vineam diuersas mundi ætates accipimus, sero mundi consummationē designat. Si autē memoratas horas ad diuersas eiusdē hominis referamus ætates, sero, cuiuslibet homini suę vitę finis est. Tunc enim dies vitę presentis vnicuique occidit, ita vt exinde fas non sit operari, sed solummodo mercedem operis recipiēdi iam tempus adsit. Vnde Chry. Considera, inquit, q, nihil nobis mane datur, sed sero dominus mercedem reddit, quia solum fidelem & perseverantem operarium remunerat.

Sero, inq.
stic.

¶ Quum ergo sero factū esset, dicit dominus vineæ, id est, Deus qui prius nomine patris familias est designat: dicit, inquā, procuratori suo, id est, Christo homini, qui ad procurandā generis humani salutem à Deo patre missus est, qui & nūc est in dextera Dei vt interpellet pro nobis. Vnde & per beatum Ioannem dicitur: Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Huic procuratori pater omnia dedit in manus. Sed & omne iudicium pater dedit filio, tam retributionis bonorum, quā punitionis malorum.

Vineę p-
curator.

1. Ioan. 2.

Ioan. 13.

Ioan. 5.

¶ Voca, inquit, operarios, non autem otiosos, ad mercedem. Voca operarios à labore ad requiem, à seruitute in libertatem, à paupertate ad diuitias, ab afflictionibus & ærumnis ad delicias sempiternas. Itaque beati mortui qui in domino moriuntur. A modò enim iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.

Apo. 14.

¶ Sanè vocatio operariorum, erit omnium resuscitatio

P ij MORU.

DOMINICA

1. Cor. 15. mortuorū que fiet iussu Christi in momento in icū oculi
 in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent
 10an. 5. incorrupti Vnde ipse ait: Omnes qui in monumentis sunt
 audient vocē filij Dei, & qui audierint uiuent. Et procedet
 qui bona fecerūt in resurrectionē vitæ, qui verò mala egerunt
 in resurrectionē iudicij. De hac voce magna qua ci-

1. thes. 4 tabuntur vniuersi mercedem secundum opera sua qui que
 recepturi, rursus per Apostolum dicitur: dominus Iesus in
 iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de
 cælo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi.

¶ Fœlices sanè ac ter quatérq; beati, qui vocantē audierint
 sunt atq; dicentem: Venite benedicti patris mei posside-
 te paratum vobis regnum à constitutione mundi.

¶ Nec solum committit Deus pater homini Christo ope-
 rarios vocare, sed & promeritam reddere mercedem. Et
 reddet illis, inquit, mercedem. ¶ Circa secundum, quod
 est mercedem accipientium ordo præposterus, subditur

*Incipiens à nouissimis vsque ad primos. Quum, ve-
 nissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, da-
 ceperunt singulos denarios.*

Q ¶ Incipiens, inquit, videlicet mercedē reddere, à nouissi-
 mis qui scilicet ad opus vndecima hora venerant, vsque
 ad primos, qui venerant hora prima.

¶ Queritur hic quare in vineam operarios vocat Deus pa-
 ter, quib⁹ tamē ipse mercedē non tribuit, sed hoc filio
 mittit. Dicendū, q̄ quia patri omnipotētia tribuitur, idcirco
 ad eū pertinet trahere homines vel ad vnitatē Ecce-
 siæ, vel ad salutarē laborē pœnitentię, dicēte Christo: Ni-
 mo potest venire ad me, nisi pater q̄ misit me traxerit eū.

10an. 6.

¶ Porro iudicium mercedis reddendæ Christo competi-
 tum. Primum, ratione sapientiæ quæ filio attribuitur, dicitur
 1. Cor. 1. Apostolo: Dei virtus & Dei sapientia Christus. Et iterum
 Coloss. 2. In ipso, inquit, sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ
 Dei absconditi. Rursus iudicium hoc Christo debetur, ut
 quis credat patre minorē propter assumptam humanitatem
 sed vt per omnia patri æqualis ostendatur. Vnde ipse ait

1. Cor. 1.
 Coloss. 2.

Ioan. 5.
 Denarius
 primo no-
 uissimis
 datur.

Pater nō iudicat quenquam, sed omne iudiciū dedit filio
 vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem.
 ¶ Denarius ergo diurnus primò datur nouissimis, qui
 (secundum August.) licet detur omnibus simul in nouissi-

mo die
 accipiū
 multas
 & quia
 nem nō
 ostend
 soluam
 ¶ Exagg
 melior
 operis a
 & nouis
 denario
 beatitu
 propor
 recipit
 cor qua
 ta & sup
 sic est ad
 nalia &
 plena si
 sensum
 Deniqu
 do, vide
 gratiæ v
 ¶ Porro
 pater fan
 tronem
 quāti sul
 vocati su
 nerūt E
 laborari
 qui vel a
 nē vitę r
 cati fuer
 ¶ Circa
 dam mu
 Ven
 essent ad
 narios.
 famili

mo die, illi tamen qui post vnam aut paucas horas ipsum accipiunt, dicuntur hunc prius recipere quam illi qui post multas horas hunc expectauerunt, & postea receperunt, & quia (vt dicit Chrysostomus) nimia misericordia ordinem non aspexit. Aequales autem accipiunt premium, vt ostendatur quem non ex suis meritis, sed ex gratia omnes soluamur, vnde Bernardus.

¶ Exaggera quantumuis opera vitæ, extolle sudores, sed melior est misericordia domini super vitas. Ex ea sanè & operis & tēporis damna mihi rescario. Acceperunt itaque & nouissimi & primi ex præcepto patris familias singulos denarios, quod nimirum, vna omnium eademque in deo est beatitudo, & nō modò eadem, sed etiā equalis, secundum proportionē videlicet, quilibet enim eorū secundum sua recipit merita. Eorum autem merita sunt in cœlis premio coæquata data illis mensura bona, & cōserta, & coagitata & supereffluente. Capacitas enim dēsiderij cuiuslibet sic est adimpleta, vt plus nō appetat. Sanè vasa sunt rationalia & viuua, inæqualis quidē capacitatis, sed quū, omnia plena sint, nullum eorum est altero plenius. Ad hūc ergo sensum intellige eundem omnes accepisse denarium.

Denique etiam duratione æqualis omnium est beatitudo, videlicet æterna. dicente Apostolo Petro: Deus omnis gratiæ vocauit nos in æternam suam gloriam.

1. Petr. 5.

¶ Porro secundum Grego. à nouissimo reddere denarium paterfamilias præcepit quia ad paradisi requiem prius latronem quā Petrum perduxit. Quanti patres ante legem quāti sub lege fuerunt? Et tamē hi qui in aduentu domini vocati sunt, ad cœlorum regnū sine aliqua tarditate perueniunt. Eundem ergo denariū accipiunt qui ad vndecimam laborare cœperunt quē toto dēsiderio expectauerunt, quā qui vel ab hora prima laborauerunt. Aequalem enim æternæ vitæ retributionē fortiti sunt, his qui à mundi initio vocati fuerunt, hi qui in mundi termino ad fidem venerunt.

¶ Circa tertium, quod est aduersus patrem familias quorundam murmuratio, subditur:

Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrem familias, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, &

pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus.

R ¶ Primi in labore videntes nouissimos diurnum accepisse denarium, arbitrari meritò poterat quòd plus illis essent accepturi, quandoquidem vitato hominum more, plus laborantibus, etiam plus mercedis conferatur.

Eadem si des prisco rum & sequentiū.

¶ Acceperunt tamen & ipsi singulos denarios. Nam (vt dictum est) sicut vna est fides primorum atque post sequentium, ita vnus est denarius æternitatis. Quod vtiq; & nobis documento esse debet, ne nosmetipsos ceteris quàm meriti amplioris, cōparemus, frequenter enim contingit, vt qui longe post ad Dei seruitutē veniunt, eos qui se popcesserant feruore spiritus & virtutū meritis antecedant, quia nec diurnitas temporū, nec numerositas operum, sed maior charitas meliorque voluntas augent meritum.

Duplex v detur occasio murmurandi.

¶ Pares, inquit; illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus. Duplicem murmurandi causam habere videbantur, tum quòd in remuneratione essent vltimi qui labore primi fuissent. Tum quòd inæqualiter laborantibus æquale præmium esset datum. Sed ommissa prima illa murmurandi causa, solum murmurant propter secundam, dicentes: Hi nouissimi, videlicet, qui ad horam diem vndecimam ad laborem venerant, vna hora præcise fecerunt.

Horie vt in scripturis accipiē de. Ioan. 11.

¶ Pro intellectu horarum istarum, attende eas non eodem ordine computari qua nos eas vulgò computamus. Nam ordo nostrarum horarum incipit à noctis medio vsque ad punctum meridianum, & à meridie rursus vsque ad medium noctis. Aliter autem in scriptura sunt horæ accipiendæ. Quum enim authore Christo duodecim sunt horæ diei (non quidem diei naturalis, qui diem cum nocte complectens, viginquatuor horis implet) sed diei artificialis, qui à solis ortu vsque ad eius occasum protenditur. Huius inquam, diei æquinoctiali temporis duodecim horæ sunt. Prima accipitur ab ortu solis, Duodecima verò & vltima diei hora incipit in solis occasu. Hora tertia tribus horis à sexta id est meridie distat, & meridiana est inter horam primam & sextam. Hora nona recut tribus horis distat à sexta, id est ab hora meridiana, ita etiam æquali interuallo (videlicet spatio trium horarum)

rum) ab hora duodecima dirimitur.

Ex quibus patet his qui ad opus vineæ vndecima hora venierant non plus quàm unius horæ spatio solem luxisse. Verum est ergo quod dicunt: Hi nouissimi vna hora fecerunt & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus. Vbi Gregorius.

*Pōd^o diei
& æstus.*

¶ Pondus diei & æstus portauerunt hi, quos à mundi initio quia diu hic contingit viuere, necesse etiam fuerat longiora carnis tentamenta tolerare. Vnicuiq; enim pondus diei & æstus ferre, est per longioris vitæ tempora carnis sue calore fatigari.

¶ Sed quæri potest, quomodo murmurasse dicti sunt, qui saltem serò ad regnum vocantur. Cælorum enim regnū nullus murmuræ accipit, nullus qui accipit murmurare potest. Sed quia antiqui patres vsque ad domini aduentū quālibet iustè vixerint, ducti ad regnū non sunt, nisi ille descenderet qui paradisi claustra hominibus interpositione suæ mortis aperiret. Eorum ergo hoc ipsum murmurasse est, quod rectè pro percipiendo regno vixerunt, & tandiu à percipiendo dilati sunt. Quos enim post peractam iustitiæ inferni loca, quanuis tranquilla susceperunt, eis profectò & laborasse fuit in vinea, & murmurasse. Itaque quasi post mururationē denariū accipiūt, qui post lōga inferni tempora ad regni gaudia peruenerunt. Nos autem ad vndecimam venimus, post laborem non murmuramus & denarium accipimus, quia post mediatoris aduentum in hoc mundo veniētes, ad regnum ducimur mox vt de corpore eximus, & illud sine mora percipimus, quod antiqui patres cum magna percipere dilatione meruerunt.

*S
Quid ho.
rum sit
murmura
tio.*

¶ Cæterum si cupiam minus æquum fortè videatur, vt æqualem recipiant mercedem, & qui plurimum, & qui modicum laborauerint, atq; hinc rationabiliter eos murmurasse, qui hora diei primæ, id est, manè, ad laborem vocati sunt, attendant quòd ista retributio iusta pariter & misericors est. Iusta quidem ad præcedentes, quia datur eis conuentum pretium, misericors verò est, quoad sequētes, qui pro breui labore æqualem cum prioribus mercedem accipiunt. Non igitur iniustè cum primis agitur, si vltimis misericorditer dispensatur.

¶ Sed nec mensuratur præmij magnitudo (vt dictum est) ex operibus, sed ex seruire charitatis, fieri autem potest,

Maius me
ritum in
quo sit.

1. cor. 15.

vt qui minus operantur æqualem cum iis charitatem habeant qui laborant multum, quo fit vt non iniuste æquale cum illis, vel certe maius præmium consequantur.

¶ Ceterum & si denarius ille (id est, beatitudo electorum) æqualis sit duratione, non tamen est æqualis in valore. Nam in patrifamilias domo mansiones multæ sunt. Alia est enī claritas solis, alia claritas lunæ & alia claritas stellarum. Stella enim differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Verum quia diuinæ misericordiæ placuit tantumdem mercedis nouissimis dare quantum ipse pactus fuerat primis, attende quod d. murmuratibus primis paterfamilias responderit. Sequitur enim.

At ille respondens, vni eorum dixit. Amice, non facio tibi iniuriam, nõne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est & vade. Volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?

T
Murmur
vti placatur.

¶ Rationabili patrifamilias respõsione murmur sedant. Et primo fecit hoc amicabili ratiocinatione. Amice, inquit, nõ facio tibi iniuriã, quæ locũ nõ habet vbi est merita gratia, sed vbi quod iure debetur, negatur. Quod autem nõ facit ei iniuriam ostēdit, quia pactam ei reddit mercedem. Nõne, inquit, ex denario conuenisti mecum? Quod si ita est, vtiq; ex pacto nõ plus tibi debeo, quapropter tolle quod tuum est & vade, cõtentus, quia mercedem quam mihi recepisti.

¶ Secundò, eiusdem murmuris rationem tollit, dum sedant sic voluisse. Volo, inquit, huic nouissimo dare, sicut & tibi. Quod autē vult, licet ei facere: Sicut enim sola voluntas eius causa est productionis omnium rerum, ita eadem sua voluntas causa & mensura est omnis iustitiæ & æquitatis. Vnde & iustum necesse est esse mercedis modum quem ipse statuit. Quoniam ergo regni cœlestis perceptio, eius est bonitas voluntatis, recte dicit: An non licet mihi quod volo facere? Et vtiq; licet, quum voluntas sua sit inobliquabilis regula æquitatis, iuxta illud: Voluntas eius, pondus equum. Nõ enim locum habet apud eum cuiuslibet effectus malitiæ. Stulta autem est quæstio ho-

Iob. 11.
Grego.

minis
pe esse
non dar
¶ An oc
tio toll
ex inuid
nequã e
lore cru
quã dicit
bore ta
laborasti
Sed nen
¶ Ad ple
sio pau
conitet
certum
Dei salu
odio, ve
hic adue
& non q
pter hoc
audire:
dicum a
¶ Quam
hanc mu
intellig
Ob solar
sent repr
citã B.
zisse, & i
singulis
intendat
us anxio
candis i
pendend
¶ Aduer
per omn
rum in q
bet cõm
nus ex i
Vbi B. A

minis contra benignitatem Dei. Conquerendum quippe esset, non si non daret alicui quod non deberet, sed si non daret quod debuerit. Vnde subdit:

*Stulta cō-
tra Deū
querela.*

¶ An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Vbi ter-
tio tollit murmurationem, hanc dignè redarguens, quòd
ex inuidia procedere videatur. Tunc enim oculus mentis
nequā esse dicitur, quādo ex alterius bono conspecto, do-
lore cruciatur. Quir autē oculus eius nequam sit ostendit
quū dicit: quia ego bonus sum, videlicet huic pro breui la-
bore tantū conferendo præmij, quantum tibi qui diutius
laborasti. Et hinc oculus tuus per inuidiam nequam est.
Sed nemo se de opere, nemo de tempore extollat.

¶ Ad pleniorē eorum quę dicta sunt intelligentiam, quę
stio paulò ante mota clarius est elucidanda. Quum enim
constat beatos esse qui denarium istum acceperunt, quos
certum est de illorum omnium qui gratia & misericordia
Dei saluantur, gaudere salute, nec vllum apud eos inuidię
odio, vel murmurationi esse locum, quid sibi velit quod
hic aduersus Dei misericordiam murmurare perhibentur
& non quomocunque murmurare, sed iniquè, ita vt pro-
pter hoc à patre familias grauitè obiurgari meruerint, &
audire: An oculus tuus nequam est, quod vtique non mo-
dicum adiicit difficultatis.

*V
Quid de
hac mur-
muratio-
ne tenen-
dum.*

¶ Quam difficultatem nequaquam soluunt, qui putant per
hanc murmuratiōem admiratiōem de diuina bonitate esse
intelligendam. Sed hoc textus literę non admittit.

Ob solam enim admiratiōem de oculi nequitia non fuis-
sent reprehensi. Aduertendum itaque præter paulò antè re-
citatā B. Grego. expositionem, Christum hic parabolam di-
xisse, & in parabolis (vt dicit Chry.) nō oportere nimia in
singulis verbis cura perangi, sed quum quid per parabolā
intendat didicerimus, inde vtilitate collecta, nihil vlti-
us anxio re conatu inuestigandum. Quę vtique in expli-
candis intelligendisque allegoriis regula est non parui-
pendenda.

¶ Aduertendum proinde parabolas à Christo traditas non
per omnia singula verba nobis conferre, sed in finem tan-
tum in quem adducuntur, quod Euangelicis exemplis li-
bet cōmonstrare. Vno videlicet, villici illius quem Domi-
nus ex iniquitate commendat, quod prudenter fecisset.
Vbi B. Aug. sentētia est, ne quis hinc discat iniquè agere, *Lucæ. 5.*
sicut

sicut ille villicus fecit, eò q̄ parabolis non ex omni parte
vri debeamus, sed iis tantum articulis propter quos illos
induxit Christus, hoc est, vt disceremus nobis faciendos

Luc. 7.

Mat. 25.

Luca 19.

¶ Alterius parabolæ exemplum simile est apud Lucam de
fœneratore duos habentē debitores. Accedit nihilominus
apud Lucam pariter & Matthæum exemplum hoc, quo
feruum ignauum dominus suus grauius increpat de ne-
glecta talenti vsura, quod potuisset vsurario tradere, vt ei
lucro illud suus dominus reciperet. Hinc enim nemo li-
tum esse putet vsuram ex mutuo recipere, dicente alio lo-
co ipso eodem domino: Date mutuū, nihil inde sperantes,
sed vt hinc discamus donis diuinæ gratiæ nequaquam in-
erti ocio abuti, sed ad Dei gloriam & proximi vtilitatem
vigilanter in illis nos exercere debere.

Luc. 6.

Luc. 15.

¶ Eiusdem rei simile est exemplum apud Lucam, vbi soles-
nius conuiuium filio prodigo pater instruxit reuerso, qui
seniori fratri, qui semper apud patrem manens, mandata
eius nunquam præterierat.

Nota.

¶ Porro secundum Chry. ad hunc intellectum induxit do-
minus horum parabolā murmurantiū, nō vt inuidia tabe
morderi ostēderet, sed vt tãto illos postremò venientes o-
stenderet honore decorari, quantus ad inuidiam extema
impellere sufficere potuisset. Vult itaq; nō hanc parabolā
esse conclusionem, q̄ nouissimi primi, & primi nouissimi
forēt, sed hoc intēdēs, quo modo admiratione dignū est
illud, quod nemo credidisset inæquales operarios, equales
recepturos esse mercedē, ita hoc non minus admirandum
quòd nouissimi facti sunt primi, & primi nouissimi.

X
Alia para-
bola expo-
sicio.

Iudæorum
mutuū
constragē-
tes.

¶ Sed & aliam huius parabolæ expositionem literæ (vt
datur) viciniorem quidam inducunt, quæ talis est: Coe-
ludæos in vineam domini primum vocatos, postremò
Iudæos, dicitur. Et mane quidem incœpisse laborare Iudæos, dicitur
Psalmista: Notus in Iudæa Deus (non enim erat alius) in
niuersa terra qui sicut Israel propitium haberet Deum
rum quãdo placitū fuit Deo, etiã gētes ad sui notitiam
cultū vocare, quæ nihil boni prius operatæ, quasi rota
steterat ociosæ, murmurare cœperunt Iudæi, rati gētes
qui postremū ad Christi cognitionē veniebāt, non debere
integrā accipere diurni laboris mercedē, hoc est, gratiam
& dona sancti spiritus, quibus hos indignos Iudæi

reputab-
guos qu-
nec oite
plenum
cide & n-
Deus p-
lio cred-
tis quom-
nigenan-
¶ Hæc en-
nascenti-
uersus Pa-
centes:
mādūca-
trus per-
dens & d-
cut & no-
ego quis
cuerunt,
penitent-
uerunt e-
quasi ad-
tiles mag-
eamdem
quia non
latam ge-
oculus tu

Sic er-

¶ Hic inf-
Vbi duo si-
lica, sed tu-
Multi eni-
¶ Circa pr-
nouissimi
gimus, m-
idem & n-
Vnde Psa-
do separa-
¶ Pars aut

reputabant, adeò vt ipse Petrus quoque immundos & indignos qui Euangelicam suscipere gratiam, iudicaret. Do nec ostensa sibi cœlitus visione, qua lintheum immundis plenum animalibus vidit, & vocem audiuit dicentem: Occide & manduca, quod quò recusaret rursus audiuit: Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris, Vnde & Cornelio credenti, tamen adhuc gentili, à Petro dicitur: Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo accedere ad alienigenam.

¶ Hæc enim sunt Iudæorum aduersum gentes in principio nascentis Ecclesiæ murmura. Vnde & commoti sunt aduersus Petrum Iudæi, quoniam Cornelium baptizasset dicentes: Quare introisti ad viros præputium habentes, & mâducasti cum illis? Defendit autem se aduersum hæc Petrus per ostensam sibi cum oraculo cœlitus visionem, addens & dicens: Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus sicut & nobis qui credidimus in dominum Iesum Christum ego quis eram qui possem prohibere Deum? His auditis tacuerunt, & glorificauerunt Deum, dicentes. Ergo & gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam. Vides sanè vt murmurauerunt ex Iudæis legi primum subiectis ad Christi fidem quasi ad opus vineæ domini, primi vocati aduersum gentes magna Dei misericordia ad eandem fidei gratiam & eandem nihilominus mercedem cum illis inuitatos. Et quia non nihil inuidiæ in huiusmodi intercedebat, ob collatam gentilibus gratiam murmuranti merito dicitur: An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum?

¶ Circa secundum principale dicitur:

Sic erunt nouissimi primi & primi nouissimi.

¶ Hic inferitur Euangelicæ parabolæ notanda conclusio. Vbi duo sunt consideranda. Vnum est, Dei dispositio insolita, sed iusta. Alterum est, sententia vera, & metuenda. Ibi Multi enim sunt vocati.

¶ Circa primum dicitur: Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Quod si de Iudæis & Gentibus dictum intelligimus, manifestum est. Iudæi enim primi fuerunt ad Dei fidem & notitiam vocati, nempe populus Deo peculiaris. Vnde Psalmista: Quando diuidebat altissimus gentes, quâdo separabat filios Adam, post pauca subiicit.

¶ Pars autem domini populus eius, Iacob funicul⁹ hereditatis

*Iudæi 70
ratione
primi.*

Deut. 12.

DOMINICA

Exod. 4.

*I. Petri. 2.
Roma. 9.*

*Nouissimi
mi primi.*

*Alia expo
sitis.*

*Expositio
tertia.*

tatis eius. Et vnde rursus in Exodo loquente Domino scriptum est: Filius meus primogenitus Israel. Gentes autem quæ contemptæ habebantur postremò venientes, factæ sunt genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Vnde & per Apostolum Paulum dicitur, Gentes quæ non sectabatur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est. Israel verò sectando legem iustitiæ, in legē iustitiæ non peruenit. Sic factum est vt Iudæi, qui pri^o erant in capite, facti sint in cauda, & Gentes quæ in cauda erant, in capite facti sunt.

¶ Potest autem quod hic dictum est, Erunt nouissimi primi, & aliis modis ad ædificationē intelligi, videlicet: Primo de nouissimis ratione dilationis, qui scilicet lōge per alios ad Deū conuertuntur. Nouissimi quidam erant in quoniam feruore bonæ voluntatis se præcedentes superant, vti superi^o dictum est, de nouissimis primi fiunt, quomodo nonnunquam qui tardius ad iter exēūt, gradiēdi velocitate moram compensantes, eos qui se præcesserunt non modò cōsequuntur, sed etiam antecedunt. Vnde Gregorius. Quid sit hodie aspicitis, sed quid cras futurus sit vnusquisque nescitis. Plerunq; etenim & qui post nos venire cœntur per agilitatē nos boni operis antecedit, & vix eū consequimur, quem hodie præire videbamus. Ecce quū Stephanus pro fide moreretur, Saulus lapidantium vestimenta ferebat. Omnium ergo manibus ipse lapidauit, qui ad lapidandum omnes exercitōs reddidit, & tamen eundem ipsum sancta Ecclesia laboribus antecessit, quem persecutus martyrem fecit. Hinc quisque videat vt proximum cuius fortasse iacere in vitis conspicit desperare non audeat, quia diuinæ misericordiæ diuitias ignorat. Hæc Gregorius.

¶ Secundo potest quod dictum est intelligi de nouissimis ex parte propriæ reputationis. Nam qui propria reputatione per humilitatem mentis nouissimos omnium se conuertunt, eiusdem humilitatis merito ante Deum primi fiunt. Sicut enim qui se exaltat humiliabitur, ita & qui se humiliat exaltabitur.

¶ Tertiò quoque potest intelligi de nouissimis humilitationis. Plerunque enim contingit, vt qui bonæ reputatione primi habentur, iudicante Deo nouissimos fiunt, & è conuerso, qui mundo despicabiles sunt & nouissimi iusta Dei retributione fiant primi.

Dives q
& memo
triusque
& prim
pentes.
habuiss
insensat
lorum s
lios Dei
Apostol
quia non
tentes, n
Deus, v
Deus vt
pibilia
strueret,
¶ Sed &
iudicio s
ceant, &
ctū Dei i
conuertu
nullius
tāto feru
sic fruend
desperat
tibus hor
paratus,
tunc illu

¶ C

Mult

¶ Quia &
pauci per
saluos fie
dis vocat

¶ Vocat
missionē
calypsi :
rit mihi,
cum. Sed

Dives

Luc. 16.

Diues quondam in delitiis epulo, iudicio mundi primus, & mendicus ille vlceribus plenus fuit nouissimus. Sed vtriusque morte rebus repēce mutatis, nouissimus primus, & primus nouissimus effectus est. Vnde & de electis stупentes reprobi sunt dicturi: Nōne hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinē improperij? Nos insensati vitam illorū aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Hinc etiam per Apostolum dicitur: Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundū carnem, non multi potentes, nō multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ nō sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius.

*Sapient. 3.**1. Cor. 1.*

¶ Sed & saepe cōtingit (vt dicit Gregorius) vt qui humano iudicio stare videntur, iam in conspectu diuini iudicij iaceant, & qui hic coram hominibus iacent, iam in conspectu Dei stent. Vnde & hæc parabola posita est, vt qui tardè conuertuntur, non desperent, sed fiant audiores, quoniā nullus est in hac vita pœnitentia tam sera, quin possit è tūto seruore procedere, vt multis mereatur prioribus, nō sic fruentibus anteferri. Nullus ergo quandiu viuunt homo desperationi locus est. Verum quoniam in omnibus ætatibus hora mortis incerta est, semper quisque debet esse paratus, ne fortè si quando potest, bonum operari nō vult, tunc illud incipiat velle, quando non erit posse.

*Nota.
Chrysof.*

¶ Circa secundum, quod est domini sententia vera & metuenda, subditur:

Multi enim sunt vocati pauci, verò electi.

¶ Quia & ad fidem multi veniunt, & ad cœleste regnum pauci perducuntur, Deus enim qui vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire, variis modis vocat auersos.

Z

¶ Vocat enim per salutare bonarum cogitationum immissiones, quasi ad ostium cordis pulsando. Vnde in Apocalypsi: Ego, inquit, sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ille mecum. Sed de multis iam verificatur, quod dicitur per Ieremiam

*vocatio
triplex.**Grego.**1. Tim. 2.**apoca. 3.*

DOMINICA

vocat signo.

Esai. 11.

miam prophetā: Non audierūt neque inclinauerunt aurē suam, sed abierūt vnusquisq; in prauitatem cordis sui.

¶ Secundò vocat signi ostensione. Vnde per Esaiam dicitur: Leuabit dominus signū in nationes, & cōgregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terrarū. Quo signo Christi crucifixi vulnerandū corpus intellige, signum vtiq; tricolor, album, vestibus nudatum, rubellū sanguine pretioso perfusum, & tandem à morte & cruci liuidum. Aggregemur ergo ad signum hoc per albedinem castitatis, per ruborem charitatis, & nihilominus per asperitatem vitæ, & pœnitentiæ salutaris pallorem.

vocat nūcio.

Esai. 50.

¶ Tertio vocat nunciorum destinatione. Non enim cessant nuncios reuocandis errantibus mittere, & angelos vti licet & p̄dicatores. Sed pauci volunt audire vocantes. Vocauit, inquit, & non fuit qui audiret. Et rursus: Quis cecus nisi seruus meus, & quis surdus, nisi ad quem mittere nuncios meos? Et vnde ex ipsius persona vir sanctus: Seruum meum vocauit, & non respondit mihi. Vocat nihilominus tribulatione malorum & dolore. Nam mala quæ nos hodie premunt, ad Deum ire compellunt. Multi ergo & multipliciter sunt vocati, pauci verò electi. Vbi Gregorius:

vocati vt fugiunt.

*Titum. 1.
Iacobi. 2.*

¶ Multi hodie conuenimus, Ecclesiæ parietes implent, quis tamen sciat quàm pauci sunt, qui in illo electorum De grege numerentur? Ecce vox omnium Christum clamantem: vita omnium nō clamat. Plerique Deum vocibus secuntur, moribus fugiunt. Hinc etenim ad Titum Paulus dicit: Cōfitentur se nosse Deum, factis autem negant. Hinc Iacobus ait: Fides sine operibus mortua est. Hinc & per Iacob mistam Dominus dicit: Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Vocati autem dominum, sed per numerum multiplicantur fideles, quia nonnulli etiam hi ad fidem veniunt, qui ad electorum numerum non pertingunt. Hi enim fidelibus per confessionem adnumerati sunt, sed propter vitam reprobam numerari illic in grege fidelium non merentur.

Hædi cũ agnis.

¶ Hoc ouile sanctæ Ecclesiæ hædos cum agnis replet. Sed attestante Euangelio cum iudex venerit, bonos à malis separat, sicut pastor segregat oues ab hædis. Neque enim possunt qui hic carnis suæ voluptatibus seruati sunt, illic in ouium grege numerari. Illic eos à sorte humilium iudex separat, qui se hic in superbiæ cornibus exaltant.

Cœlorum
fide possunt
intra Eccl
re debe
¶ Quod
ex non
quæ duc
Angusta
pauci su
gunt, qu
Dei Qu
xeritis,
tium ho
In cuius
tarnem
tum. Et
uenti su
rum, non
etiam in
bidine c
nem car
est hum
bidinis o
¶ Proinc
mentem
erga fug
timente
sincerit
era tract
sunt vili
& sancto
so Absal
obsequi
nunc cor
locum h
Viuit
Non s
¶ Rara s
ra benign
iuxta qu
sericord

Cœlorum regnum percipere nequeunt, qui hic in cœlesti fide positi, toto desiderio terrena queerunt. Et multos tales intra Ecclesiam cernitis, sed eos nec imitari, nec despiciere debetis. Hæc Gregorius.

¶ Quod autem pauci saluantur, nõ aliunde prouenit, quàm ex hominum nequitia. Nam lata porta est & spatiosa via que ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrat per eam. Angusta verò porta & arcta via est, que ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Sanè viam illam spatiosam pergunt, qui voluptatum carnis sue amatores sunt magis quàm Dei. Quibus per Apostolũ dicitur: Si secundum carnem vi-

xeritis, moriemini. Secundũ carnis autẽ desideria viuentium hominũ (etiã Christianorũ) longè maxima pars est. In cuius rei typũ, plures fuerunt filij Ismael qui secundum carnem natus est, quàm Isaac qui natus est secundũ spiritum. Et inundate diluuiò, pauci (id est, octo homines) inuenti sunt vita digni. Sed & in quinque ciuitatibus Sodomorum, non sunt decem viri boni reperi. Similiter & nunc etiam in omni hominum genere, plurimos esse constat libidine carnis deprauatos, quàm propter Christi imitationem carnis sue domitores. Vnde Augustinus: Eò dilapsa est humana peruersitas, vt pro viro habeatur, non qui libidinis est victor, sed qui à libidine fuerit superatus.

¶ Proinde non secundum carnem tantum, sed & secundum mentem, humanum genus grauitè nimis corruptũ est, & erga sue cõsortes naturę. Pauci enim inueniuntur Deum timentes, pauci Deo ex animo seruietes, paucissimi Deũ sinceritè diligentes. Passim est iam cernere, indignè sacra tractantes, Dei precepta contemntes, ea quę Dei sunt vilipendentes, & quod his omnibus est grauius, Deũ & sanctos blasphemantes. Plures olim erant cum peruerso Absalon, quàm cum Dauid. Et nunc plures cernuntur obsequi peccato quàm Deo. Sed & erga proximum adeo nunc corrupta est humanę mentis affectio, vt meritò iam locum habeat, quod per quemdam dicitur:

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est.

¶ Rara sanè est fraterna dilectio, rara fides, iustitia rara, rara benignitas, rara erga pauperes miseratio, veritas rara, iuxta quod per Osee dicitur: Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum & menda-

A

Quis

pauci saluantur.

Matt. 7.

Roma. 8.

Figura

paucitatis saluatorum.

Gene. 25.

Galat. 4.

Lib. de

Io. cordis

Hominis

genus vt deprauatum.

2. Reg. 13

Ouidius.

Osee. 4.

DOMINICA

mendacium, furtum, homicidium, & adulterium inuenerunt. Vigent odia, schismata, sectæ, hæreses, contentiones, rixæ, discordiæ, inuidiæ, detractiones, fraudes, dolus, violentæ pauperum oppressiones, vsuræ sine vlla legitima reuerentia, vbique palsim effusis habenis dominantur.

Affectio duplex cõmodi & iustitiæ. Philip. 2. Jerem. 6.

¶ Sanè quum in humana voluntate gemina sit affectio commodi, videlicet, & iustitiæ, sola nunc affectio cõmodi regnare conspicitur, affectione iustitiæ ferè proflusa. Omnes, inquit Apostolus, quæ sua sunt querunt, quæ Iesu Christi. Et vnde per Ieremiam prophetam dicitur: A minore vsque ad maiorem, omnes auaritiæ student.

Esa 59. 1. Petr. 4.

Et per Esaiam: Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit. Quia corruit in plateis veritas & aquas non potuit ingredi Et facta est veritas in obliuione, qui recessit à malo, prædè patuit. Quæ quum ita se habeant, quis miretur per paucos saluari? Si enim vix iustus uabitur, impius & peccator vbi parebunt? aut quis finis erum qui non credunt Euágelio? Licet tamen numerus electorum simpliciter & absolutè (id est, secundum se consideratus) sit maximus, iuxta quod Ioannes in Apocalypsi vidit turbam (nempe electorum) magnam, quam dinuerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & populis & tribubus & linguis, stantes ante thronum Dei, & iuxta quod

Apoca. 7. Gene. 15.

Abrahæ dominus promisit, dicens: Suspice cælum & nmera stellas si potes, sic erit semen tuum: quo semine electi intelliguntur: attamen comparatione multitudinis proborum, hi qui salui sint, pauci sunt. Et ad hunc semine intelligendum est quod hic dicitur: Multi sunt vocati, pauci verò electi.

DOMINICA IN sexagesima.

Quam turba plurima conueniret, & de ciuitate properarent ad Iesum. Luc. 8.

¶ Præsens sancti Euangelij lectio, tria summarè cõprehendit Primum est, verbi cœlestis gratiosa diffusio. Secundum est, recipièdo diuini verbi semine in audiētibus dispositio, ibi: Et dum seminat, Tertium est

discipuli
bant au
¶ Circa
plurim
Christi
Tertiu
Exiit q
¶ Circa
domini
mica in
domini
gnificat
in princ
di ætate
ptuagen
Babylon
domini
præde
videlicet
mundi c
buit à N
nes infir
¶ Porro
sed & vn
septima
tio Adan
tiis in eru
sitate (s
¶ In inite
dici offic
hominum
duxit, &
uit vnue
¶ Licet au
licati cor
fœlicitat
in terram
ei huius
aperitur

discipulis sciscitantibus parabole expositio, ibi: Interrogabant autem eum.

¶ Circa primum tria sunt consideranda. Primum est turbe plurimę ad Christum confluxio. Secundum est, ad turbas Christi parabolica locutio, ibi: Dixit per similitudinem. Tertium est, suum serentis semen benigna egressio, ibi: Exiit qui seminat.

¶ Circa primum est præmittendum, quod dominica præsens, **A** dominica in sexagesima vocetur. Sed huius rationem dominica proximè præcedenti assignauimus. Nam qua ratione illa dicta est dominica in septuagesima, & ista dominica in sexagesima est appellata. Ab vltima enim septem dominicarum quę suis officiis mysticā humani generis significat captiuitatē (quę ab Adā prothoparēte incipiens, in principio, scilicet primę ætatis mūdi, & in septima mūdi ætate est terminanda, præfigurata nihilominus per septuagenariam illam filiorum Israel siue Iudaicę gentis in Babylone captiuitatem) ab vltima inquam septem harum dominicarum, dominica præsens est ordine sexta, sicut & præcedens est septima. Et sicut illa initium primę ætatis videlicet ipsum Adam, ita & dominica præsens secundam mundi contemplatur ætatem, quę videlicet initium habuit à Noë, quod vtiq; præsentis dici matutinales lectiōnes insinuant.

Sexagesima ratio.

¶ Porro captiuitatē hanc nō modo prothoplastus Adam, sed & vniuersum genus humanū incurrit, nec ab ea nisi in septima illa & beata ætate liberatur. In primę ætatis initio Adam ipse ob præuaricationis culpam è paradisi delictis in erumnas multas, & moriendi ineluctabilem necessitatem (quasi in captiuitatem) irato sibi Deo pellitur.

¶ In initio autem secundę mundi ætatis (prout in huius dici officio, vt iam dictum est, recolitur) propter nefanda hominum peccata mundo impiorum diluuium superinduxit, & demptis octo animabus per arcam saluatis, deleuit vniuersos.

¶ Licet autem & ipsa præsentis temporis Ecclesia mortalitati corruptionique subiecta, necdum ad æternę vitę felicitatem, libertatem vtiq; glorię filiorum Dei (quasi in terram suam à longo postliminio) sit regressa, atamen ei huiusmodi regressiōnis spes per Dei misericordiam aperitur, & hoc tam in officio iam dictę præcedentis domini.

Q

mini.

minicę, vbi pro vitę æternę mercede per denarium promissum designatę, operarij in opus dei vocantur, quam in officio dominicę hodiernę, vbi sub parabola sparſi seminis designato dei verbo, pię pęnitentes, vt in opere ad quod vocati sunt, fortiter perseuerent, quasi ad cibum vitę (cibum vtique huiuscemodi operariis necessarium) inuitantur. Clamante ipsomet domino & dicente: Qui habet aures audiendi audiat.

¶ His pęmissis ad Euangelicam lectionem est accedendum, in qua (vt dictum est) primum notatur turbę plurimę ad Christum confluxio. Quum turba, inquit, plurima conueniret. Vnde apud Matthęum: In illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare, & congregatę sunt ad eum turbę multę, ita vt in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in litore. Vbi Hieronymus.

Benigna christi similitudo. **B** ¶ Nō poterat, inquit, populus domum Iesu intrare necesse ibi vbi Apostoli audiebant mysteria, ideo miserator & misericors Dominus egreditur de domo sua, & sedet in ta seculi huius mare. Porro benignam lucrandis animabus domini sollicitudinem ante lectionis huius inuicem etiam Lucas ostendit, dicens: Iter faciebat per ciuitates & castella pędicans Euangelium regni Dei, & duodecim cum illo. Et mulieres aliquę quę erant curatę ab spiritibus malignis, & infirmitatibus Maria quę vocatur Magdalene, de qua dęmonia septem exierant, & Ioannę vxor Chusę procuratoris Herodis, & Susanna, & multę quę ministrabant ei de facultatibus suis: fuit enim Iudaicę consuetudinis, nec ducebatur in culpam maritis gentis antiquo, vt mulieres de substantia sua victum quę vestitum pęceptoribus ministrarent. Hoc quia Iohannę dalum facere poterat in nationibus, Paulus se abiecit memorat, dicens: Nunquid nō habemus potestatem, vt viros & mulieres circumducendi, sicut & cęteri Apostoli faciunt?

1. Cor. 9.

¶ Ministrabant autem domino de substantia sua, vt mererent earum carnalia, cuius illę spiritualia merebant. Quomodo indigeret cibus dominus creaturaru, sed vt ipsum ostenderet magistrorum, quę victu atque vestitu etiam discipulis deberent esse contenti.

¶ Quum turba plurima conueniret. Aduerte quod quędam in Euangelio turbę vocabulum interseritur, sicut dicitur

fitas h
que tur
gata, q
nerant
erat C
struere
rentur,
calum
¶ Hęc
rer, vbi
alios n
benign

Dix

¶ Apud
rabilis.
quebatu
tudines
turba ne
voluntat
varias
¶ Et not
bolis, se
emolum
obscuris
notitiam
¶ Videns
nem non
& de ciu
feruore,
¶ Loqueb
res sacer
citari in
¶ Secund
sequent
rium reg
manifest
acquiesc
Chrysoft
¶ Qui sa

*Turba in
tentatio-
ne varia.*

fitas hominum, ita & diuersitas intimatur volūtatum. Ita-
que turba hæc multitudo erat è variis hominibus congre-
gata, qui non in vno animo, neque vna voluntate conue-
nerant, sed aliis alia intētio, alius sensus & alius effectus
erat. Quidam enim venerant vt sanarentur, quidam vt in-
struerentur, curiosi quidam vt stupenda ipsius opera imita-
rentur, quidam vt ipsius (si quo modo possent) aut verba
calumniarentur aut facta.

Hæc animorum in turba varietas in sequentibus appa-
ret, vbi parabolicè ostenditur eundem Christi sermonem,
alios negligenter, alios inconstanter, alios malignè, alios
benignè excepisse.

¶ Circa secundum, quod est, Christi ad turbas
parabolica loquutio, subditur:

Dixit per similitudinem.

¶ Apud Mattheum habes. Et loquutus est eis multa in pa-
rabolis. Dominus in parabolis more suæ prouidentia lo-
quebatur, vt qui cœlestia capere non poterant, per simili-
tudines terrenas audita percipere potuissent. Et quoniam
turba non vnius sententia est, sed diuersarum in singulis
voluntatum, loquitur ad eam in multis parabolis, vt iuxta
varias voluntates, diuersas reciperent disciplinas.

¶ Et notandum quòd non omnia loquutus est eis in para-
bolis, sed multa. Si enim dixisset omnia in parabolis absq;
emolumento populi recessissent. Perspicua igitur miscet
obscuris, vt per ea quæ intelligunt, prouocētur ad eorum
notitiam quæ non intelligunt.

¶ Videns itaque dominus maximam hominum multitudi-
nem non modò de villis, & vicis, & agris, & castellis, sed
& de ciuitatibus ad se conuenisse, ingenti charitatis suæ
feruore, prædicat eis per similitudinem.

¶ Loquebatur sane per similitudines. Primò, vt attentio-
res faceret auditores. Consueuerunt enim homines exer-
citari in obscuris & manifesta contemnere.

¶ Secundò, vt indignis cælaretur sententia, iuxta quod in
sequentibus testatur, dicens: Vobis datum est nosse myste-
rium regni Dei, cæteris autem in parabolis, id est, vobis
manifestè, cæteris obscurè, qui quoniam intellectis non
acquiescunt, maius de intellectis peccatum habent. Vnde
Chryostomus.

¶ Qui sanctum dat canibus, ipsos canes non sanctificat,

*Cur lo-
quitur in
parabolis*

DOMINICA

*Sanctum
nō detur
canibus.*

& si margaritas des porcis, nequaquam ex eis nutriuntur, sed magis canes sanctum inquinant, & porci margaritas confringunt, aut sordidant, ita si hominibus malis & indignis cœlestia myteria tradideris, illos non illuminat, sed ipsi blasphemando veritatis testimonia coinquinant.

¶ Tertio loquebatur dominus in parabolis, propter sententię dignitatem, quę congruis verborum exemplis velda erat, quomodo vel pretiosę margaritę, vel sanctorum quorumlibet venerandę reliquię, propter earum solentę dignitatem inuolui.

¶ Quarto, vt notę rei similitudine auditi verbi sensus efficacius audientium mentes penetret, & tenacius hæreat memorię.

¶ Denique, vt studiosis daretur occasio, labore pietentiam parabolę inuestigandi, & sapientię cœlestis thesaurũ (quasi in altum fodiendo) reperiendi, dicente Christo: Scrutamini scripturas. Porro (teste Psalmista) beati qscrutantur testimonia eius.

10an. 5.

¶ Circa tertium quod est, suum semen serentis benigna egressio, subditur:

Exiit qui seminat, seminare semen suum.

D ¶ Ipse dominus in sequētibus significationem seminis exposuit, quis autem sit is qui seminat, nobis quęrēdum reliquit. Sed satorem istum nullum melius quā ipsūm Dei filium intelligere possumus, qui de sinu patris creature non erat accessus egrediens venit in hunc mundum, ac verbum veritatis quod apud patrem vidit, hunc no generi & per seipsum, & per eos quos ipse ad hoc egerit seminavit, iuxta quod in eius laudib⁹ per Abacuc prophetam dicitur: Egressus es in salutem populi tui. Vel tē exiit ad seminandum, quum post vocatam ad filios suam partem synagogę electā, ad collectionem quorū gentium, gratię suę dona diffudit. Quod etiam suo itinere designauit, quum post prædicationem domi habitam ad mare docturus exiit.

*Christus
ipse vt se-
minator
exiit.
Beda.*

Matt. 12

¶ Deniq; in domo prædicās quosdam ob blasphemias scelus irremissibile deseruit, quosdā ob deuotionē pietatis, matrem suam appellauit & fratres. Quo differentiā manifestē Iudaicę gentis exprimit, in qua multi domini rebelles, nonnulli sunt diuina adoptione condigni.

Chrysof.

¶ Exiit ergo qui vbique est, exiit inquam, non loca

ter, sed
ter aute
Eramus
ti & eis
undo ad
aspectu
¶ Exiit a
ret terra
audisset
cidas ille
exiit per
care viu
agricola
vt semin
¶ Exiuer
angeli, q
rerent. N
ritus, in n
seminau
trahendo
lorum, qu
digebant
euangeli
lorum.
¶ Exiit a
Non eni
raliter sit
minauit
uerunt. C
non aliu
Quomodo
¶ Porro s
super bon
duratos, q
gem natu
gem grat
nendi int
etiam ge
sint nō ex
decalogū
entiis ac

ter, sed quia per amictum carnis nobis propinavit. Decen-
ter autem aduentum propriū Christus exitum nominat.
Eramus enim exclusi à deo, sicut rebelles regi condemna-
ti & ciecti sunt. Quicumq; verò reconciliare vult eos ex-
eundo ad ipsos extra cū eis loquitur, donec dignos factos
aspectu regio eos introducat. Sic enim fecit Christus.

¶ Exiit autem nunc, nō vt agricola, perderet aut combure-
ret terram, quomodo alibi loquens, dicit: Rex autem quū
audisset iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homi-
cidas illos, & ciuitatem illorum succendit igni, non inquā
exiit perdere neque iudicare, quomodo exiturus est iudi-
care viuos & mortuos, sed exiit seminare. Sape enim
agricola qui seminat, ob aliam causam exit, & non solūm
vt seminet.

Mat. 22.

¶ Exiuerunt sanè & alij nonnulli à patria cœlesti, nempe
angeli, qui & ad homines descenderunt, non tamen vt se-
rerent. Neque enim satores erant, sed administratorij spi-
ritus, in ministerium missi. Moyses etiam & prophete, nō
seminauerunt hominibus mysteria regni cœlorum, sed re-
trahendo incipientes ab errore nequitiae & cultu ido-
lorum, quasi colebant animas hominum, & in noualia re-
digebant. Solus autem omnium sator verbum Dei exiuit
euangelizare noua semina, mysteria scilicet regni cœ-
lorum.

Eusebius.

Heb. 2.

¶ Exiit autem seminare semen non alienum, sed suum.
Non enim accepit verbum quasi mutuatū, quum ipse natu-
raliter sit verbum dei. Non sic suum proprium semen se-
minauit Paulus, siue Ioannes, sed quod acceperant semi-
uerunt. Christus autem proprium ē seipso semen protulit
non aliunde acceptum. Vnde & Iudæi mirantes dicebant:
Quomodo hic literas scit, quum non didicerit?

¶ Porro sator cœlestis triplicem legem quasi triplex semē
super bonos & super malos, super beneuolos & super in-
duratos, quasi super omne genus terræ seminavit, id est, le-
gem naturæ primum, deinde legem figuræ, nouissimè le-
gem gratiæ. Per primam dedit homini prudentiam discer-
nendi inter bonum & malum, iustum & iniquum, ita vt
etiam gentiles qui aliam legem non acceperunt peccādo
sint nō excusabiles, quū omnia diuinę legis præcepta (quæ
decalogū dicimus) in eorū & quorumlibet hominū cōsci-
entiis ac iudicio rationis, sint indelebiliter exarata per le-

Ioan. 7.

E

Lex tri-
plex quasi
triplex sa-
men.

Dent. II. gem verò figure, id est, legem Moyſi, præcepta legis naturæ declarauit, & ad hominũ actus applicuit, promiſſiones etiam in ea & cõnationes ſeminauit, iuxta quod in ea loquente per Moyſen domino ſcriptũ eſt: En propono vobis hodie benedictionẽ & maledictionem. Benedictionẽ, ſi obedieritis mandatis domini Dei veſtri, quæ ego hodie præcipio vobis: maledictionem, ſi non obedieritis mandatis domini Dei veſtri. Denique etiam legem Euangelicæ gratiæ (quæ vtique eſt lex amoris) ſeminauit. Vnde ipſe ait: Si diligitis me mandata mea ſeruate. Hanc humanæ carne indutus (vt dictum eſt) exiit ſeminare. Vnde & *Ioan. 14.* *L. 196. 4.* xit: Exiui à patre & veni in mundum. Et rurſum alibi. Quia & aliis, inquit, ciuitatibus oportet me euãgelizare regiõ Dei, quia ideo miſſus ſum.

Ierem. 14. ¶ Hanc tantã filij Dei dignationem præuidens Propheta. Quare, inquit, quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus, & fortis qui nõ poteſt ſaluare? Exiit ergo quaſi colonus, & vtique ad labores, nõ ad otium exit. Nõ enim otioſi eſt otari. Laborauit dominus in operãdo generis humani ſalutem in medio terræ. Vnde & in Euangeliõ legitur, quoniã Ieſus fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuper lapidem. Et notanter ait: Sic, id eſt, feſtus, ieiuus, famelicus & ſitibundus, aded vt à muliere hauſtum aquæ peteret, quæ tamen ei illa negauit. Vnde ait ex eius perſona Auguſt.

L. 5. cõtra hereses.

¶ O homo, cum eſſes inimicus patri meo reconciliaui mecum, quer me, laboraui, ſudaui, caput meum ſpinis oppoſui, manus meas clauis perforauerunt, lancea latus meum aperuit, ſanguinem meum fudi, animam meam poſui, vt coniuugerem te mihi, & tu diuideris à me. Et quia (iuxta ſententiã Apoſtoli) fideles Dei agricultura ſunt, intelligamus ſatorem hũc, in eorum mères gratiæ ſemẽ vſq; ad huc, & ſemp ſeminare. Seminat enim in eos ſemẽ piæ cõpõſitionis ſemẽ ſalutaris cognitionis in intellectu, ſemẽ bonæ voluntatis in affectu, & ſemen bonæ operationis in effectu.

I. Cor. 3.
Semen triplex.

Quid nos conueniat ſeminare.

¶ Huius exemplo à peccatis & vitiis, quin & ab huius ſæculi amore, fideles quique exire non dubitent, ſeminare & ipſi tam operũ bonorũ ſemen, q̃ ſermonũ. Nã de iis qui in piis ſeminat operibus per Salomonẽ dicitur: Seminat iuſtitia merces fidelis. Vnde & Apoſt. monet dicẽs: dominus vobis pus habemus operemur bonũ ad omnes, maxime autẽ ad

domesticiamur
rũ alibi
nauerit
de car
spiritu,
terq; se
tes iban
venient
¶ Sed &
Vnde &
bus est a
grum tu
faciunt,
errores
diaboli,
cum hor
nauit ziz
ſuum ſat
tur. Et qu
tor in in
volunt
rum iniqu
ti. Siquid
¶ Porro c
nis) ſi qu
pter hoc
in cõſequ
tũ quart
eũtibz ſi
ſalutaris
mittet, t
la cõmin
citur: Sen
gabis. Vn
faciẽt mo
gentium
cationis
primũ lo
vos iudic
¶ Attrame

domesticos fidei. Et subdit: Bonum autē facientes non deficiamus, tēpore enim suo metemus nō deficientes. Et iterū alibi: Nolite errare, Deus nō irridetur. Quæ enim seminauerit homo hæc & metet. Qui enī seminat in carne sua de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu & metet vitam æternam. Sapiēter scēliei terq; seminauerant, de quibus per Psalmistā dicitur: Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autē venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

¶ Sed & seminare decet fideles semen doctrinæ salutaris. Vnde & Paulus apostolus semini verbius ab Atheniensibus est appellatus. Huius sementis seminatori dicitur: *Act. 17.* Agrum tuum non seres diuerso semine. Cuius contrarium *Leuit. 19.* faciunt, qui semini cœlestis verbi, permiscere non cessant *diaboli se* errores & hæreticam suam prauitatem, nempe semen *men caue.* diaboli, qui designatur in Euangelica parabola per inimicum hominem, qui quum dormirent homines, superseminauit zizania in medio tritici. Et hoc quidem strenuè per suum satellitium (videlicet pseudopredicatores) exequitur. Et quum sit ipse diuinorum operum peruersus amul-
tor in intellectu humano seminat cęcitatē, in affectu seu voluntate seminat malitiam, in effectu verò seminat ope-
rum iniquitatem, vt homo per opera mala fructificet mor-
tu. Siquidem stipendia peccati mors.

¶ Porro doctrinæ sanæ seminator (vtique sator boni seminis) si quod seminat non statim oritur & crescit, non propter hoc quasi qui operā perdat pusillo fiat animo, nā (vt in cōsequentibus patebit) etiā ipso Dei filio semināte, tantū quarta pars seminis p̄fecit in fructū, cæteris tribus per cūtib; sine vtilitate. Quū ergo videt ex semine doctrinæ salutaris paucos ad correctionē morū ædificari. Deo committer, tantū curet ne hoc cōtingat sua culpa, ne ipsum illa cōminatio quæ in lege scripta est cōprehendat, qua dicitur: Sementē multū iacies in terram, & parū inde cōgregabis. Vnde & per Esaiam dicitur: Triginta modij semētis faciet modios tres. *Deut. 18.* *Esaiæ. 5.* Quin & Paul⁹ ipse magister & doctor gentium in vanū sepe predicauit. Quapropter & ad predicationis suæ contemptores Iudæos dixit: Vobis oportebat primū loqui verbū Dei, sed quū repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. *Actu. 2.*

¶ Attamen propter hoc (vt iam dictū est) non debet fide-

DOMINICA

Ezech 1: lis prædicator sanctæ prædicationis opus intermittere quæ
 diu sunt qui sanæ doctrinæ aures accommodant. Audiat
 dicentem: Manè semina semen tuum, & vespere non cesset
 manus tua, quia nescis quid magis oriatur hoc aut illud,
 & si vtrunq; simul, melius erit. Nescis enim ubi gratiam
 suam largitus sit Deus. Sed & ipse (quicquid de auditoribus
 contigerit) sua mercede apud Deum non carebit. Ait propheta
 sanctus non exauditus à domino orans pro indignis: Oratio
 mea in sinu meo conuertetur.

Psal.

HOMILIA SECUNDA.

ET dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud. *Luce. 8.*

¶ In hac Evangelicæ lectionis parte duo restant consideranda. Primum est, recipiendo diuini verbi semine in auditoribus dispositio. Alterum est discipulis sciscitantibus Evangelicæ parabolæ expositio. Ibi. Interrogabant eum.

Eusebius. ¶ Circa primum tria describuntur. Primum est, dispositio quibusdam vitiosa. Secundum est, in paucis dispositio conueniens & virtuosa. Ibi. Et aliud cecidit in terram bonam. Tertium est, Christi exclamatio pia & affectuosa. Hæc dicit:

Duobus modis semen recipitur.
Mat 19. ¶ Circa primum notandum est, duo esse genera eorum qui semina satoris huius cælestis recipiunt. Primum est, qui digni habiti sunt vocatione cælesti, sed labuntur à gratia propter negligentiam & torporem. Secundum est multiplicantium semen in fructibus bonis. Ostendit autem Evangelio secundum Matthæum tres differentias in quibuslibet gradu. Nam primi, id est, qui corrumpunt semen non similem habent perditionis modum. Et secundum, qui ab hoc semine fructificant non æquam recipiunt gratiam. In aliis enim centesimum, in aliis sexagesimum, in aliis centesimum fructum adfert. Porro quo ad eos penes quos cæleste semen ad fructum non peruenit, ait: Et dum seminat aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cælicomederunt illud.

¶ Non quia se inter se quidem diuersi quidam ¶ In hoc quod si lum in & inter non fru ¶ Sed qu bitrium neta de minicu terra be fieri, & gavit, & pluit gricola naret N non esse rō secus pinguer ¶ Porō quæ dor sunt. Qu ut ipse d secus vi scilicet ¶ Via er atteritum minare talis via carum, à aera vol bum nor nes cor vt illi a cus via

¶ Non dixit, quod seminans proiecit aliud secus viam, sed quia semen cecidit vel secus viam, vel super petram, vel inter spinas. Nam Christus verbum vitę seminans, docet quidem rectum salutaremq; sermonem, sed idem sermo diuersimode cadit in audientes, vt quidā eorū via dicātur, quidam petra, quidam spinera, quidam verò terra bona.

¶ In hoc autem apparet mira diuinę pietatis clementia, quod sic verbum suum spargere dignatur, vt cadat non solum in terram bonam, sed etiam secus viam, & in petrosa & inter spinas, quando quidem non incert^o præsciret, quia non fructificaret nisi in terra bona.

¶ Sed quia rationales mentes sunt & liberum habentes arbitrium, quę hic siue per viam, siue per petrā, siue per spineta designantur, & per eandem arbitrij libertatem ad miniculatę gratia Dei terra bona possunt fieri, qui nunc terra bona non sunt, ipse qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem venire veritatis, nulli verbum negauit, sed iustitię solem oriri facit super bonos & malos & pluit iustos & iniustos. Vnde Chry. Increpandus esset agricola qui super sensibiles spinas, & petram & viam seminaret. Non enim possibile est petram terram fieri, & viam non esse viam, & spinas non esse spinas. In rationalibus verò secus est. Possibile est enim petram conuerti in terram pinguem & viam non conculcari, & spinas dissipari.

¶ Poro quodd ad expositionem huius parabolę spectat, quę dominus, exposuit pia fide, & reuerenter suscipienda sunt. Quę autē tacita nostrę intelligentię dereliquit, pro ut ipse donare dignabitur sunt exponenda. Semen quod secus viam cecidit duplici læsura disperit, & à viantibus scilicet conculcatum, & à volucris raptum.

¶ Via ergo cor est assiduo malarum trāstu cogitationum attritum atque arefactum, ne verbi semē excipere ac germinare sufficiat. Atq; ideo quicquid boni seminis vicinitatis vię contingit, pessimę cogitationis meatu, conculcatum, à dæmonibus eripitur, qui volucres cęli (quia per aëra volitant) appellantur. Itaque quidam audientes verbum non retinent, quia diabolus cui per malas cogitationes eorum cor peruium atque occupatū est, ita illud tollit vt illi^o amplius non recordentur, veluti si cadat semen secus viam & aues illud tollant. Vnde per sapientem dicitur

*Theoph.**cur verbum conmunica-
tur tam**indignis
quādignis**Tim. 2.
Matth. 5**Beda.**Semen
quod secus
viam.*

tur

Eccl. 27. tur: Cor fatui quasi vas confractum, omnem sapientiam
Rom. 8. non tenebit. Nam & qui secundum carnem sunt, quæ car-
1. Cor. 2. nis sunt sapiunt. Et animalis homo non percipit quæ sunt
Prou. 18. spiritus Dei. Stultitia enim est illi, videlicet hæc audire.
 Sed nec recipit stultus verba prudentiæ, nisi dixeris ea quæ
 versantur in corde eius. Sequitur:

Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quod non habebat humorem.

Beda. ¶ Petram rectè hic dicit durum & indomitum cor, ac nullum
Semen supra petram
Matt. 25. veræ fidei vomere penetratum. Hoc est autem humor ad
1. de cons. radicem seminis, quod iuxta aliam parabolam oleum ad
ca. 2. lampades virginum nutriendas, id est, amor & perseveran-
cor durum tia virtutis. Porro cor durum (ut ait Bernar.) est quod nec
 compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur
 precibus, minis non cedit, flagellis induratur, ingratus
 ad beneficia, ad consilia infidum, ad iudicia velox, inuerecun-
 dum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad
 humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens
 præsentium negligens, futura non præuidens. Et infra: Et
 breuiter, inquit, duri cordis mala completur, ipsum est
Ephes. 4. quod nec Deum timet, nec homines reueretur.

Iob. 25. ¶ Verum quia neminem sic præterit misericordia Dei, quam
 aliqua detur gratia secundum mensuram donationis Christo-
 sti, iuxta quod in Iob scriptum est: Super quem non surge-
 lumine illius? credendum est quia interdum non nihil velu-
 diti extrinsecus, vel intrinsecus inspirati verbi diuini vel
 salutaris compunctionis, huiusmodi hominis mentis in-
 dit, quia tamen nullum habet stabilitatis propositum, nul-
 lum spiritualis gratiæ nutrimentum (quasi quo nutriatur in
 morem) in fructum boni operis conualescere non potest
 sed arefcit. Sequitur:

Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud.

Semen inter spinas. ¶ Hic designantur hi in quibus per auaritiam & appetitum
 voluptatum, & sollicitudines mundanas (quas spinas Chri-
 stus nuncupauit) immisum verbi semine suffocatur. Et quæ
 hæc spinæ in presenti mentem acriter pungunt, in futuro
 autem paratur ex eis ignis, quibus anima peccatrix inter-
 ditur.

atur. Et simul exortæ spinæ inquit. Sunt quippe nonnulli qui ex audito Dei verbo commoniti, & bene volunt facere, nihilominus suis vitiis inseruire, quod quia nequam fieri potest bene adiecit: Suffocauerunt illud. Sicut enim spinæ non permittunt oriri semen, sed ex sui condensatione suffocant immissum, sic vitæ præsentis sollicitudines, spirituale semen fructificare non sinunt. Licet enim ad verbum prædicationis (vt dictum est) secum meliora proponant, tamen rebus mundanis longè maiori cura intendunt. Dei verbum quod iam in eis ortum fuerat, quasi pungentium curarum densitate suffocatur.

¶ Attende quoddam primū semen non germinat, sed conculcatum abiicitur. Secundum germinat, sed non multum erigitur, quia non habet humorem, Et sicut apud Marcū dicitur, non habuit terrā multā, & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinē terræ. Porro altitudo terræ quæ competenter excolta verbi semen debuerat excipere, probitas est animi disciplinis cœlestibus exercitati, atque auscultandum obediendumque; diuinis eloquiis regulariter instituti. Tertium autem semen iam eleuatur in stipitem, sed non fructificat, quia (vt iam dictum est) suffocatur à spinis.

¶ Circa secundum, quod est recipiendo semini dispositio conueniens & virtuosa, subditur:

Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum.

*E
semen in
terra bona*

¶ Bona igitur illa terra est, quæ est excolta, nec ipsa via est quæ non colitur, bona terra est quæ à lapidibus obstinationis est purgata, & spinas secularium desideriorum non habet. In huiusmodi terra bona, cœleste semen primo figit radicem per credulitatem & fidem germinat per pium desiderium & bonam voluntatem, erigitur in stipitem per rectam intentionem, floret virtutibus, fructificat operibus sanctis. Ortum inquit, fecit fructum centuplum. Vbi per centenarium magna perfectio designatur, iuxta quod de illo qui sua pro domino terrena reliquit, dicitur: Centu-

Beda.

plum accipiet, & vitam æternam possidebit. Nam quisquis pro Dei nomine temporalia atque terrena contemnit, & hic perfectionem mentis recipit, vt iam ea non appetat quæ contempsit, & in sequenti seculo ad æternam vitæ gloriam peruenit.

Mat. 19.

Terra

DOMINICA

Terra ergo bona fructu centuplo fecundatur, quando con-
docile, virtutum spiritualium perfectione donatur.

¶ Circa tertium, quod est Christi exclamatio
pia & affectuosa, subditur:

Hæc dicens clamabat: qui habet aures audiendi audiat.

Clamor iste magni affectus indicium est, sicut & ille de
quo Ioannes ait: In die magno festiuitatis, stabat Iesus &
clamabat: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. De Christi
clamore Augustinus:

*Ioan. 7.
9. confes.
ca. 12.*

F ¶ Introiuit, inquit, dominus Iesus Christus clamans dicens
factis, morte, vita, descensu, ascensu, vt redeamus ad eum. Clam-
mat surdis vt audiât, clamat dormientibus vt euigilet, cla-
mat trãseuntibus vt attendât, clamat ignorãtibus vt in-
ligât, clamat errantibus vt redeant, clamat peccatoribus
vt pœniteant. Clamauit quidem prædicando, clamauit præ-
dicando, clamauit tandẽ moriendo. Quotidie adhuc eum
clamat iuxta quod per Psalmistã dicitur: Intonuit de cae-
lo dominus, & altissimus dedit vocem suam. Et quidem
hæc vox sua est: Venite ad me omnes qui laboratis & ue-
rati estis, & ego reficiam vos: & tantos adhuc clamores
temnimus. Quid autem clamauerit aduerte.

*Mat. 11.
Beda.*

Grego.

Iero. 12.

¶ Qui habet aures audiendi audiat. Quoties hæc admo-
tiuncula vel in Euangelio, vel in Apocalypsi Ioannis in-
ponitur, mysticũ esse quod dicitur, quærẽdumque à nobis
intentius ostenditur. Omnes sanè qui illic aderant auri-
corporis habebant. Sed qui cunctis aures habentibus lo-
quitur, proculdubio aures cordis requirit.

*Luca. 10.
Mar. vi.
Prædica-
re quibus
iniunctũ.
e. sacerdo-
te de conf.
d. 1.*

¶ Hinc etiã per Ieremiam clamat dicẽs: Terra, terra, non
audi sermonẽ domini. Nã & si homo est qui nunc loquitur,
sermo tamẽ domini est. Vnde & ad prædicatores suos lo-
quitur, dicẽs: Qui vos audit, me audit. & qui vos spernit,
spernit. Quibus etiã in cœlũ ascẽdẽs pœcepit, dicẽs: Eun-
t in mũdũ vniuersum, prædicate Euãgelium omni creaturæ.
Quod vtrique ipsius pœceptũ vniuersis vsque in finem seculi
omniũ suarũ pastoribus iniunctũ est, ipsi viderint vt in ad-
tu domini fideles inueniantur. Quod si sacerdoti pœcepit
vt prædicet, cõsequẽs est vt & populo pœceptũ sit vt
dat. Vnde & Ecclesiasticis decretis sancitum est, vt quilibet
sacerdote in Ecclesia verbum Dei prædicante, verbi gratia
proptor de oratorio egressus fuerit, excommunicetur.

Cibus
viuit ho
Et qua
quand
Sed qu
speratu
bum qu
ta, id e
¶ Porro
bum, à
sus refi
mirunt
bus per
anima
ris. Qu
quitur,
vos nor
¶ Sunt
vel si au
in obliu
mox rei
bis est d
bum au
tuerunt
¶ Sunt d
memor
parandi
defectu
indigest
rumpitu
& is qui
calor ex
diuit no
lum, &
scienti b
quibus
capit in
Dei ser
piuntur
tum, fal

Cibus enim mentis est sermo Dei. Nō enim in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Et quasi acceptus cibus stomacho languente reicitur, quando auditus sermo in ventre memoriæ non tenetur. Sed quisquis alimenta nō retinet, huius profecto via desperatur. Aeternę ergo mortis periculum formidate, si cibum quidem sanctę exhortationis accipitis, sed verba vitz, id est, alimenta iustitię in memoria non tenetis.

¶ Porro tribus modis circa cibum animę, id est, Dei verbum, à plerisq; delinquitur. Sunt enim qui id audire profusus refugiunt, similes ægrotis qui iam nullum cibum admittunt, quorum profecto salus est desperanda. De quibus per Psalmistam dicitur: Omnem escā abominata est anima eorum, & appropinquaverunt vsq; ad portas mortis. Quibus & per semetipsum in Evangelio dominus loquitur, dicens: Qui est ex Deo, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

¶ Sunt & alij, qui verbum quidem audiūt, sed non credūt: vel si audiunt & credunt, parvipendunt tamen, & mittunt in oblivionem. Illis non dissimiles ægrotis, qui sumptum mox reiciunt cibum, de quibus iam beati Gregorij verbis est dictum. Quibus ad culpam imputatur nō quod verbum auditum retinere per labilitatem memorię non potuerunt, sed quod hoc retinere contempserunt.

¶ Sunt denique qui verbum & audiunt & credunt & per memoriam retinent, sed nihil operantur. Illis ægrotis comparandi qui sumptum cibum retinent, sed propter caloris defectum digerere hunc minimè prævalēt. Et quia cibus indigestus & crudus in languente stomacho hærens corrumpitur, nequaquam eo nutritur æger, sed grauatur. Sed & is qui Dei verbum percepit, sed diuinę dilectionis in eo calor extinctus nihil operatur: & dum quod faciendū audiuit nō exercet in opere, ad acriorem conscientię stimulum, & grauiorem culpam quod didicit ei imputatur. Nā scienti bonum & non facienti, peccatū est illi. Tales erāt quibus in Evangelio à Christo dicitur: Sermo meus non capit in vobis, quia non estis ex ouibus meis. In illis enim Dei sermo nihil capit, qui ab eo ad bona opera non capiuntur. Estote ergo factores verbī & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos.

¶ Circa secundum, principale dicitur:

Grego.

*G
Trib^o mo
dis circa
verbū de
linquitur*

Ioan. 1.

Iacobi. 4

Ioan. 8.

Iacobi. 1.

Interro.

DOMINICA

Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola.

¶ Hic ponitur Euangelicæ parabolæ discipulis sciscitantibus expositio. Vbi tria sunt consideranda. Primum est, intelligendæ parabolæ discipulorum sciscitatio. Secundum est, dignorum ab indignis notanda discretio, ibi: Quibus ipse dixit. Tertium est, edifferente domino parabolæ explanatio, ibi: Est autem hæc parabola.

Beda.

H ¶ Circa primum aduerte, non mox finita parabola discipulos hæc interrogasse, sed (vt Marcus ait) quum esset singularis interrogauerunt eum ij qui cum eo erant dum dicitur parabolas. Nam vt ait Chrysostomus. Cupientes scire, oportet interrogare, maximè vbi aliquid obscurum & difficile proponitur à magistris, ideo discipuli non intelligentes parabolam seminantis interrogauerunt, quæretes expositionem, præsertim quia clamauerat, dicens: Quæ habet aures audiendi audiat.

vt dei verbum intel ligamus. Eccle. 38.

¶ Interrogabant autem Dominum non in tumultu rurorum sed in domo soli cum illo. Vbi & ipsi instruantur, ut diuinorum eloquiorum intelligentiam assequi volumus. sepositis curis mundi domum sacræ scripturæ soli cum illo domino meditando & orando, intremus. Vnde per sapientem dicitur: Sapientiam scribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, sapientiam percipiet, quia sapientia replebitur.

¶ Itaque discipuli interrogantes docent auditores, vt non erubescant neque pigritentur quærere quod ignorant. Porrò dominus interrogantibus benignè respondens, doctoribus & ipse formã præbet vt discant benignè respondere quærentibus.

¶ Circa secundum quod est, dignorum ab indignis notanda discretio, subditur:

Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non

videant, & audientes non intelligant.

Quib⁹ vobis r⁹ sensus absconditur. Matt. 21

¶ Vobis, inquit, qui fidem adhibetis auditis, nõ pharisaicis incredulis, datum est, sanè donum magnũ, videlicet, nosse mysterium regni Dei, id est, intelligentiam rectam habere scripturarũ, quia illi erant indigni quibus dicitur: Audite tur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum

eius. Quæ introierit enim dicitur porcossit. re parabolæ abiecit. ne cœli dentibus. ¶ Catera audiunt. re veritate. bet aure. ¶ In parabolis nim se per sed non ne maius mysterium postmodum. ¶ Vt videtur verbis, faciebat quæ dicitur quæ videtur perducere derant e quid am let intel pedibus. lis omnibus neq; in dicabat ad rem obtinere gelio: E qui non videre se quæ veritate. ¶ Potes naturalis pere, quæ sed quoa

eius. Quid enim eis cum claue scientiæ qui non solum nõ introierunt, sed & introire volentes prohibuerunt? Quis enim det sanctum canibus, aut spargat margaritas ante porcos? Sed vobis, inquit, humilibus corde, vobis, obaudire paratis, vobis, mihi dilectis, vobis, mundo propter me abiectis, iuxta quod alibi ait: Confiteor tibi pater domine cæli & terre, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

*Matt. 7.**Matt. 11.*

¶ Cateris, inquit, in parabolis. Rectè enim in parabolis audiunt, qui clausis sensibus cordis non curant cognoscere veritatem, oblitivus eius quod dominus dixerat: Qui habet aures audiendi audiat.

¶ In parabolis, inquit, ut videntes non videant. Videre enim se putat plerique qui cæci sunt, & audita intelligere, sed non intelligunt. Propterea hæc eis Christus abscondit, ne maius eis præiudicium generetur, si postquã nouerint mysteria Christi contempserint. Qui enim intelligit, & postmodum spernit, grauius punietur.

Theoph.

¶ Ut videntes, inquit, non videant. Notandũ in his domini verbis, quod non solum ea quæ loquebatur verum etiam quæ faciebat parabolæ fuerunt, id est, rerum signa mysticarum, quæ dicuntur illis quibus in parabolis omnia fiebant, neque quæ videbant, neque quæ audiebant ad intellectum potuisse perducere. Quid enim obstaret intuentibus ne ea quæ viderant eius facta, vel itinera intelligerent, si non his aliquid amplius quàm carnis oculis patebat spiritualiter vellet intelligi? Illis ergo qui foris sunt neque appropinquat pedibus domini ut accipiant de doctrina eius in parabolis omnia fiunt, & facta scilicet & verba Saluatoris. Quia neque in his quæ operabatur virtutibus, neque in eis quæ predicabat arcanis, eum cognoscere Deum valent. Ideoque ad remissionem peccatorum quæ per gratiam fidei ipsius obtinenda est, nõ merentur attingere. Vnde ipse in Evangelio: Ego, inquit, in iudicium veni in hunc mundum, ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant, id est, qui videre se in suæ carnis sapientia putant, ad contuenda ea quæ verè sunt bona fiant & stulti & cæci.

*Beda.**Etiã facta Christi parabolis suis.**Ioan. 9.*

¶ Potes autè per videntes, seculares philosophos per solũ naturalis rationis lumen omnia inuestigare volentes, accipere, qui sic tamè Christi diuinitatè videre nõ potuerunt, sed quoad huiusmodi, obscuratum est insipiens cor eorũ.

Videntes & audientes.

¶ Per

¶ Per audientes verò, Iudæos, qui audierunt quidē & vici-
 cinia prophetarū de Christo, & ipsum Christum loquentē
 cuius tamē verba intelligere nec potuerūt, nec voluerūt,
 viderūt quidē foris ipsius humanitatē, sed sub humanita-
 tis vel amēto diuinitatem (etiam se exterius per opera sibi
 Deo possibilia manifestantem) intelligere noluerunt.

¶ Circa tertium quod est, edifferente domino
 parabola explanatio, subditur:

Est autem hæc parabola: Semen est verbum Dei.

K ¶ Parabolam hanc dominus ideo discipulis exposuit, vt
 se mysticē loqui ostenderet, & mysticē exponendi scrip-
 turas exemplum daret, & vt ex hac ipsius expositione, etiam
 alia discamus intelligere quæ ipse non exposuit.

*cur Dei
 verbum
 semen vo-
 cetur.*

¶ Semen, inquit, est verbum Dei. Cōgrua sanē similitudo
 Sicut enim abscondi necesse est in terra semen vt fructu-
 ficet, ita & recondere oportet in corde verbum Dei, vt
 ille qui ait: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non per-
 cem tibi Rursus sicut semen in agro iactum solis eget be-
 neficio & cœlesti favore vt germinet, ita & Dei verbū
 mente receptum opus habet irriguo gratiæ cœlestis, & di-
 uinifico calore charitatis vt ad perfectionem bonorum op-
 erum quasi ad messem vsque virtute perseverantię mata-
 rescat. Præterea, sicut semen terram fœcundat, sic & men-
 tem humanam Dei verbum à sterilitate vindicans, pietatis
 erga Deum & homines feracem facit Et licet hoc se-
 men apud nonnullos diu lateat in corde, aliquando
 post decursum non modici temporis, in opere fa-
 cto germinare conspicitur.

¶ Deniq; , sicut semen omne virtutē habet simile sibi pro-
 ducēdi, ita & Dei verbum fideli corde receptum, in animo
 Dei similitudinem restituit & reformat. Nō enim nisi per
 Dei verbum datur conformes fieri imaginis filij Dei, quod
 ta quod B. Petrus fidelibus loquitur, dicens: Renati nō
 semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbū Dei
 viui, & permanentis in æternum. Sequitur:

1. Petr. 1.

*Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt, dē-
 venit diabolus & tollit verbum de corde eorum, ut*

Beda. L dentes salui fiant.

Seminati ¶ Ex hoc manifestē docetur eos circa viam seminari
secus viā. qui verbū quod audiunt, nulla fide, nullo intellectu

saltem
 Quorū
 confessi
 eripiunt
 diabolo
 co eius
 dant, na
 ¶ An nō
 bus, & r
 randum
 tra tam
 nec ser
 ostēdet
 tione ac
 ¶ Quidā
 cur in th
 ce vel fa
 quibus
 agunt ut
 accipian
 etamen
 ¶ In Reg
 enim ad
 in castra
 illo vnde
 quod in
 nit infan
 tur, qui p
 stis, inqu
 est, sed m
 & magn
 vt infan
 Similiter
 dituri co
 nientes,
 verò cre
 Nam
 cum gau
 bent, qu
 recedun

saltem tentandę vtilitatis occasione percipere dignantur. Quorū indisciplinatis ac duris cordib⁹ mādatum verbum confestim immundi spiritus quasi vię trite volucres semē eripiunt. Isti ergo & si verbum aure corporis percipiunt, diabolo tamen irruente illud sibi eripi faciliē sinunt, & loco eius suggestiones ipsius suscipiunt, sicque fit, vt nec credant, nec ex fide saluentur.

¶ An nō quasi via publica sunt corda rumoribus secularibus, & malis cogitationibus assiduē trita? Et quum pręparandum sit Deo cor ab huius vitę tumultibus liberū, ecōtra tamē pleriq; prędicationē verbi cęlestis audituri, donec sermo sumat exordiū, fabulis occupātur ociosis, palā ostēdētes, curiositate vel cōsuetudine potius quā deuotione ad audiendum conuenisse. Ait quidam sapiens:

¶ Quidam veniunt tantum vt audiant, non vt discant, sicut in teatro, voluptatis causa, ad oblectandas aures, vocē vel factis, ducimur. Magnam hominum partem videbis quibus philosophi schola diuersorium otij sit, nec illud agunt ut aliquid de vitio deponāt, vt aliquam vitę legem accipiant, qua mores corrigant suos, sed vt aurium oblectamentis perfruantur. *Seneca episto. 10.*

¶ In Regum historia huiusce rei exemplū legimus. Quum enim ad pręceptū Helisei vnus de filiis prophetarū missus in castra, vnxisset Iehu principē exercitus in regem Israel, illo vnde venerat ocius abeunte, hi qui aderāt ignorātes quod in penetralibus actū erat dixerūt ad Iehu: Quid venit insanus iste ad te? Insani quippe etiam tunc reputabātur, qui propter Deum terrena cōtemnebāt. Et Iehu: Nostis, inquit, hominem, & quid locutus sit? Aiunt: Falsum est, sed magis narra nobis. Quūque illis cūcta narrasset, & magnopere arrideret eis quod fuerat actum, iam non vt insanum & mendacem, sed vt prophetam habuerunt. Similiter Atheniensium plurimi prędicationem Paulum audituri confluxerunt, (ad nihil enim aliud vacabant Athenienses, nisi vt vel noua audirent vel dicerent) per pauci verō crediderunt. Sequitur:

4. Reg. 9.

Act. 17.

Nam qui supra petram, hi sunt qui quum audierint cum gaudio suscipiunt verbum, & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

DOMINICA

- Beda.* M ¶ Apud Marcum habes: Et aliud cecidit super petrosa, & in idē redit. Petrosa loca quę tenui cōtēcta cespite, susceptum semē cito germinare queunt, sed vim radicis hęrēnō habēt, illa nimirū sunt pręcordia, quę nullis disciplinę studiis erudita, nullis tērationum probationibus emolita, dulcedine tātum auditi sermonis ac promissis exortibus ad horā delectātur, sed ideo ad fructū iustitię peruenire nō valēt, quia parū eis inest desiderij salutaris quod semē vitę cōcipiat, & multum inest duritię nocētis, quę fructui salutis obsistat. Itaque auditi quidē verbi, & vitiatatem probāt, & desiderium gustāt, sed ne ad id quod sperabāt perueniāt, huius vitę eos vel aduersa terrēdo, vel prospera blandiēdo retardāt. Cōtra quę vtraque damna semper quod acceperat tutari curabat, qui ait: Per arma iustitię dextris & ā sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per famam, & bonam famam, vt seductores & veraces.
- 2. Cor. 6.* ¶ Cadit proinde cęlestis verbi semen super petram & inuenit mentem pervoluptates carnales iam obstināta malo, & vsqueadēdō per has indurata, vt spirituales confessiones recipere nequeat. Sicut enim delitiis spiritualibus mens pia aduersum vitia indurefcit (prout de B. virgine Agatha, turpissimā quędā matrona quę diebus triginta pudicitiam virginis sanctę incassum tentauerat coram iudice perhibuit, dicens: Facilius possent saxa molliri, ferrum in plumbi mollitiem cōuerti, quā vt mens hęc puellę ab intētione Christiana reuocetur) sic ecōtra carnalibus occupata delitiis, ne spiritualiū rerum fecerit admittat, obduratur & excęcatur. Cuius rei exemplum Salomone apparuit, qui post sublimis sapientię percipiendona, quum iam senuisset, per amorē scēminarum depuatus, mēte cęca adēdō induruit, vt & idola illarū, effigicatis phanis coleret, & in idololatria vitā finiret in seculo.
- 3. Reg. 11* ¶ Similes quoque nonnullos videmus, qui quum ex auditu verbi etiam ad lachrymas vsque cōpuncti fuerint, carnali amore superati, quasi cōtra voluntatē, per voluntatem tamen, ad ea quę defleuerant reuertantur. Vnde qui voluptatis gratia vxorē duxerat, ad cęleste cōmuniuitatus ait: Non possum venire. Vnde & B. Augustinus: ¶ Peruersa, inquit, voluntate facta est libido, seruata libidini, facta est consuetudo. Et dum cōsuetudo inuicta facta est necessitas delinquendi. Et eo tandem plerumque
- Seminati in petrosa*
- Delitię vt mentē indurant.*
- Lib. conf.*

deuenit
diti. Ioa
maliert
Herodi
rat, &
porcis i
peretur.

Qu
& a sol
euentes

¶ Mirum
fir, quum
quia cog
quum v
cruentat
nequaq
Fallaces
Fallaces
autē ver

¶ Notā d
solicitud
eom, qu
strangul
sionunt, q
duo sunt
luptates.
per afflu
suis & a
nenire cu
per custo
dantiam

¶ Ad hęc
bas, diuit
curā esse
quo ordin
rursum p
nique glo
quātis ne
stimulis e
narū non

deuenitur, vt Dei verbū ab his ne cogitari possit, nec audiri. Ioannes Baptista homo missus à deo quo inter natos mulierum non surrexit maior quia adulteria reprehendit Herodis, in carcere decollatur. Margaritas porcis sparserat, & dederat sanctum canibus. Vnde factum est, vt & à porcis illæ cōcularentur, & à canibus ipse morte dirumperetur. Sequitur:

Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euentes suffocantur, & non referunt fructum.

Marc. 6.

N

Mirum, quomodo dominus spinas diuitias interpretatur, quum illæ pungāt, istæ delectent. Et tamen spinæ sunt, quia cogitationū suarum punctiōibus mentē lacerant, & quum vsq; ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere

Grego.

Seminatō

inter spi-

nas.

creuant. Quas benè hoc in loco, alio Euāgelista testate, nequaquam dominus diuitias, sed fallaces diuitias appellat. Fallaces enī sunt, quæ nobiscū diu permanere nō possunt. Fallaces sunt, quæ mētis nostræ inopiam nō expellūt. Solæ autē verè diuitiæ sunt, quæ nos diuites virtutibus faciunt.

Notādum verò est, quod exponens dominus dicit, quia sollicitudines & voluptates, & diuitiæ suffocant. Suffocant enim, quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulāt, & dum bonum desiderium ad cor intrare non sinunt, quasi aditū flatus vitalis verant. Notādum etiam quod duo sunt quæ diuitiis iungit, sollicitudines videlicet & voluptates. Quia profecto & per curam mentē opprimūt, & per affluentiam resoluunt. Re enim contraria possessores suos & afflictos & lubricos faciunt. Sed quia voluptas conuenire cum afflictione non potest, alio quidem tempore per custodia sollicitudinem affligunt, atq; alio per abundantiam ad voluptates emolliunt.

Ad hæc, exceptis etiam ceterorum vitiorum punctiōibus, diuitiarum cupido plurimum mētē deuastat, ac securā esse non sinit. Quicumque enim sollicitus inuigilat quo ordine siue arte ea quæ nondum habet acquirat, qua rursus prouidentia ea quæ acquisierat conseruet, qua demique gloria ac dignitate acquisite copia perfruatur, quātis necesse est misera mens per horas singulas curarū stimulis exulceret? Vnde aptè dominus in expositione spinarū nomine appellatur diuitias, præmisit arūnas dicēs:

O

Diuitiæ

vt sūgūt.

DOMINICA

Marc. 4. Et alij sunt qui in spinis seminantur, hi sunt qui verbum audiunt, & ærumnæ seculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introeunt, suffocant verbum, & sine fructu efficitur. A ærumnæ, inquit, seculi, & deceptio diuitiarum. Quemcunque enim superuacuis diuitiarum deperit appetitus, necesse est, vt mox curarum ærumna conueniarum comitans, siue etiam præcurrens, affligat. Quid enim ærumnosius illis, qui quanto plus habent, tanto plus egent, & minus sibiipfis habere videntur? iuxta quod poetarum quidam philargiros deridens, ait:

Iuuenalis Interea pleno dum turget sacculus ore.

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Fælices diuitiarum cõtemptores. ¶ Quanto fœliciores sunt, nõ solum appetitu verarum diuitiarum, verum etiam ipso cõtemptu falsarum, qui se esse veraciter fatentur tanquam nihil habentes, & omnia possidentes? Et benè quum dixisset, & ærumnæ seculi & deceptio diuitiarum, addidit. Et circa reliqua concupiscentiarum. Nam iusto iudicio contingit auaro, vt quantum circa rebus qua concupiscit, tantum longe absit ab illo pauperum habitu desiderio, quo cupiunt dissolui & esse cum Chribus.

¶ Quin potius timet miser (quod re vera euenturum est) dissolui ab hac vita, & esse cum diabolo.

Nota.

Aspis surda auar?

¶ Sicut enim qui Dei verbum affectu cordis percipit, carnalem cupiditatem amittit, sic corda cupiditate plerumque idem verbum affectu cordis percipere nõ valent. De quo similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturataures suas. Quæ nõ exaudiet vocem incantantium, & nefici incantantis sapienter.

¶ Aspis enim quum cœperit incantatorẽ pati, qui eam quibusdam carminibus euocat, ipsa ne dulcedine cantus læsciat & sic exeat, aurem alterã terræ fortiter adstringendo claudit, cauda alterã obturat, & iã vocẽ incantantis non audiens, in casses eius nõ igraditur. Incantator iste qui surdus ter incantat, verbi cœlestis prædicator est. Auarus autem quasi aspis est, qui & amore terrenorum, & spe vitæ longinquæ quasi quadã cauda, dum timet in futurũ egere (si auaritia studia derelinquat) ad prædicantis vocem obsurdescit.

P. chrysof. ¶ Proinde vbi spinæ crescunt, ibi terra & frigida, & cinerosa est habitatio nisi serpẽtum. Sic nimirum vbi spinæ crescunt

itudinũ
& prox
cus qui
cri inte
mul &
& oĩno
¶ Prate
neq; sol
gentum
reliqua
sum quã
tas ama
posside
uitiis ip
¶ Quo f
villus, qu
ctore. Et
inordina
parauit,
omnibus
quet ex
¶ Ex dict
ci homin
lutis valo
ne audire
dat domi
rique nõ
¶ Nã sicut
que diffu
vt fœnun
tur vt lut
ex parte
ex parte
æqualiter
gnea alte
radiis suã
operatur.
tur, non q
ait: Ego i
deant & c
¶ Itaq; m

itudinū sunt, seu diuitiarū, aut voluptatū, ibi ab amore Dei & proximi animus refrigerat, quādoquidē nemini fit amicus qui avarus est, quem etiam nō pudet exigui quæstu lucrari interdū etiā vtrunq; in se cōmouere parentē, fratres simul & sorores. Quin & Deum ipsum posthabet pecuniā, & oīno vbiunq; avaritia est, ibi nec fides, nec amor est.

¶ Præterea sicut in spinis semper caligo est, sic & avaris neq; sol splendet, neq; luna nec quicquam amatur, nisi argentum & aurum. Hęc enim mauult avarus quā omnes reliquas totius mundi creaturas. Denique tacere non possum quā acerbę & amarę sint diuitiæ earūque cupiditas amara, adeo vt quum insatiabilis habendi voluptas & possidendi libido avari hominis præcordia obsederint, diuitiis ipsis vti non audeant.

¶ Quo fit vt commodior habitandi locus diabolo non sit vllus, quā sub eiusmodi frigido, amarulento, & auaro peccatore. Et licet sibipœna sit omnis animus quocūque vitio inordinatus, magis tamen vnā avaritiā spinis Christus cōparauit, quā vitium aliud quodcunq;. Magis enim præ omnibus aliis vitiis hominis animū avaritia distinet, torquet excruciatque.

¶ Ex dictis patet quemadmodū diuini verbi semē à triplici hominū genere in vanū recipitur, nec vsq; ad fructū salutis valet peruenire. Excipiuntur, autem hinc gētiles, qui ne audire quidē verba vitæ merētur. Cateris autē omnibus dat dominus verbi sapientiā affluenter, sed quod hinc per se nō proficiunt ad salutem, ipsorum vitio cōtingit.

¶ Nā sicut idem sol splendoribus suis radios equaliter vbi que diffundit, vnde tamen nōnulla desiccātur & arescunt vt fœnum, nōnulla liquescunt, vti cera, quædam indurāt vt lutum, quæ tamē effectuum diuersitas nequaquam ex parte solis est qui idem est & vniformiter operatur, sed ex parte eorum quæ solis radios in se recipiunt, nam inæqualiter etiam illuminat sol tabulas, quarum altera lignea altera aurea est, sic vtique idem sol iustitiæ Christus radiis suæ sapientiæ in verbo vitæ in diuersis diuersimode operatur. Nam quidam hinc illuminantur: quidam cæcantur, non quidem verbi vitio (quod absit) sed suo. Vnde ipse ait: Ego in iudicium veni in mundum, vt qui nō vident videant & qui vident cæci fiant.

¶ Itaq; magnopere nobis curādum est vt acceptus sermo

*Spineto
mens auar
ri simili.*

*cōmodis
simus dia
bolo locus*

*Quibus
dā dei ver
bū ad vi
tam aliis
ad perni
ciem.*

*Ioan. 6.
Q
Grego.*

DOMINICA

Exhortatio generallis. in cordis aure remaneat, ne semē iuxta viā cadat ne malignus spiritus, veniens à memoria verbū tollat, ne petrosa terra semen excipiat, & suctū boni operis sine perseverantia radicibus mittat. Multis enim libet quod audiunt, boni operis initia proponūt, sed mox vt fatigari adversitatibus cœperint, inchoata relinquūt. Petrosa terra humorem non habuit, quia hoc quod germinauerat, ad fructum perseverantia non perduravit. Multi nanque quum verbum contra avaritiam audiunt, eandē avaritiam detestantur rerum omnium contemptum laudant, sed mox vt videri animus quod concupiscit, obliuiscitur, quod laudabat.

Balaam quid optaverit.

Num. 23.

¶ Multi quum verbum contra luxuriam audiunt, operi carnis non solum perpetrare non appetunt, sed etiam perpetrata erubescunt, sed mox vt carnis species eorum oculis apparet, sic mens hæc eadem desideria deliberatum. Sepe etiam contra culpas compūgimur, & tamen post fletum ad culpas redimus. Sic Balaam Israelitici populi tabernacula contemplatus fleuit, eisque se similem fieri in morte depoposcit, dicens: Moriatur anima mea morte iustorum & fiant novissima mea horum similia. Sed mox vt hora cōpunctionis transit, in avaritia nequitiam exarsit. Nam ob promissa munera in eius populi mortem consilia dedit, cuius morti se similem fieri optavit, & oblitus est quod plaxerat, quum extinguere noluit, quod per avaritiam actebat.

Sequitur:

Quod autem in bonam terram, hi sunt qui corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum adferunt in patientia.

Verbi semē vt fruatur.
Elis. at.

¶ Cor bonum, terra bona: cor optimum, terra optima est. Est autē cor bonum, quod Dei verbum audire intendit vt illud intelligat, optimum verò cor est, quod intendit fecundum auditum verbum operari. Hi sunt inquit, qui in corde bono & optimo audientes verbum contra eos qui necitiam aure corporis verbum audite dignantur.

¶ Audientes, inquit, verbum retinēt, videlicet fideliter memorię commendatum, ad differentiam eorum qui seminati sunt secus viam, & venit diabolus, & tollit verbū de corde eorum. Et fructum adferunt, videlicet operum bonorum, ad differentiam illorum, quorum mens plena est spiritus

I
spinis suffo-
fractum, in
quocunq; v-
rentes ab h-
monis rece-
¶ Ex qui-
nequam va-
semen veri-
prospera p-

DO

A sum
Amus I

¶ Presens s-
est, propinq-
uum. Alte-
rius. Ibi. E-
De quo hor-
¶ Circa prin-
cipalissimis C-
pallurus era-
ribus. Terti-
monio. Ibi.
¶ Circa prin-
cipalissimis
ita, qua &
tam preced-
illa vltima
nostræ (qua
tunc est du-
precedens
na & hæc t-
contemplat-
dentibus of-

Spinis suffocantibus verbum dei ne in fructum proficiat. Fructum, inquit, afferunt in patientia, fortiter sustinentes quaecumque; vel tribulationem vel tentationem, longè differentes ab his, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

Ex quibus patet quòd bona terra omnibus tribus terra aequam varietatibus contraria facit, & libenter videlicet semen verbi suscipiendo, & quod suscipit inter aduersa, & prospera patienter ad fructus vsque tempora seruando.

Terra bona vt terra male opponitur

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA.

Asumpsit Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascensus Ierosolymam. *Lucæ. 18.*

Virrens sancti Euangelij lectio duo comprehendit. Vnū est, propinquæ redemptionis Christo prænuntiante mysterium. Alterum, illuminationis humanæ desideratum beneficium. Ibi. Factum est autem quum appropinquaret Ierico. De quo homilia sequenti.

Circa primum tria sunt consideranda. Primum est, ipsa passionis Christi prænuntiatio. Secundum est, eorum quæ passurus erat per singula explicatio. Ibi: Tradetur enim gentibus. Tertium est, horum quæ dicebantur, intelligentiæ absconditio. Ibi: Et ipsi nihil horum intellexerunt.

Circa primum est præmittendum, quod dominica præiens simili ratione dominica in quinquagesima est appellata, quæ & præcedens dominica in sexagesima, & quæ illam præcedit, in septuagesima dicitur. Quinta enim est ab illa vltima, quæ lætis sui cantus præconiis, captiuitatis nostræ (quæ à prima mundi ætate, vsque ad initium septimæ est duratura) sinem adnuntiat. Porro, sicut dominica præcedens initium secundæ ætatis respicit, quæ est à Noë, & hæc tertiam mundi ætatem (videlicet ab Abraham) contemplatur, sicut nocturnum diei huius officium attentionibus ostendit.

A
Quinquagesima ratio.

R. iij. Et

¶ Et quidem ad beatæ vitæ gaudia, quasi ad patriam redeundum, præcedentibus duobus dominicis spes nobis ostensa fuit (vt ibi dictum est) videlicet vel in domini vinea laborando, vel manente fidei recipiendo verbum Dei. Verum dies hæc longè maiorem spem captiuitatis filijs (qui in hac misera moribūdaq; vita quasi super flumina Babilonis sedentes flent, dum recordantur patriæ suæ cælestis & beatæ Sion) etiam vel nomine isto, quod est quinquagesima, subministrat,

*Numerus
remissio-
nis.*

¶ Numerus enim quinquagenari⁹ remissionem designat. Vnde & in lege quinquagesimus annus, remissionis erat, quo & ad priuinos possessores hæreditas alienata redibatur & dimittebatur debita, & serui sese vëdicabāt in libertatem.

¶ Et quia peccatorum remissio non nisi per passionem & mortem fit redemptoris, idcirco & longè antequā ipsa mundum conferretur figurali exēplo in immolatione Isaac dicitur, & atq; vnigeniti magni patriarchæ Abrahamæ filij, fuit typicè præmōstrata, prout in huius diei officio recolitur & in proximo iam futura, in Euangelio præsentī, ab ipsomet redemptore, non iam in vmbra figuræ, sed mox sequentibus luce clarius est prænnuntiata. Quibus præmissis, ad expositionem sacræ lectionis est accedendum. Vbi primo dicitur ipsa passionis Christi prænnunciatio.

Chryf.

¶ Assumpsit, inquit, duodecim, nimirum Apostolos suos. Apud Matthæum habes: Assumpsit duodecim discipulos suos secretò. Seorsum de imminente iam passione sua minus cum discipulis confert. Non enim oportebat hunc sermonem pluribus diuulgari, ne turbarentur.

*Passionē
suā christi
multo
ties prædixit.*

B ¶ Multoties autem passionem suam & mortem dominus discipulis prædixit. Primo (vt Matthæus refert) quū Petrus cōfessus fuisset ipsum esse filium Dei viui. Exinde, inquit, cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati, & occidi, & tertio die resurgere.

Matt. 16. ¶ Secundo hoc idem prædixit eis post sui in monte thaborum

Matt. 17. figuracionem, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.

Mat. 26. ¶ Tertio, quum vnixisset sacrum caput eius recubens in mulier sancta. Nam & quum hinc proditor ipsius iniuste stimulatus murmuraret, ipse ait: Mittens hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Apud

um Evangelistam dicitur. Quod habuit hæc fecit præuenire vngere corpus meum in sepulturam. Et apud Ioan- *Matt. 14.*
nem: Sinite inquit, illam, subaudis, reseruare quod super *Ioan. 11.*
est vnguenti, nec cogatur illud vendere, vt in diem sepul-
turæ meæ seruet illud. Quid de morte sibi imminente præ-
nuntiaret manifestius?

¶ Quarto, hoc ipsum discipulis suis prædixit, vbi ait: Scitis *Lucæ. 21.*
quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt
crucifigatur. Nouissimè verò vbi ait: Desiderio desideravi
hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Verum
tamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.

¶ Plures sanè ob causas futuram suam passionem discipu-
lis prænuntiavit. Primo, vt cõferendo cum charissimis sibi
secretū cordis sui de sua morte familiari & amicabili col-
loquio reuelaret. Iuxta quod per Salomonè dicitur: Cau-
sam tuam tracta cum amico tuo iugiter.

¶ Secundò, quia futurā passionem suam & mortem crucis *Prov. 25.*
acerbissimā sanè, & nō minus ignominiosam ipse iugiter
mente versabat. Vnde & ait: Baptismo habeo baptizari, & *Quæ se*
quo modo coarctor vsque dū perficiatur? Et quum ex abū *passurum*
dātia cordis os loquatur, quis miretur si de passione sua se *Christus*
pe cōmemorabat? Credendū sanè nullum vnquam fidelū *prædixit:*
atq; sanctorum adedò assiduam eiusdē passionis memoriā *Luc. 12.*
mente versasse, vti qui hanc se nouerat perpassurum. *Matth. 2.*

¶ Tertio, vt discipulos in fide suæ diuinitatis confirmaret.
Vnde Greg. Præuidens ex passione sua discipulorum ani-
mos perturbandos, eis longè ante & eiusdem passionis
penam, & resurrectionis gloriam prædicit, vt quum mo-
rientem sicut prædictū est cernerent, etiam resurrecturum
non dubitarent, & minus de eius passione & morte per-
turbarentur. Nam tribulatio quæ superuenit expectantib⁹
tolerabilior est illa quæ obruit inopinantes.

¶ Quarto, vt ex hoc innotesceret non inuitum, sed vltro-
neum passionem mortis adiisse, & ne forte dicerent stu-
pore concussi, & mutò cõquerentes: Qualiter in manus *Voluntarie*
hostium incidit, qui nos promittebat saluare? Manifestum *Christum*
est autem voluntariè eum mori, qui de mortis periculo *passum.*
non incertus, quum fuga mortem vitare potest, fugere nō
vult, sed insuper inimicis offert semetipsum. Vadēs enim
ad passionis locum, futuram passionem præuidens, seriatim
hanc prænuntiavit.

Quinto

¶ Quintò, vt suã nobis charitatem (cui parẽ nemo habet) cõmendaret, quãdoquidẽ instante iam latissima atq; latissima Iudaorum paschali solẽnitãte, ad hanc à Galilæa Ierosolymã ascendens, quò ex tota regione innumerabilis hominum cõuenerat multitudo, ob nostrã salutem in ea ciuitate vbi sui secundum carnem pgenitores eũ gloria regnauerãt, vbi etiam ipse multoties docendo & faciendo miracula pbauerat se Dei virtutẽ esse & Dei sapientiã legitimus ipse Dauidici regni hæres, mortem crucis ppassus dignatus est. Vnde Bern. Super omnia, inquit, reddit te mihi amabilem Iesu bone calix ppassionis quem bibisti, quia redemptionis nostrẽ, quod peregisti: hoc sup omnia amorem meum totum facilẽ sibi vendicat. Hoc est enim quod nostram deuotionem & blandius allicit, & arcti' stringit, & iustus exigit, & afficit vehementius.

*Hom. 9.
super can.*

*Passionis
christi re
miniscere.
Lucæ. 22.
Cant. 8.*

Esaiæ. 49

¶ Sextò, futurã ppassionẽ suã dominus discipulis suis sepe prædixit, vt doceret eius nos assiduẽ debere reminisci. Vnde quum sanguinis sui calicem discipulis sumendum traderet, dixit: Hoc facite in meam cõmemorationem. Erant canticis canticorum: Pone me, inquit, vt signaculum super cor tuum, vt signum super brachium tuum, quia fortis est vt mors dilectio. Et quidẽ iustẽ sui memoriam à nobis requirit, qui & ipse nostri non obliuiscitur. Vnde & ad inquam illam querelam dicentis, dereliquit me dominus, & dominus oblitus est mei, ipse protinus responder: Nõ potest mulier obliuisci infantem suum, vt non miseremur filij vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce enim in manibus meis descripsi te. In manibus meis, inquit, quas utiq; tua gratia, clauis transfigende super lignum crucis extendi.

*vt christi
sui passum
sequamur.
Mat. 17.*

Mat. 16.

¶ Deniq; propter nostram imitationem, futuram ppassionem suam crebrò commemorauit, vt ad ipsius imitationem intelligamus nos inuitari. Vnde transfigurationis in gloriam in monte sancto ostensurus tres tantum discipulos ad hanc contemplandam assumpsit, ad ppassionis autem proficiscens ignominiam, assumpsit secum vnicuique quos etiam ad ppassionis suã sectanda vestigia inuitabat, dicẽs: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me. Sed pauci modo sequuntur inuitantem. Vellent quidem omnes Christum qui in gloriam suam, verũ ad ppassionem mortis eun-

non it

Qu

bas fa

henfus

ues f

qui la

ferẽ o

pit cru

aliud,

neribu

guinis

mundo

Ecce

morte

phetic

extra I

rosoly

passio

qui mo

propte

vt grat

do & o

princip

phum.

morte

ses exa

lium h

ro à ter

¶ Proin

celle e

stus vn

nus pra

morien

ret. Vn

Et d

tas a

¶ Siqui

rant se

ceto ex

summa

non ita.

¶ Quum multiplicatis mirabiliter panibus & piscibus tur-
bas satiaret, multos secum habuit, quum verò iam cõpre-
hensus & ligatus ad passionem duceretur, relicto eo, om-
nes fugerunt. Amplectimur quod ait: Venite ad me omnes
qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Sed illud
ferè omnes refugiunt, quod idem ipse dicit: Qui non acci-
pit crucem suam & sequitur me, nõ est me dignus. Quid est
aliud, nõ est me dignus, quàm non est dignus vt meis vul-
neribus sanetur, vt morte mea viuat, vt aspersione san-
guinis mei, ab operibus mortuis ipsius conscientia e-
mundetur?

¶ Ecce, inquit, ascendimus Ierosolymam. Viles certe in
mortem suam properare dominum. Vnde & alibi se pro-
phetis connumerans. Non capit, inquit, prophetam perire
extra Ierusalem. Quum autem dicit: Ecce ascendimus Ie-
rosolymam, passionem suam ascensum appellat. Siquidẽ
passione sua exaltatus est, iuxta quod ait Apostolus: Eum
qui modicò quàm angeli minoratus est videmus, Iesum
propter passionem mortis gloria & honore coronatum,
vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem, quam gustã-
do & opus redemptionis humanæ peregit, & de superato
principe tenebrarum victoriæ insignis reportauit trium-
phum. Vnde cum Nicodemo de mysteriis fidei differens,
mortem suam exaltationem sui vocauit, dicẽs: Sicut Moy-
ses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet fi-
lium hominis. Et rursus alibi: Ego, inquit, si exaltatus fue-
ro à terra, omnia traham ad meipsum.

¶ Proinde, quia Ierusalem locus erat sacrificij figuralis ne-
cesse erat vt magnus & æternus mediator & sacerdos Chri-
stus vnicum illud suum sacrificium, sacrificiis typicis eate-
nus præfiguratum, pro mundi salute ibidem & non alibi,
moriendo offerens, vaticinia de se prophetarum imple-
ret. Vnde & mox subiecit:

*Et consummatur omnia quæ scripta sunt per Prophe-
tas de filio hominis.*

¶ Siquidem passione Christi verificatæ sunt quæ de ipso ce-
rant scripturæ prophetarum, prout in cruce accepto iam a-
ceto extremum trahens spiritum perhibuit, dicens: Con-
summatum est.

104n.6.

Matt. 26

Mat. 11.

Mat. 10.

D
Passione
Christus
vt exalta-
tus.

Luc. 13.

Heb. 2.

104n. 3.

104n. 12.

Passione
sua Chri-
stus pro-
phetias
impleuit.

DOMINICA

Lex enim (quæ figuralis & umbratilis erat) per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est.

Quæ scripta sunt, inquit, de filio hominis. Nam secundum eam naturam qua homo erat conueniebat sibi pati.

¶ Verum altiori ratione (vt ait Beda) perhibuit implenda omnia quæ de se scripta fuerant per prophetas. Præuidens enim quosdam hæreticos in Ecclesia futuros, qui dicerent Christum legi prophetisque docuisse contraria, aliumque veteris testamēti, atque alium noui Deum esse credendum ostendit prophetarum præfagia, non alio magis quam ad suæ dispensationis quam pro nobis temporariè suscepit, intendisse mysterium, ad eò vt consummatio sit prophetiæ suæ passionis & posterioris gloriæ celebrata perfectio. Nec non & paganorum demētiam, qua eius crucem derident, apertissimè confutat quādo proximæ suæ passionis & tempus quasi futurorum præsciens ostēdit, & locum qui si morti intrepidus, adiit.

Luc. vii.

¶ De impletione eorum omnium quæ de ipso scripta & dicta fuerant per prophetas, ipse iam à morte rediurus ait. Hæc sunt verba quæ loquutus sum ad vos, quum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis & psalmis de me.

¶ Et consummabuntur, inquit, omnia. Iam enim impleta erant scripturæ prophetarum de incarnatione saluatoris, de eius natiuitate, de prædicatione Euangelij, de miraculis, vnū suæ passionis restabat mysteriū, quo pacto omnes completæ forent quæ de ipso erant scripturæ prophetarum.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint occident eum, & tertia die resurget.

¶ Hic ponitur eorum quæ passurus erat dominus per singula explicatio. Tradetur, inquit, gentibus. Iudæi enim quia potestatem non habebant occidere quenquam, Christum tradiderunt Romano præfidi Pontio Pilato, gentibus. Traditur ergo gentibus tanquam extraneus & alienus, iuxta quod in eum prædixerat Psalmista: Extraneus factus sum fratribus meis.

Vii

Vbi est
& ab h
didit eu
human
citur:
bus tra
¶ Secur
oblatic
per Esa
cum fec
lit, & p
¶ Sed &
tionem
semetip
conscie
¶ Tertri
guæ pe
¶ Quar
(vt iam
gelio di
uidiam
¶ Pilatu
non vt
vt more
sta: Iesu
¶ Et illu
thesaur
bitur ta
libertat
nabilis,
tionem
¶ Sed no
tati dat
mini co
uerint,
dus, libe
tur, om
candor
¶ Et tert
mortis,
rum su

Vbi est aduertendum Christum fuisse traditum & à Deo, & ab hominibus, licet valdè differenter. Nam primo tradidit eum Deus pater, sed dispensatiuè tantum, propter humani generis salutem, iuxta quod per Apostolum dicitur: Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

¶ Secundò, ipse Christus tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorè suauitatis. Vnde & per Esaiam dicitur: Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit, vt non perirent.

¶ Sed & benignitate spiritus sancti ad nostram sanctificationem traditus est, dicente Apostolo: Per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, ad emundandam conscientiam nostram ab operibus mortuis.

¶ Tertiò, tradidit eum Iudas principibus sacerdotum, exiguæ pecuniæ pretio, sacrilega ductus avaritia.

¶ Quartò, tradiderunt eum Iudæi Pontio Pilatio præfidi (vt iam dictum est) inuidiæ liuore perciti. Vnde in Euangelio dicitur: Sciebat enim (nimirum Pilatus) quia per inuidiam tradidissent eum.

¶ Pilatus verò tradidit eum militibus suis crucifigendum, non vt adimpleret beneplacitum voluntatis diuinæ, sed vt morem gereret inuidiæ Iudæorum, dicente Euangelista: Iesum flagellatum tradidit voluntati eorum.

¶ Et illudetur, inquit, quasi insanus, is in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Et flagellabitur tanquam reus & seruus, qui est dominus & Princeps libertatis. Et conspuetur, tanquam immundus & abominabilis, dicente in eum Psalmista: Posuerunt me abominationem sibi.

¶ Sed nondum satis pœnarum Iudaicæ inuidiæ & crudelitati datum. Nondum furor atrox tot & tantis innocētis domini contumeliis saturatur. Sed quid? Et postquã flagellauerint, inquit, occident eum. Heu fratres, inquit Bernardus, libertas captiuorū traditur, gloria angelorum illuditur, omniū dominus flagellatur, & speculū sine macula & candor lucis æternæ cōspuitur, & occiditur omniū vita.

¶ Et tertia die resurget, nempe Dominus vitæ & victor mortis, habens potestatem ponendi animam suam, & iterum sumendi eam.

¶ Vbi

*Christus
variè tra-
ditus.*

Roma. 8.

Ephes. 5.

Esa. 53.

Hebr. 9.

G

christi ¶ Vbi mirari est dementiam quærentium, quor Christus
intra tri- ante triduum resurrexit. Si enim resurgeret tardius quam
duum re- prædixerat, impotentia esset, celerius verò resurgere est
surrectio. summa iudiciū potestatis. Si quem enim contigerit quum
Isidorus. spopoderit suo creditori post triduum persolvere debuit,
 hoc ante triduum elapsum solueret, veridicū eum mirabi-
 tur. Sed nec dixit se resurrecturum post tres dies, sed die
 tertia. Habes parasceuen, habes sabbathum, vsque ad so-
 lis occasum, & post sabbathum resurrexit.

H ¶ Sed eas quas Dominus se passurum prænuñciauit in-
Illusum rias attentius consideremus. Tradetur, inquit, gentibus &
Christo illudetur. Quemadmodum si phreneticus comprehendat
qualiter hominem sapientem, & ei illudat, sic à verè phreneticis
 infanis illusum est in passione sua Christo.

Luc. 22. ¶ Illuserunt autem ei nō vno genere illusionis. Nam pri-
 mo illuserunt eius sapientiæ, quādo velabāt faciem eius
 & percutientes eum dicebant: Prophetiza nobis Christus,
 quis est qui te percussit?

Luc. 23. ¶ Secundò, illuserunt eius innocentiæ & māsuetudini. Vnde
 in Euāgelio dicitur: Spreuit aut̄ illum Herodes cū exer-
 tu suo, & illudit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.

¶ Tertio, illuserūt ipsius regiæ dignitati, quando tanquam
 regnare volentem & non valentem induerūt purpura, &
 spinea corona capiti eius imposita, loco sceptri arūdinem
1049. 19. ei in dextra dederunt, & genu flexo ante eum illudēbāt
 dicentes: Ave rex Iudæorum, & spuebant in faciem eius,
 & dabant ei alapas.

¶ Quarto, illuserunt eius omnipotentie quando in nostra
 naturæ infirmitate in cruce pendenti blasphemantes im-
 properabant, dicentes: Alios saluos fecit, seipsum non po-
Mat. 27 test saluum facere. Si rex Israel est, descēdat nunc de cruce,
 & credimus ei.

¶ Sed & variè fuit flagellatus, videlicet, in corde, & in cor-
 pore. In corde, de timore, de scādalo, de fuga & dispersio-
 ne ac persecutione discipulorū, sicut per Sapientem
Eccle. 23 dictum est: Superposuerūt in cogitatu meo flagella. Item
 flagellatus fuit in corde furiosis clamātium vocibus, & dicitur

1049. 19. tium: Tolle, tolle, crucifige eum. In corpore verò toto
ibidem. deliter & nimis indignè, à Pilato flagellis cæsus est.

¶ Porrò veneranda Christi facies, in quam desiderant
 etiam angeli prospicere, sputorum sordibus nimis

gno sce
 principi
 de à ge
 quum i
 ¶ Circa
 admo
 eius est
 sum sa
 mi, legi
 mali & r
 incōpar
 lica par
 dixerunt
 & habe
 ¶ Sed ig
 in qua r
 tatis, su
 nam glo
 tis fuer
 ad ipsu
 tibi gen
 minos t
 ¶ Et qui
 rorum d
 tique se
 impleta
 factis d
 ¶ Proinde
 resurrex
 ve suis
 flagella
 nis gra
 culis fa
 dendi è
 ui duce
 pheta v
 inundan
 docunq
 ¶ Deniq
 tus, vel
 mistam

gno scelere fuit exhonorata, primum quidem in domo principis sacerdotum à pontificum ministris Iudæis, deinde à gentibus, id est, militibus præsidis in pratorio Pilati, quum iam esset morti adiudicatus.

*Mat. 26.**Mat. 27.*

¶ Circa Christi post hæc omnia occisionē, Attende quem admodum mansuetum (qui quasi ovis ad occisionem ductus est) atrocissimi & furibundi, innocentem, imò sanctum sanctorum, Dei filium, omnium hominum scelestissimi, legitimum suum regem proditores & rebelles, coloni mali & impiissimi homicide, filium magni patris familias incōparabili sacrilegio interfecerunt. Vnde & in Euāgelica parabola scriptum est: Agricole videntes filium eius, dixerunt intra se: Hic est hæres. Venite occidamus eum, & habebimus eius hæreditatem.

*Occisionis Christi indignitas.**Matt. 21*

¶ Sed ignominiosæ morti, gloriosa succedit resurrectio, in qua rebus præter impiorum expectationem repente mutatis, summa Christi ignominia, in summam & sempiternam gloriā est cōmutata. Nam ei qui ad passionem mortis fuerat traditus, resurgenti, pater tradidit gentes. Vnde ad ipsum in Psalmo loquitur dicens: Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, & cætera quæ sequuntur.

*I
Iniuria
Christi
cōpensata*

¶ Et qui ei illuserant, & ipsi in hoc delusi sunt, quod inferiorum & mortis victorem intra clausi & signati custoditque sepulchri angustias arctari posse stulti putauerunt, impleta scriptura quæ dicit: Ipse deludet illos, & manuetis dabit gratiam.

Prov. 1.

¶ Proinde, qui indignè ab impiis flagellatus fuit, postquā resurrexit à mortuis, & in cælum ascendit, flagellum grave suis flagellatoribus superinduxit, ut qui dominum suum flagellandum Romanæ genti tradiderant, ipsi à Romanis gravi bello (quasi flagello durissimo, flagello de funiculis facto) cæci, captivi, & ligati, & pecorum more diuendendi è Dei templo, & ciuitate ac regno eiciendi, captivi ducerentur in omnes gêres. De quo flagello Esaia propheta vaticinio fuerat longe ante prædictum: Flagellum inundans quum transferit, eritis ei in conculcationē, quā docunque pertransferit, tollet vos.

Esa 28.

¶ Denique qui Iudæorum consputionibus fuerat scædatus, velut flos pulcherrimus, resurrexit. Vnde per Psalmistam dicit: Refloruit caro mea. Et nihilominus qui fuit

Roma. 6. fuit occisus, immortalis resurrexit. Vnde & per Apostolus dicitur: Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Ecce ut lapis quē reprobauerunt ædificantes, preciosus & electus, à Deo honorificatus est. Vtique à domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.

¶ Circa tertium principale dicitur:

Et ipsi nihil horū intellexerunt, & erat verbum istud

absconditū ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.

cur discipuli hæc non intel ligunt.

¶ Hic ponitur eorum quæ dicebantur intelligentiæ absconditio. Et ipsi, inquit, duodecim, videlicet discipuli, nihil horum quæ dixerat de sui traditione, illusione, flagellatione, conspatione, occisione, resurrectione intellexerūt. Erat enim subiungit, dicens: Erat enim verbum istud absconditum ab eis. Dispensatione enim agebatur, ut ista prædicatione illis esset abscondita, ne videlicet ante tempus de Christi morte nimia tristitia absorberentur. Et ideo non intelligebant quæ dicebantur, quia verbum istud, id est, verbi sensus, eo tempore, dispensante Deo, eis absconditur. Quomodo & illis duobus discipulis accidit, de quibus in Euangelio dicitur: Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent.

Luc. 24.

¶ Sed quæsieris: Quare illis Christus prædicebat, quæ nolebant eos intelligere? Sanè, ut quum viderent pati Christum, verborum quæ eis prædixerat recordati, tum ea recognoscerent & intelligerēt, quia omnia illa futura prævidissent.

Iudæi cur apostolis perspicaciores.

Ioan. 12.

¶ Sed iterum queritur, quā fieri potuit ut Iudæi Christum de sua morte etiam obscure loquentem mox intelligerent, discipuli verò hunc manifestè prænunciantem non intelligerent quæ dicebantur? Audientibus Iudæis dixerat. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Quum mox Iudæi responderent: Nos audiimus ex lege quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis? Oportet exaltari filium hominis? Quid est ergo quod discipuli toties sibi replicatum dominicæ passionis arcanum intelligere nequeunt, & Iudæi ad vnum verbum & tam obscure positum, ut hoc expositione dignum ducat & intelligat, dicens: Hoc autem dicebat, significans quia mortuus te esset moriturus, mox quia crucis exaltatio significat

Beda.

intelligi desiderant non solent, hanc parabolas aliter interpretantur, goricè necesse est, cruce loquor quod ipse fecit. Scis sacralibus in Verbum & future ros, ipsi lexisse, ipsum vscire didia (in luquam tempore quod gere delrem con sancta p Primò nemo ha suam po Ipse enim dilexisti charo p me, de se semper e de & tate & sanguine in me imò & sanguis, huius Quum enim Deo per

intelligunt, nisi quia discipuli cuius vitam maximè videre desiderabant; eius mortem audire non poterant? Et quem non solum hominem innocentem, sed & Deum verū sciebant, hunc nullatenus mori vel posse putabāt. Et quia per parabolas eum sēpe loquentem audire cōsueuerant, quoties aliquid de sua passione dicebat, hoc non ita vt sonabat intelligendum, sed amore dictante, ad aliud quid allegoricè referendum esse credebāt. Iudæi verò quia in eius necem iam conspirauerant, quicquid de sua passione vel cruce loquebatur, intelligebant. Hoc enim loquebatur, quod ipsi summopere & fieri optabant & satagebant perficere. Sicque miro & inusitato more, idem subeundæ crucis sacramentum, quod fidelibus amor abscondit, infidelibus inuidia pandit.

¶ Verū inter hæc quis miretur discipulos adhuc rudes & futurorum passionis Christi mysteriorū prorsus ignaros, ipsius de eadē passione sua loquentis verba nō intellexisse, quandoquidē & modò ij pro quibus passus est id ipsum vel obliti ignorāt, vel si non ignorant, se tamen id scire dissimulant? Quoniam ergo inter huius seculi gaudia (in luctum utique conuertenda) tam passionis Christi quàm suæ salutis plerique obliuiscuntur: præsertim hoc tēpore quo se ad faciendos dignos pœnitentiæ fructus accingere deberent, consultò dominicæ passionis tam singularem commemorationem hodierna die suis filiis Ecclesia sancta proponit. Et hoc quidem plures ob causas.

¶ Primò propter Christi erga nos charitatem qua maiore nemo habet vt videlicet (quemadmodū ipse fecit) animā suam ponat quis pro amico suo, & ipsi hunc redamemus. Ipse enim prior dilexit nos. Domine (inquit vir sanctus) dilexisti me plus quàm te quia mori voluisti pro me. Tam charo pretio redemisti me, de supplicio æterno saluasti me, de seruitio peccati retraxisti me, vt memoriale tuum semper esset mecū, & nō recedat vnquā de corde meo. Vnde & tātē charitatis suæ memoriā inter venerāda corporis & sanguinis sui mysteria nos habere volens, ait: Hoc facite in meam cōmemorationem. Et quis nisi ingratisimus imò & saxeus ac per hoc, salute per Christū cōciliata indignus, huius tantæ solūque diuinæ charitatis obliuiscatur. Quum enim adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo per sanguinē filij eius, qui dilexit nos, & lauit nos à

S peccatis

L
Christiana
norum in
gratitudo

Passionē
Christi
cur eccle-
sia cōme-
morat.
August.

Luc. 22.

DOMINICA

Rom. 5. peccatis nostris in sanguine suo.

Apo. 1. M
vt ardua
fcltris.

¶ Secūdo proponitur nobis huiusce rei memoria vt ad resistendū vitiis, & pœnitentię labores subeundū, animemur.

Matt. 10

Vndē & ipse dominus ad sui imitationē nos exhortās (qđ supra citatū est) ait: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suā & sequat me, videlicet ad regnum, quo per suam crucem ipse peruenit, alioqui qui nō accipit, inquit, crucē suā & sequitur me, nō est me dignus.

Phillip. 2.

¶ Quis enim iam vereatur se humiliare sub potenti manu Dei, quum sit ipse puluis & cinis, vbi se dominus omnium humiliavit factus obediens vsq; ad mortē, mortem autem crucis? Quis non ignoscat iis qui in se deliquerunt, vt & sibi ignoscatur, vbi innocens Dei filius pro sui interfectionibus in cruce moriens patrē exorauit? Quis non iniuncti salutaris ieiunij gratia, ad horam esuriam perferat, vbi nō pro se, sed pro nobis Christus in deserto ieiunans esuriit, & in cruce pendens sitiuit. Ille fellis & aceti poculum in cruce gustauit, & tu breui tempore à carnibus & splendidioribus epulis abstinere recusabis? Ille cum clamore vtilido & lachrymis, imō & cum sudore sanguineo, pro te patrem etiam in oratione nonnunquam pernoctans, orauit, & te pro tuorum remissione peccatorum Deum orare p̄gebit? Orat iudex, & reus orare dedignabitur? Ille vitam suam pro te dedit, & tu pro redemptione animę tuę, quod tibi superest eleemosynam dare pauperibus detre scabaris? Si te pudet vel errata confiteri, vel pro his agere pœnitentiam, memento redemptoris tui qui pro te sustinens opprobrium nudus in patibulo quasi reus inter latrones p̄pedit. Si Christi passio ad memoriam reuocetur, nihil est quod non æquo animo toleretur. Hortatur nos Apostolus dicens: Recogitate eum qui talem aduersus semetipsum à peccatoribus sustinuit contradictionem, vt non fange mini animis vestris deficientes.

Hebr. 12

N ¶ Sed prohi dolor contraria prorsus ingrediuntur, qui voluptatū fclta. toros arguuntur. Sapien. 2. Phillip 3. Luc. 2.

¶ Sed prohi dolor contraria prorsus ingrediuntur, qui voluptatū fclta. toros arguuntur. Sapien. 2. Phillip 3. Luc. 2.

¶ Sed prohi dolor contraria prorsus ingrediuntur, qui voluptatū fclta. toros arguuntur. Sapien. 2. Phillip 3. Luc. 2.

quibus
figentes
¶ Quum
cie Abs
deas,
ascende
Saul no
maledic
tra vniu
¶ Mystic
lon, Chr
quē lud
ciuitatē
¶ Porro
persequ
caput fu
typum g
gnacion
peccato
hominis
¶ Expell
p̄cord
vtique à
gnum. C
morte d
dis pedi
& nunc
& flente
sunt Chr
cupiscen
cōspicui
tam mo
dō Chri
delictis
seruos c
& perse
Christi f
& scāda
suos qua
& suos i
vel erg-

quibus idem Apostolus alio loco dicit, Rursum sibi crucifigentes filium Dei, & ostentui habentes.

¶ Quum ascenderet David montem Oliueti fugiens à facie Absalon, flens aperto capite, & nudis pedibus incedens, & omnis populus qui erat cum eo & ipsi plorantes ascenderēt, ecce egrediebatur vir de cognatione domus Saul nomine Semei filius Gera, procedebat egrediens, & maledicebat regi, mittebatque lapides cōtra David, & cōtra vniuersos seruos regis David.

¶ Mysticè. David quē expulit de Ierusalē filius suus Absalon, Christus dei filius est, de semine David factus homo, quē Iudei (populus quondā Deo peculiaris) extra eandem ciuitatē eiectū, ad mortē vsq; persequētes interfecerunt.

¶ Porro Semei, seruus quidem David, sed iam acerrimus persecutor & hostis, de cognatione domus Saul (qui vel caput fuerat omnium inimicorum David, & rectè diaboli typum gessit, cui & ipse traditus fuerat diuexādus) de cognatione, inquam, domus Saul, id est, de satellitio diaboli, peccatorem quemq; in sua malitia obstinatum (qui tamē hominis Christiani vocabulo censetur) mysticè designat.

¶ Expellitur Christus & nūc à plerisque diabolo locū intra prācordia sua prāstātibus. Expellitur, inquam, à filiis, qui vtique à Christo Christiani appellantur. Proh nefas indignum. Cāterum ille pro peccatis nostris suo sanguine & morte delendis, ascendit Ierosolymam, ascendit autē nudis pedibus & flens, non ob sua, sed nostra delicta, quem & nunc imitantes omnes qui cum eo sunt, & ipsi gemētes & flentes simul ascendunt, dicente Apostolo: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis: Quum interim procedit vtique omnibus vbiq; cōspiciuus & obuius peccator quis obstinatus & impudēs, tam mortis Christi quā pēnitētię cōtemptor, & nō modò Christi contemptor, sed etiā piorum & pēnitentiā pro delictis suis agentiu osor, persecutor, derisor, qui Christi seruos cōrumeliis lacessens, Christum ipsum & lacessere & persequi contuincitur. Iste quoties aut verbis aut factis Christi seruis, id est, bonis & piis hominibus, molestus est, & scādala obiicit, tories contra Christum ipsum & seruos suos quasi lapides mittit. An non lapides contra Christum & suos mittit, qui hāretica insania deprauatus, quicquid vel erga Deū vel erga Dei sanctos est pietatis, imò & ip-

Hebr. 6.

2. Reg. 16

Christi

cōtempti

typus.

Galat. 5.

Hæretic

procedit

insultās.

quētes eū & percutite. Nō parcat oculus vester, neq; mise-
reamini. Senē, adolefcētulū, & virginē, paruulū & mulie-
res interficite vsq; ad internecionē. Oēm autē sup quē vi-
deritis Thau ne occidatis, & à sanctuario meo incipite.

Cōperūt ergō à viris senioribus qui erāt ante faciē tēpli.
¶ Civitas hęc vnā cum tēplo mysticē Ecclesia est, quę ni-
mirū ex clero cōstat & populo. Porro in vtroq; statu abo-
minatiōes horrēdę, & crimina innumera irā Dei puocātia
indefinēter spectāte Deo ppetrātur. Cōtra quę oīa in seri-
pturis ipse clamat, & peccatores deterrere atq; coercere
volēs veturā proculdubio pœnā denūciat. Armabitur autē
creatura ad vltionē inimicorum, creatura, inquā, non mo-
do & angelica & humana, & dēmones ipsi, qui vtiq; sunt
spiritus ad vindictā creati, sed & elemēta ipsa, & creatura
alia insensibilis, quando ita placet Deo, quocunq; sit illa.

¶ Præmittitur autē ante vltices potestates, voce prædicā-
tis diuinę clemētię præmonitio, vt si pœnitētiā agētes ipsi
sefe vt dignū est iudicauerint, vltionē diuinę districtio-
nis effugiāt, quę per virum indutum lineis designatur qui frō-
tes gementium & dolentium signo Thau notare iubetur,
quo solo possent tuti esse à gladiis vltorum.

¶ Vocat & nunc per prædicatores suos, nec vocare cessat
Deus peccatores ad fletū & ad planctum, & ad caluitium
& ad cingulū sacci, sed audiunt pauci. Vnde post præmissa
mox subiūgitur. Et ecce gaudium & lætitia, occidere vitu-
los, & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum.
Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Quasi di-
cant (vt iam dictū est) fruamur bonis quę sunt, dū volupta-
tibus nostris explendis præsentis vitæ tempus arridet.

¶ Qualis autē esse debeat præco cœlestis verbi, in hoc viro
ostēditur. Debet enim in primis per constantiam vir esse,
non mollis ac flexibilis adulator qui loquatur hominibus
placētia, effœminatus & blādus, arūdo sanē vento agitata,
sed vir, indeclinabiliter retinēs tramitem iustitiæ & veri-
tatis. Debet item esse vita purus, & opinione incōtamina-
tus, quasi lineis, id est, veste mūda indutus. Deniq; necesse
est, vt diuinę legis sit scientia præditus, vtiq; scriba doctus
qui pferre possit de thesauro suo noua & vetera, etsi opus
fuerit resistētes cōvincere. Quod vtiq; in eo designatur qd
vir iste atramentariū scriptoris habebat circa renes suos.

¶ Porro signum Thau quod vtiq; figuram crucis habet

P
Figuræ
applica-
tio.

Sapient. 9
Eccle. 39.

Signo
Thau,
quis fron-
tes signat

Esa. 22.

Qualis est
se debet
prædica-
tor.

DOMINICA

Euangelicā crucem, id est, carnis mortificationē & voluntariā pro peccatis pœnitentiā designat. Et quia nō sat est hanc cogitare, proponere, vel promittere in futurum, sed eam necesse est opere palā exhibere, vt qui peccatis manifestis alios scandalizauit, iam pœnitēs & correctus, conuadificet, rectē signum Thau nō quacunque corporis parte aut sub veste & in occulto, sed in aperta & nuda fronte, quæ cunctis est conspicua poni iubetur.

Luc. 13. ¶ Quod autem sine delectu occisi sunt qui signo Thau crucerunt, quid aliud sibi vult quā quod in Euangelio Dominus loquitur, dicens: Dico vobis si non pœnitentiā habueritis, omnes simul peribitis.

Matt. 3. ¶ Quod autē signo Thau signati saluantur, illud nimirum est, quod eisdem verbis in Euangelio, & Ioannes primus & postea Christus prædicauit: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.

Peccatū ideo vitandum. ¶ Quarto, passionis Christi memoria proponitur, vt eam contēplatione peccata vitemus, attendentes quantū Deo peccatū displicuit, qui pro illius expiatione vnigenitum filium suum in quo sibi bene cōplacuit, tradidit ad mortem crucis, & intellige q̄ grauitè offendis, quē post tāta ditionis indicia, peccādo cōtemnis, cuius filii (quantū in se est) rursus tuis vitis & peccatis crucifigis. Ait vir sanctus.

Bernard. ¶ Ex magnitudine remedij, periculi mei æstimo quantū tem. Filius Dei iubetur occidi, vt preciosi sanguinis sui habito. famo peccatorū meorum vulneribus medeat. Formidabile est quod per Apostolum dicitur: Voluntariē peccatis nobis post acceptā notitiā veritatis, iam non requiritur pro peccatis hostia. Terribilis autē quedā expectatio iudicij & ignis amulatio, quæ cōsumptura est aduersarios. Irritā quis faciēs legem Moyfi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur, quantō magis putat deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit & sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?

HOMILIA ALTERA.

FActū est autē quum appropinquaret Ierico, cecus quidā sedebat secus viam mendicās. *Luc. 18.*

¶ In hac Euangelicæ lectionis parte tria notanda. Primum est, cæci mendicātis clamosa deprecatio. Secundo

dum, mi-
Iesus. Te-
tio, lbi: E-
¶ Circa p-
cantis ca-
catio. Ibi
inerepat
¶ Circa p-
quaret le-
tam beni-
dignatus
enim illi
rat) pasto-
¶ Adhec,
co, qui eg-
cere, & v-
rico cum
turbam s-
sus domi-
ci miracu-
in omnib-
¶ Cæcus
ter, cæcus
tum est: E-
dicitur: Q-
Excecauit
est (inquit
in lege d-
prudenti-
tum est. C-
luxuria.
Sodomis
¶ Cæcus i-
na interp-
manet, nu-
magna ce-
ius vanita-
cta est, &
defect. I-
& opere l-

dum, miranda cæci per Christū illuminatio. Ibi: Stans autē Iesus. Tertium est ad illuminationem cæci digna cōsequutio, Ibi: Et sequebatur illum magnificans Deum.

¶ Circa primum, tria sunt attendenda. Primum est, mendicantis cæci sciscitatio. Secundum est, clamorosa cæci deprecatio. Ibi: Et clamavit, dicens: Tertium est, cæci clamantis increpatio. Ibi: Et qui præibant increpabant eum.

¶ Circa primum dicitur: Factum est autem quum appropinquaret Iesus Ierico. Ciuitatem latrocinijs insigniter notatam benignus & misericors dominus, clementer visitare dignatus est, qui vult omnes homines saluos fieri. Voluit enim illic zachæum publicanum (vtique ouem quæ perierat) pastor bonus saluum facere,

¶ Adhęc, Multi latrones (inquit Hieronymus) erant in Ierico, qui egredientes & descendentes de Ierusalem interficere, & vulnerare consueuerant. Idcirco dominus venit Ierico cum discipulis suis, vt liberet vulneratos, & multam turbam secum trahat, Et (vt dicit Theophylactus) ne incesus domini esset inutilis in via, fecit in illuminatione cæci miraculum: documentum hoc discipulis relinquens, vt in omnibus simus proficui, & nihil sit nobis ociosum.

¶ Cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Moraliter, cæcus iste peccatoris figuram tenet, iuxta quod scriptum est: Excæcauit eos malitia eorum. Vndè & per Esaiam dicitur: Quis cæcus nisi qui venundatus est, vt faciat mala? Excæcauit sanè mentem furor & iracundia. Conturbatus est (inquit) in ira oculus meus. Excæcat avaritia. Vndè & in lege dicitur: Non accipiatis munera quæ excæcant prudentium oculos. Excæcat fraternum odium, sicut scriptum est. Cæci & claudi odiebant animam David. Excæcat luxuria. Vndè scriptum est. Quia angeli percusserunt in Sodomis viros libidine furentes, cæcitate.

¶ Cæcus iste prope Ierico sedisse scribitur. Porrò Ierico, luna interpretatur, & quia luna nūquam in eodem statu permanet, nunc enim plena, nunc semiplena, nunc parua, nunc magna cernitur, nunc esse videtur, mox non esse, mūdū huius vanitatem rectè significat, vbi creatura vanitati subiecta est, & nihil est permanens sub sole, præterquàm ipse defectus. Proni enim semper sunt mortales, vt à gratia dei & opere bono deficiant.

A
Ierico le-
tronibus
insanis

Cæcus mo-
raliter,
Sap. 2.
Esai. 44

Exo. 32.
I Reg. 5.
Gen. 19.

¶ Sedet autem, nempe ab operibus bonis otiosus. Secus, viam sedet, non autem in via mandatorum Dei dicente Psalmista: Nō enim qui operantur iniquitatem in viis eius

B ambulauerunt.

Peccator vt mendicus. ¶ Sed & secus viam sedens mendicabat. Mendicus qui cumiens quærit, nec tamen impletur neque diratur, peccator est, qui nec voluptatibus suæ carnis nec quibusuis rebus transitoriis saturatur. Cupit quidem implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducant, id est, immunda voluptatibus & gaudiis impuris, sed prohibente Deo non potest adipisci. Non enim saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur.

Eccle. 1.

¶ Cæcus est interim vt nec ante se prospiciat quæ ventura, sunt nec videat post se eorum quæ gessit recordandis, à dextris non videt quomodo ipsum decipit mundi prosperitas, à sinistris etiam cæcutit, vt non intelligat quæ admodum probet eum aduersitas, non videt supra se quæ perdidit, subtus se quid promeruit, sed nec videt quid facere deceat, nec quid conueniat vitare, iuxta quod per Prophetam de peccatoribus dicitur, Ambulabunt vt cæci, qui domino peccauerūt. Cadent enim nūc in lutum immunditiæ & coinquinationis, nunc in lapides odij & obdurantis,

Anima cæca.

¶ Cæcus est interim vt nec ante se prospiciat quæ ventura, sunt nec videat post se eorum quæ gessit recordandis, à dextris non videt quomodo ipsum decipit mundi prosperitas, à sinistris etiam cæcutit, vt non intelligat quæ admodum probet eum aduersitas, non videt supra se quæ perdidit, subtus se quid promeruit, sed nec videt quid facere deceat, nec quid conueniat vitare, iuxta quod per Prophetam de peccatoribus dicitur, Ambulabunt vt cæci, qui domino peccauerūt. Cadent enim nūc in lutum immunditiæ & coinquinationis, nunc in lapides odij & obdurantis, ac tandem in foueam desperationis.

Sopho. 1.

¶ Et quidē corporaliter cæcum esse, multò præstat quàm esse mente cæcū, Ille enim cæcitatē suam fatetur, iste quæ cecior est, eo magis se videre cōtendit. Ille ducem quaerit, iste cōfidit se esse ducem cæcorum, lumē eorū qui in tenebris sunt, eruditorē inspiētiū, magistrum infantium. Vnde & dominus in Euangelio: Cæci sunt, inquit, & duces eorū. Cæcus autem si cæco ducatū præstet, ambo in foueam cadunt. Hinc apud Marcum scriptū est: Circumspiciēs eorū.

*Matth. 5.
Mar. 3.*

C Iesus cū ira contristatus est super cæcitate cordis eorū. ¶ Rursus: Cæcus oculis ducem non cæcum, sed videntem cæcitatē flagitat, mente cæcus, ducem cæcum potius habere cupit quàm videntē, iuxta quod per Esaiam dicitur: Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me vultum vestrum, declinate à me semitam, cesserit à facie nostra sanctus Israel. Sed & visum desiderat, qui corpore cæcus est vbi is qui corpore cæcus est lumen verbi Dei quo posset illuminari, sed refugit ac contemnit. Denique & si corpore cæcus nihil videret, palpat tamen, iste autem nec videt parata sibi in

Esai. 30.

Palpare cæcus vt recusat

¶ Rursus: Cæcus oculis ducem non cæcum, sed videntem cæcitatē flagitat, mente cæcus, ducem cæcum potius habere cupit quàm videntē, iuxta quod per Esaiam dicitur: Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me vultum vestrum, declinate à me semitam, cesserit à facie nostra sanctus Israel. Sed & visum desiderat, qui corpore cæcus est vbi is qui corpore cæcus est lumen verbi Dei quo posset illuminari, sed refugit ac contemnit. Denique & si corpore cæcus nihil videret, palpat tamen, iste autem nec videt parata sibi in

turo su
poenas
medita
tionem
igne de
¶ Poi
& men
sum via
sed si ia
tem ian
simulat
sedet, se
iuxta vi

Et q
quid
renu

¶ Magn
filio, nec
mniū
suz ver
doctrina
agricol
est Eccle
sunt bou
rimæ seg
ne prædi
les & at

¶ Interro
non pote
gabat, qu
interrog
libenter
nus tran
quebant
tē vera c
patet pe
sit, iis sci
Propter
bile, ecc
¶ Circa

turo supplicia, sed nec has palpate vult, id est, experiri per pœnas & ærumnas vitæ præsentis, cogitando videlicet & meditando si intolerabile iam esset vel vnus digiti aduersionem sustinere, quomodo poterit in futuro habitare cū *Esaiâ. 33.* igne deuorante, aut habitare cum ardoribus sempiternis? (Porro cæcus iste (vt ait Greg.) rectè & iuxta viam sedere & mendicans esse describitur. Ipsa enim veritas dixit: Ego *Ioan. 14.* sum via. Ergo qui æternæ lucis claritatem nescit cæcus est: *Secus viâ* sed si iam in redemptorem redit, iuxta viam sedet. Si autem iam credit, sed vt æternam lucem recipiat, rogare dissimulat, atq; à precibus cessat, cæcus quidem iuxta viam sedet, sed minime mendicat. Si verò & credit & exorat, & iuxta viam sedet cæcus est & mendicat. Sequitur:

Et quum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quòd Iesus Nazarenus transiret.

¶ Magna sanè turba, non tamen paribus votis, nec vno cõ D filio, nec eadem mente dominum sequebatur. Quorum omnium qui erant optimi, idcirco sequebantur, vt doctrinæ suæ verbo pascerentur. Quorum vtique multitudo ipsius doctrinam cõmendabat. Sicut enim testimonium studiosi agricolæ est messis fœcunda, ita & assidui doctoris signum est Ecclesia plena. Vndè per Salomonem dicitur: Vbi non *Pron. 14.* sunt boues præsepe vacuum est, vbi autem apparent plurimæ segetes, manifesta est fortitudo bouis. Bouum nomine prædicatores designantur, plurimæ segetes multi doctiles & attentii auditores sunt.

¶ Interrogabat autem cæcus quum audiret quam videre *cac^o videntes in-terrogat.* non poterat, turbam prætereuntem, quid hoc esset. Interrogabat, quia scire desiderabat. Sunt enim plerique qui non interrogant, quia scire non curant. Porro boni est discipuli libenter interrogare. Dixerunt autem ei qd Iesus Nazarenus transiret. Et oculati quidem secundum opinionem loquebantur, dicentes transire Iesum Nazarenum, cæcus autem vera clamabat. Ergo, alia docetur, & alia prædicat, putat per hoc quod clamabat: Et qui tunc Iesus multis transiit, iis scilicet quibus salutis tempus transit sine salute. Propter quod dicit Apostolus: Ecce nunc tempus acceptabile, *2. Cor. 6.* ecce nunc dies salutis.

¶ Circa secundum, quod est clamosa cæci deprecatio subditur.

Et

DOMINICA

Et clamauit dicens: Iesu fili Dauid miserere mei.

E

¶ Cæci huius clamor desiderij magnitudinem prodit. Quis hominem hunc docuit filium Dauid esse Iesum? Non perlegerat libros priuatus luminibus. Vndè ergo nouit lucem mundi, quam legisperiti non videbant? Verè dominus illum inat cæcos. Ego inquit, in iudicium ueni in hunc mundum ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Nilominus tamen in Iudaismo nutritus cæcus iste, non ignorabat quòd de progenie Dauid Deus secundum carnem nasceretur, & ideo ut Deo loquitur, dicens: Miserere mei.

Ioan. 9.

chryf.

Quatuor
hæc ssem
exauditionis
auger.
Ma: th. 1.

¶ Sanè quatuor explicat oratione breui cæcus iste, quæ ssem exauditionis suggerunt deprecanti. Primum est pium nomen saluatoris, quum dicit, Iesu, quod significat saluatoris. Cuius nominis rationem cœlestis angelus, sancto Ioseph in Euangelio reuelauit, dicens: Vocabis nomen eius IESUM. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Frustra autem saluatoris nomen haberet, si salutem non conferret. Sed & gratuitò saluat, dicente Apostolo: Quum autem apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiarum quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

Tit. 3.

Dauid mi
sericordia

¶ Secundum est exemplum Dauid regis, quum dicit, fili Dauid. Dauid enim non modò post grauiam peccata misericordiam à Deo fuit consequutus, sed & misericors fuit etiam suis inimicis. Cuius misericordiarum vel vnum illud exemplum cæteris quàm plurimis prætermisis libet commemorare. Quum enim Saul cum tribus millibus virorum etiam per deserta & montium prærupta inuestigaret Dauid, & ille lateret in spelunca fortè accidit, ut purgandis vitris gratia in eandem speluncam Saul ipse diuerteret. Quis que serui Dauid diceret, Ecce dies de qua loquutus est dominus ad te, ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias eum sicut placuerit in oculis tuis, dixit ad eos: Propitius sit mihi dominus, ne faciam hanc rem domino meo Christo domini, ut mittam manum meam in eum. Benè ergo cæcus iste misericordiam postulans, Iesum filium Dauid appellat. Quasi dicat: Quia Dauid insigni fuit misericordia te qui eius es filius, decet à paterna clementia non depre-

1. R. 24.

nerare.

¶ Tertius
rabilis I
prium e
gratis
mo mis
tem, iux
retur pa
seretur
¶ Quare
sabiung
men dica
ra, infir
stare non
hæc trip
cus est e
ostensun
¶ Circa t

Et qu

¶ Si hæc i
sto inuid
cerbè au
lium Dau
teit etiam
mirabilit
¶ Quòd s
ideo iner
quentè de
maluiss
quia fatu
gnos vi
audet diu
gnatione
¶ Sed qui
cedunt, n
vitiorem,
niat, ten
& voces
¶ Saepè n
vitiis vol

nerare. Ergo Iesu filij David miserere.

¶ Tertium, quod orans explicat est connaturalis & inseparabilis Dei proprietas, quā dicit miserere. Deo enim proprium est misereri semper & parcere. Misereri enim & gratis misereri soli Deo conuenit & semper. Nam & si homo miseretur homini, magnam hinc consequitur utilitatem, iuxta quod scriptum est: *Fœneratur domino qui miseretur pauperis.* Deo autem qui nullius eget, ex eo quod miseretur nihil adcrefeit. F
Deo proprio
misereri.

¶ Quartum est, miserix suæ qualitas, quum post præmissa subiungit mei, id est, miseri, qui cæcus sedeo iuxta viam mendicans. Triplex erat huius miseria. Vna, cæcitas, altera, infirmitas, quæ innuitur in eo quod sedebat, quasi qui stare non posset. Reliqua, paupertas, quia mendicabat. Et hæc triplex miseria moraliter inuenitur in peccatore. Cæcus est enim mente infirmus & mendicus, uti paulò antè ostensum est.

¶ Circa tertium, quod est cæci clamātis increpatio, subditur.

Et qui præibant increpabant eum vt taceret.

¶ Si hæc increpatio referatur ad eos qui in illa turba Christo inuidebant, idcirco increpant cæcum vt taceat, quia a turba cæcum in crepantibus, quod ipsi negabant, videlicet Iesum esse filium David, id est, Messiam de David stirpe venturum. Potest etiam dici, quod ideo volebant vt taceret, ne de suis mirabilibus Christus à quoquam glorificaretur.

¶ Quod si increpationem hæc ad eos referas qui credebant ideo increpabant quia strepitu clamoris eius quominus loquentē dominum intelligerent, impediabantur, vel quia maluissent appellari Christū filium Dei quàm David, vel quia fatua hominum sapientia existimat iniuriam pati magis viros, si à pauperibus honoratur. Quis enim pauper audeat diuitem salutare? Superbi enim cum fastidio & indignatione pauperum audiunt salutationes. chryf.

¶ Sed quid mysticè isti designant qui Iesum venientem præcedunt, nisi desideriorum carnalium turbas, tumultusque vitiorum, qui priusquàm I E S V S ad cor nostrum veniat, tentationibus suis cogitationem nostram dissipant, & voces cordis in oratione perturbant? Beda.
Orantem
quid impedit.

¶ Sæpe nanque dum conuerti ad Deum post perpetrata vitia volumus, dum contra hæc eadem exorare vitia quæ

quæ perpetrauimus conamur, occurrunt cordi phantasma peccatorum quæ fecimus, mentis nostræ aciem reuerberant, confundunt animum, & vocem nostræ deprecationis præmunt. Sed is quem turba increpat vt taceat, magis ac magis clamat, quia quantò grauiori tumultu cogitatum carnalium præmimur, tantò orationi insistere ardentius debemus. Tali constantia orabat qui dicebat: *Deum meum clamabo per diem, & non exaudies, & nocte & non ad insipientiam mihi. Sapientia sanè non est exigua, fortiter in orando persistere, quoadusque tandem exauditi mereamur. Sed quid increpatio hæc profecerit aduerte.*

Sequitur:

Ipse verò multo magis clamabat, Fili David miserere mei.

H Per inhibitiones ergo non impediatur eius audacia. *Cyril.* Nouit enim fides omnibus repugnare, & in omnia triumphare. Vtile enim est pro diuino cultu pudorem deponere. Nam si pecuniæ causa nonnulli impudentes sunt, nonne pro animæ salute bonam induere decet impudentiam?

chryf. Sanè talis est natura fidei, vt quantò vetatur, eò ascendetur amplius. Propter quod serui Dei in persecutionibus non vincuntur, & ita virtus fidei in periculis secura est.

Ambros. & in securitate periclitatur. Oportebat ergo tandiu clamare, donec resistentis sibi strepitum turbæ vinceret, id est perseverenter orando, pulsandoque intendere, quoadusque consuetudinem desideriorum carnalium vel etiam ipsius hominum carnalium turbam, spiritualia studia impedientem fortissima intentione superaret.

Ipse, inquit, multo magis clamabat. Hoc ipsum Ecclesiæ fidelium fecisse cognoscimus, quãdoquidem Iudæis sumis ac gentium tyrannis inuocationem nominis Christi prohibere conantibus longè scèlicius Christi fides succurrebat.

Quod nequaquam inter hæreticos inuenias. Quamuis enim eorum initia ferueant, adeò vt nullus etiam possit resistere, nisi qui sit ingenij ardentis, habeatque donum naturæ, quæ ab artifice Deo sunt creata, nihil tamen horum diurnum est & constans. Et sicut vniuersæ veterum hæreses deserunt, ita etiam certum est temporum istorum hæreses finem sortituras.

¶ Circa secundum principale dicitur.

Fidei ab hæresi sic differt.

Stat
approp
vis fac
¶ Hic pe
notat
Desider
Christi
¶ Circa
duci ad
se. Ipso
cere. Sta
fide. Inu
ecum v
terigerat
transeun
ram eius
manam,
passus es
bilis, gra
¶ Stas, in
stum cæc
nus. Eccc
phantasm
transeun
iustitiam
de figur
¶ Et quon
propinqu
dicens: C
rans cui
Sed inter
mine cæc
ciam, vt à
se Dei fil
sum hom
stus, vt pu
minus ali
gat vt rog
bis præst a

Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et quum appropinquasset, interrogavit illum, dicens: Quid tibi vis faciam?

¶ Hic ponit miranda cæci per Christum illuminatio. Vbi tria notantur. Primū est, Benigna Iesu interrogatio. Secūdū est, Desiderati visus electio, ibi: At ille dixit. Tertium est, Ad Christi imperium visus recuperatio, ibi: Et Iesus dixit illi.

¶ Circa primum dicitur: Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se, quod verisimile est per Apostolos factum fuisse. Ipsorum enim erat ad fidei lumen mente cæcos adducere. Stans, inquit, Iesus. Sisteit Christum vox inuocantis in fide. Inuocantes enim in fide respicit. Cuius fidei merito cæcum vocat & accedere iussit, vt qui prius eum iam fide tetigerat, appropinquaret & corpore. Nota quod Christus transeundo audit, stando sanat, quia secundum eam naturam eius quæ in motu fuit & transitu, id est, naturam humanam, quæ vtique mutabilitati fuit subiecta nobis compassus est, secundum eam verò naturam in qua manet stabilis, gratiam conferendo nos sanat.

Cyrillus.

¶ Stans, inquit, iussit illum adduci ad se. Quia nec ad Christum cæcus accedere, sed nec sequi poterat, stat dominus. Ecce stat qui antè transibat. Quia quum adhuc turbas phantasmatum in oratione patimur, Iesum aliquatenus transeuntem sentimus. Quum verò orationi vehementer insistimus, stat Iesus vt lucem restituat, quia Deus in corde figitur & lux amissa reparatur.

Grego.

¶ Et quum appropinquasset corpore qui mente prius appropinquans fide Christum tetigerat, interrogavit illum dicens: Quid tibi vis faciam? Non interrogat quasi ignorans cui etiam sola nostra desideria sine voce patefcunt. Sed interrogat vt sciant adstantes, quod non quasi ab homine cæcus hic pecuniam efflagitat, sed diuinam efficaciam, vt à Deo. Item interrogat, vt dum cæci Christum esse Dei filium confitentur, confundantur videntes, qui ipsum hominem tantum putant. Interrogat cæcum Christum, vt publica & nō occulta sua sit petitio, ne credatur dominus aliud illi dare quàm peteret. Sed & ideo interrogat vt rogetur, qui & hoc à nobis vult peti, quod ipse nobis præstare disposuit. Importunè nanque ad orationem

cur cæcū
Christus
interro-
gata

Grego.

nos

& mirare in ista cæci sanatione, medici benignitatem, quia fecit. Ipsius largitatem, quum dicit: Quid tibi vis faciam? Considera sanandi facilitatem: Respice. Considera medicinæ nobilitatem: Fides tua te saluum fecit. Considera sanitatis celeritatem, quia confestim vidit.

¶ Hoc redundat in crimen perfidiæ ludæorum. Quis enim prophetarum talia dixit? Aspice tamen quid assumat medicus ab eo cui collata est sanitas, Fides, inquit, tua te saluum fecit. Pro fide enim venduntur beneficia. Diffunditur enim gratia quam suscipit fides. Et sicut ab aliquo fonte hi quidem paruis vasis modicum aquæ hauriunt, hi verò maioribus multum fonte non distinguente mensuras, & secundum fenestras quæ aperiuntur, magis vel minus solis splendor infunditur, ita secundum capacitatem intentionis hauritur gratia.

¶ Circa tertium principale dicitur:

Et sequebatur illū magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

¶ Hic ostenditur quid ad illuminationem cæci sit sequutū. Nō sufficit lumē recepisse nisi etiam lucem (id est, Christum ipsum) sequatur, ne ambulet in tenebris. Ergo cæcus iste & ante beneficium fidem ostendit feruidam, & post beneficium benevolentiam obseruauit. Vndè patet eum à duplici, videlicet tam mentis quàm corporis cæcitate fuisse liberatū. Nō enim sequeretur magnificans Deum, nisi iam verè vidisset. Sed & aliis factus est occasio Deum glorificandi.

¶ Sed quæritur hîc quare Christus dæmoniacum quidem curatū se sequi volentem prohibet, cæcum autem illuminatum sequentem non prohibet. Sed vtrunq; rationabiliter fecit. Illum enim mittit præconem vt ex sua liberatione benefactorem prædicet, dicens: Redi in domum tuam, & narra quæta tibi fecit Deus. Erat enim excelsum miraculum videre furiosum sanæ mentis effectum. Cæcum verò permittit sequi, quia Ierosolymam ascendebat per crucem altum mysterium perfecturus. Vt recentem habentes miraculi mentionem, non existimarent eum infirmitate potius quàm misericordiæ pati.

¶ Et omnis plebs ut vidit, dedit laudē Deo, Nō solūm cæcus

*Chryso-
stoma
iudaica
patet per
fidia*

*Chryso-
stoma*

*Cur cæco
Christum
sequi per-
mittitur.*

cus

DOMINICA

Beda.

cus, sed & plebs mēte illuminata est, vt Christi cognosceret diuinitatem. Dedit autem plebs laudem Deo, non solum pro impetrato munere lucis, sed & pro merito fidei impetrantis. Dedit laudem Deo, quia & Iesum vidit misericorditer ac potenter lucem restituisse roganti, & oblata fidei clamorem quæ iustè quæsierit, mox consecuta posse cognouit. Vndè notandum, quia dominus in carne appares, omnia quæ verbis docuit exemplis firmavit. Quæ enim nobis præcepit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est, & ipse in vniuersis quæ cepit facere & docere, non suam ab hominibus, sed patris gloriam quarebat.

Matt. 5.

*Grego.
Videt &
sequitur,
quis.*

¶ Moraliter. Videt & sequitur, qui bonum quod intelligitur operatur. Videt & non sequitur, qui bonum quidem intelligit, sed benè operari contemnit. Itaque si nostræ peregrinationis cæcitatē agnoscimus, si credēdo in redemptionis nostri mysterium iuxta viam sedemus, si exorādo quotidianè ab auctore nostro vitæ lucem petimus, si eandem lucem iam per intellectum videndo illuminati post cæcitatē sumus, Iesum quem mente cernimus, opere sequimur. Aspiciamus quæ graditur, & eius vestigia imitantes teneamus. Hinc enim ipse admonet, dicens: Qui mihi ministrat, me sequatur. Consideremus ergo quæ graditur, sequi mereamur.

Ioan. 12.

DOMINICA PRIMA
quadagesimæ.

DVetus est Iesus in deserto à spiritu, vt tentatur à diabolo. *Matth. 4.*

¶ In hac sancti Euangelij lectione tria comprehenduntur. Primum est, Christi in deserto ieiunatio. Secundum est, ieiunantis in deserto per diabolum tentatio, ibi: Et accedens tentator Tertium est, tentatoris per Christum victoriosa superatio, ibi: Qui respondens, dixit: Scriptum est. ¶ Circa primum tria notantur. Primum est, Christi in deserto secessio. Secundum est, secessionis istius ratio, ibi: vt tētaretur. Tertium est, Christi post ieiunium esuritus, et quum ieiunasset.

¶ Circa

¶ Circa
in deserto
set à Iohanne
¶ Dubium
in deserto
diabolo
in monte
¶ Sed videtur
tur, vt à
luc eum
lignus fuit
quia Iesus
Ac deinde
quid conuenit
qui plenus
volebat
sumptus
inimici
putat, aut
tur in deserto
taminis
greditur
¶ Et quomodo
mauerat
tur & cum
gno parat
line corde
& angelus
corde eius
quem de
scripsit
teum, &
se posuit
vapulare
medente
¶ Itaque
vtero videri
scendens
coactum
cundum
¶ Circa
dominus

¶ Circa primum dicit Euangelista : Tunc ductus est Iesus ^A in desertum à spiritu , videlicet, mox quum baptizatus fuisset à Ioanne in Iordane. Vbi Gregorius: *Luc. 4.*

¶ Dubitari à quibusdam solet à quo spiritu sit Iesus ductus ^{A quo spi} in desertum, propter hoc quod subditur: Et assumpsit eum ^{ritu ductus} diabolus in sanctam ciuitatem. Et rursus : Assumpsit eum ^{est Iesus.} in montem excelsum valde.

¶ Sed verè & absque vlla quæstione conuenienter accipitur, vt à sancto spiritu in desertum ductus credatur, vt il- *Beda.* luc eam spiritus suus duceret, vbi hunc ad tentandum malignus spiritus inueniret. Ideoque cõsultè Lucas præmisit quia Iesus plenus spiritu sancto regressus est ab Iordane. Ac deinde intulit : Et agebatur in spiritu in desertum. Ne quid contra eum valuisse spiritus putaretur immundus, qui plenus spiritu sancto quò volebat gradiendo, quæque volebat, agebat. Nam & infrà vbi manifestè à diabolo assumptus siue statutus asseritur, non eius imbecillitas sed inimici superbia, qui voluntatem saluatoris necessitatem putat, arguitur. Non ergo virtute spiritus mali Iesus agitur in desertum, sed volutate sui spiritus boni, locum certaminis quo aduersarium sternat, de victoria certus ingreditur.

¶ Et quidem dominus Deus qui tulit hominem quem formauerat, & posuit eum in paradiso voluptatis vt operaretur & custodiret illum, præcepitque ei dicens: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas, & permisit eum tètari vt manifesta fierent & angelis & omnibus superuenturis seculis quæ erant in corde eius: ipse, inquam, Deus hunc secundum hominem, quem de ventre virgineo formauerat, tulit siue (vt Marcus scripsit) expulit in desertum, expulit, inquam, tanquam reum, & illius primi hominis portantem reatum, quia ipse posuit in eo iniquitates omnium nostrum, vt inciperet vapulare & exoluere ieiunando, quicquid in illo vno comedente omnes peccauerunt.

Cur Iesus in desertum agitur.

¶ Itaque idem spiritus cuius virtute facta fuerat ipsius in utero virginis cõceptio, qui super baptizatum apertis descendens cœlis in specie columbæ, mansit super eum, nõ coactum, sed spontaneum & liberum duxit, seu agebat (secundum Lucam) vel expulit (secundum Marcum) Christum dominum in desertum.

DOMINICA PRIMA

Roma. 8. ¶ Sed & iuxta Apostolum, quicumque spiritu Dei aguntur,
1. Cor. 3. hi filij Dei sunt. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Si
Beda. ergo nos arbitrio proprio nostram vitam disponimus, qui
 fieri potuisset vt ille traheretur inuitus? Quod ergo apud
 Lucam dictum est q̄ agebatur in spiritu, idem est ac si di-
 ceretur: Sponte talem elegit conuersationem. Vbi nobis
 pariter ordinem rectè conuersandi præmonstrat, vt post
 acceptam videlicet in baptismo remissionem peccatorum
 spiritus sancti gratiam, arctius contra nouas antiqui ho-
 stis insidias accingi, mēte seculum deserere, & quasi ma-
 na deserti, sola æternæ vitæ gaudia discamus esurire.

B ¶ Quocirca quæritur, quare non semper exinde Dominus
cur inter in deserto permansit, sed postmodum elegit inter homi-
homines nes conuersari? Sed conueniebat Christum eam in hoc
Iesus ver- mundo vitam ducere quæ operi à se intento quadraret.
satur. Quo opere consummato ad patrem loquens ait: Pater ma-
Ioan. 17. nifestaui nomen tuum hominibus, opus cōsummaui quod
 dedisti mihi vt facerem. Vndè & in cruce nouissimū tra-
 hens spiritum, quum iam accepisset acetum, dixit: Con-
 summatum est.

¶ Venit autem ipse in mundum. Primò, vt veritatem ma-
Ioan. 18. nifestaret, prout sub Pontio Pilato perhibuit, dicēs: In hoc
Ioan. 19. natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimoniū pes-
 hibeam veritati. Ergo nō debebat in priuato occultus do-
 gere, sed in publicum prædicando prodire. Vndè etiam ad
 ad illos qui volebant eum detinere ne discederet ab eis

Luc. 4. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euāgelizare regnum
 Dei, quia ad hoc missus sum.

¶ Secundò, venit in mundum vt homines à peccato sal-
1. Tim. 1. uaret, dicente Apostolo: Christus Iesus venit in hunc mun-
 dum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.

Luc. 5. Et alio loco ait se venisse vocare peccatores ad peniten-
 tiam. Et licet in vno loco consistendo posset omnes ad se
 suamque attrahere prædicationem, maluit tamen de loco
 ad locum proficiscendo requirere precentes, quomodo
 medicus accedit ad languidos, & perditam pastor bonæ
 quærit ouem.

Roma. 3. ¶ Tertio, venit in mundū vt mediator fidelis qui nos Deo
Fiducie recōciliaret, & vt per ipsum accessum habeamus ad Deum.
fuleimētū Vt ergo per ipsum fiduciam haberemus ad Deum, con-
 niebat ipsum familiariter & benignè cum hominibus con-
 uersari

uersari
 sum co
 est disc
 res ve
 Vbi h
 eatis a
 Et ob i
 ¶ Nihil
 solitari
 gia, que
 tem, &
 ribus ex
 rentur.
 fatigat
 raret. V
 te seor
 Erant e
 mandu
 Lucam
 ctans in
 cepta v
 ¶ Deniq
 human
 gitur, q̄
 in ciuita
 diret no
 scedere
 ¶ Quod
 semper
 per ieiun
 publican
 ¶ Atter
 illis in h
 lus ait: C
 uos. Cl
 gnatus e
 ceret, h
 in cibo d
 dabilis e
 seruat a
 cum ho

uerfari. Alioqui minor homini fiducia relicta eſſet ad ipſum confugiendi. Hinc in Euangelio ſcriptum eſt: Factum eſt diſcumbente eo in domo, ecce publicani & peccatores venientes diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Vbi Hieronymus: Videant peccatores publicanos à peccatis ad meliora conuerſos locum inueniſſe pœnitentiæ. Et ob id etiam ipſi non deſperent ſalutem.

Matt. 9.

¶ Nihilominus tamen interdum turbas declinans ad loca ſolitaria ſe recipiebat. Vndè & tria legitur habuiſſe reſugia, quoties à turbis comprimebatur, nauim videlicet, mōtem, & deſertum. Nimirum vt futuris ſui verbi prædicatoribus exemplo eſſet, vt non ſemper in publico ipſi verſarentur. Proinde interdum ad tempus ſeceſſit à turbis, vt fatigatum corpus pauliſper quieſcendo ad laborem repararet. Vndè apud Marcum legitur dixiſſe diſcipulis: Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi, nec ſpatium manducandi habebat. Item propter orationem. Vndè apud Lucam dicitur: Exiit in montem ſolus orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Vbi dicit Ambroſius, quòd ad præcepta virtutis ſuo nos informaret exemplo.

Chriſti à turbis tria reſugia.

Marc. 6.

Luc. 6.

¶ Deniq; ſecedeſcit à turbis vt oſtenderet prædicatoribus humanos fauores eſſe vitandos. Vndè apud Matthaum legitur, q̄ videns turbas aſcendit in montē, & per hoc q̄ non in ciuitate, nō in foro, ſed in mōte & ſolitudine ſedit, erudirer nos, nihil ad oſtentationē facere, & à tumultibus abſcedere, maximè quum de neceſſariis oportet diſputare.

Matt. 5.

¶ Quòd ſi quis ruſum quærat, quur Chriſtus non duxerit ſemper vitam rigidam & aſterā vt Ioannes, ſed nec ſemper ieiunauit, ſed māducauit & bibit, etiam interdum cum publicanis & peccatoribus?

C vitam popularem cur duxit Chriſtus.
1. Cor. 9.

¶ Attendat oportere eum qui cum aliis conuerſatur ſeſe illis in his quæ licita ſunt conformare. Vndè & Apoſtolus ait: Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerē ſaluos. Chriſtus igitur qui propter hominum ſalutem dignatus eſt cum hominibus conuerſari, vt omnes lucrificeret, humanè & miſericorditer hominibus in conuictu, in cibo & potu, atq; veſtitu, condeſcendit. Nam ſicut laudabilis eſt eius vita qui ab hominum cōſortio ſegregatus ſeruat abſtinentiam, ita & illius vita commendatur, qui cum hominibus ædificationis gratia manducat & bibit.

DOMINICA PRIMA

Rom. 14. Non enim vel abstinentia ipsa cibi & potus, vel eius indulgentia, per se pertinet ad salutē, dicente Apostolo: Nō est enim regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudiū in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet deo & probatus est hominibus.

*Loc^o tēta-
tor oportu-
nus.* ¶ Proinde hęc ratio Christum à Ioannis austerā conuersatione distinguebat, quia nō Ioannes, sed Christus vniversis tam perfectis saluādis venerat quā imperfectis.

¶ Secundū id est secessions Christi in desertum ratio, designatur vbi dictum est vt tentaretur à diabolo. Non ergo ductus est à spiritu neque in urbem, neque in forum, sed in desertum, vt illic diabolo tentandi occasionē offerret. Eos enim vel maximē aggreditur, quos segregatos ab aliis, solos viderit.

Eccle. 4. ¶ Hoc modō Euam quoque solam inuentam tentatione adorsus, facilē superauit. Vndē per sapientem dicitur: Vt soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem se. Et infra: Si quispiam prauauerit contra vnum, dyo resistit ei. Vndē non æquē audet adoriri coniunctos, vt solitarios & vnicos. Volens igitur Christus ad certamen prouocare diabolum, desertum ingressus est, non verbo prouocans inimicum, sed loci opportunitate inuitans.

D ¶ Sanē plures ob causas permisit se Dominus à Diabolo tentari. Primō videlicet propter nostram instructionem, vt sciremus etiam nobis tentationē imminere, à qua nullus vnquam quantumlibet sanctus & magnus exemptus immunis, Imō quō quisque melior & cōmendatior est apud Deum, eō magis hunc inuidia diaboli tērationibus vergit ad ruinam. Vndē nec sanctum Iob ad certamen experiri nisi postquā hunc eximiē commendari à domino, inuidia tabescens, audiuit.

Hilarius ¶ Itaque in sanctificatis maximē diaboli tentamēta grauiantur, quia victoria magis est ei exoptanda de sanctis. *Eccle. 2.* Hinc nos commonefacit qui ait: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem. Vndē Augustinus: Nullus, inquit, est homo tanta iustitia præditus, cui non sit tentatio necessaria, vel proficiendi gratia, vel probandi.

tentari expedit. ¶ Vtilis sanē est homini tēratio, quum propter multa, tum vt tēratio virtutē exerceat, quę nō nisi cū opposito sibi decertat vitio. Quo exercitio virt^{us} ipsa & stabilitur & augetur.

¶ Tum
modum
thelaur
¶ Tum
que su
¶ Tum
rorum l
per Sap
verō re
angelus
celle er
¶ Tum
re mere
cunt Ap
intrare
¶ Secun
tantur e
daret. F
Ioanne
apertis
descēde
ieiunau
nō minu
penitenti
tus (sicu
à diabolo
tus est, c
tus, quā
doiam q
¶ Tertiū
le dolo
bescens
dor ten
dē & dic
me opit
res nō n
tem hos
prius ce
cis exen
¶ Dicit
Sathana

¶ Tum vt tētatio virtutes custodiat ne amittatur, quemadmodum aliquis præsentiens furem sollicitus excubat ne thesaurum perdat.

¶ Tum vt per tentationem, imperfectionem fragilitatēque suam homo cognoscens vitet superbiam.

¶ Tum vt tentatio ipsa si quas in homine inueniat peccatorum sordes, has sui acredine abradat & consumat. Vndē per Sapientem dicitur: Vasi figuli probat fornax homines *Eccles. 27.* verò receptibiles in camino humiliationis. Vndē & per angelum ad Thobiam dicitur: Quia acceptus eras Deo, ne *Thob. 12.* cesse erat vt tentatio probaret te.

¶ Tum denique vt per tolerantiam tentationum peruenire mereatur homo ad vitam æternam. Vndē in Actibus dicunt Apostoli: Quia per multas tribulationes oportet nos *Act. 14.* intrare in regnum Dei.

¶ Secundò voluit Christus tentari, propter eorum qui tentantur consolationē, vt scilicet tentationis consolationem *consolatio tentatis.*

daret. Fuit quidē tētatus statim post baptismū, vbi audiēte Ioanne à patre fuerat filius dilectus appellatus, vbi cœlis apertis spiritus sanctus in colūbæ specie super ipsū māsus descendēderat, & postquā quadraginta diebus & totidē noctibus ieiunauerat in deserto, vt intelligamus eum qui tentatur nō minus propter hoc Dei filiatione esse dignum, nec suā pœnitentiā aut ieiunia minus esse Deo accepta. Quin potius (sicut iam dictū est) tūc magis ad certamē tentationū à diabolo fidelis quisque impititur, quādo iā à peccatis ablatus est, quādo hūc Deus gratia adoptionis filiorū est dignatus, quando iam spiritus sancti templū fieri cœperit, quando iam cœlo dignus mundusque per abstinentiam factus est.

¶ Tertio tentari voluit propter diaboli confusionem, vt ille dolo & malitia plenus, superatus à Christo, inuidia tabescens confusus abiret. Denique vt diabolicarum ipse victor tentationum, etiam nobis victoriæ spem augeret. Vndē & dicit, Confidite, ego vici mundum, quasi dicat, & vos *10an. 16.* me opitulante vincetis. Ingruente prælio solent bellatores nō nihil timere, at vbi ducem vident fortiter dimicantem hostemque cædentem, animantur & ipsi. Et qui hosti prius cedere videbantur, reparatis & animis & viribus ductis exemplo fortissimè resistunt.

¶ Dicit Origenes Christū & alias tentationes in deserto à *Mac. 14.* Sathana sustinuisse, vti & Marcus & Lucas innuere videntur.

DOMINICA PRIMA

tur, Marcus enim ait: Et erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tētabatur à sathana, erātque cum bestijs. Lucas autem sic: Et agebatur in deserto in spiritu, quadraginta diebus, & tentabatur à diabolo. Ait igitur Origenes: Tentatur autem Iesus à diabolo quadraginta diebus, sed quæ fuerunt tentamenta nescimus. Quæ ideo forsitan prætermittuntur quia maiora erant quàm ut literis crederentur.

¶ Sed eorum occasione quæ dicta sunt quæritur: Nun exemplo domini tentationi se exponētis, & ipsi nos debemus, tentationi exponere præsertim quum orantes dicimus. Et ne nos inducas in tentationē, & tentationum occasiones vitare debeamus, sicut per Sapientem dicitur: Quasi à facie colubri fuge peccatum.

*Tentatio
nā sit que
renda.*

Matt. 6.

Eccle. 21.

*Tentatio
nis occa-*

sio duplex

2. Cor. 6.

Gene. 19.

¶ Sed duplex est tentationis occasio. Vna ex parte hominis, quando videlicet sese quispiam peccato propinquum facit, occasiones peccandi non euitans. Talis peccati occasio vitanda est. Vndè Apostolus: Fugite, inquit, fornicationem. Qui cauet laqueos securus erit. Laquei sunt, societas, locus, tempus, & similia quæ præbere solent occasionē ruinæ. Vndè & per angelos ad Loth è Sodoma peritura abire iussum, dicit: Ne itereris in omni circa regione.

2. Tim. 3.

1. Cor. 10.

Iacobi. 1.

¶ Alia est tentationis occasio, quæ non ex parte hominis, sed ex parte diaboli est, qui semper inuidet ad meliorem tendentibus. De qua per Apostolū dicitur: Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Et talis occasio tentationis non est vitanda. Nam ut alio loco idē Apostolus dicit: Fidelis est deus, qui non patietur vos tētari supra id quod potestis, sed faciet cum tētatione prouētum, id est, in vestram hanc gloriā & vtilitatē vertet. Vndè per beatum Iacobum dicitur: Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repromisit deus diligentibus se.

Grego.

*Tentatio
nis modi*

¶ Sciendū est autem (ut dicit Gregorius) quia tribus modis tentatio agitur, videlicet, suggestione, delectatione cōsensu. Et nos quidem quum tentamur plerumque in delectationē aut etiam in cōsensū labimur, quia ex carne peccati propagati, etiam in nobis ipsis gerimus vndè certamina toleramus. Deus verò qui in vtero virginis incarnatus in mundum sine peccato venerat, nihil contradictionis in semetipso tolerabat.

¶ Teo

¶ Tentatio
peccati
diaboli
gestione
est (car
sed pe
à munde
sensum,
la extrin
que exer
liberatio
ue in de
¶ Itaque
tentatio
tationes
diuinitat

Et qu
ta no

¶ Ieiunau
miturus,
set huius
ieiunauit
deret, qu
nauit ut a
bitas con
sed nec
propter c
Vbi Chry
¶ Ut disc
statutum
mum nor
nus ipse p
nos instru
cens, qui
re, sobrie
¶ Ieiunau

¶ Tentari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati delectatio non momordit, atque ideo omnis illa diabolica tentatio, foris nō intus fuit. Potuit ergo per suggestionem tentari, non quidem intrinsecam, quæ à carne est (caro enim eius concupiscentiæ stimulos nesciebat) sed per suggestionem tentari potuit extrinsecam, quæ vel à mundo est, vel à diabolo. Per delectationem verò aut cōsensum, mens illius nullo modo potuit inquinari. Porro sola extrinseca suggestio culpa non est, sed meriti potius atque exercendæ virtutis occasio. Delectatio autem sine liberatione, & si culpa est, venialis est. Consensus verò siue in delectationem, siue in opus, criminale peccatum est. Itaque hostis noster mentem mediatoris Dei & hominū tentatione quassare non valuit. Sic enim dignatus est tentationes exterius suscipere, vt tamen mens eius interiùs diuinitati inhærens inconcussa permaneret.

Grego. 3.
mora.

¶ Circa tertium, quod est post ieiunium Christi esuritio, subditur:

Et quum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.

¶ Ieiunauit Christus, non quasi carnis desideria ieiunio dimittiturus, quum in sua sacrosancta carne nulla prorsus esset huiuscemodi contradictio (vt iam dictum est) sed nec ieiunauit, vt per ieiunium mente faciliùs in Deum ascenderet, quæ perfectè iam erat Deo vnita, neque etiam ieiunauit vt animi virtutes, vel ieiunando acquireret, vel habitas confirmaret, quas ob causas nos conuenit ieiunare, sed nec propter se Christus sed propter nos ieiunauit, propter quos tandem crucifigi dignatus est & mori.

G
Quæ
Christus
ieiunauit

Vbi Chryso.

¶ Vt discas quàm magnum bonum est ieiunium, & qualiter statutum est aduersum diabolum, & quoniam post baptismum non lasciuiæ, sed ieiunio oportet intendere. Dominus ipse post baptismum ieiunauit, non eo indigens, sed nos instruens. Ieiunauit autem cum diabolo certaturus, docens, quia ei qui se vult ad tentationum pugnas accingere, sobrietas est necessaria.

chryso.

¶ Ieiunare autem voluit numero dierum quadraginta, Bas.

T iij

ne mi-

¶ Ten-

DOMINICA PRIMA

*Quarqua
draginta
diebus ie
iunauit.*

Deut. 25.

Beda.

*Ieiunij
quadrage
simalis au
thoritas.*

*cur in ve
re ieiunij.*

ne minor videretur Moyses & Helia, qui totidem diebus ieiunauerunt, ne hunc dierum numerum transgredi voluissent, ne diabolus ipsum supra hominem aliquid habere existimaret, quæ cereret eximios prophetarum in ieiunio quietate superare. Sed & ultra hunc dierum numerum diuini ieiunando illum affligi nimiam fuisset seueritatis. Dicit enim sacra lex cui per omnia Deus homo factus obedire dignatus est, Sin autem iudices eum qui peccauit dignum videtur plagis, prosternent, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus, ita duntaxat ut quadragenarium numerum non excedat, ne scilicet laceratus ante oculos tuos obeat frater tuus. Sanè vnus idemque Christus, & iudex erat & quasi reus, & coram iudicante diuinitate sibi met insita vera humanitas eius prostrata ieiunio plagis verberabatur, non quia peccauerat, sed quia peccata gentium nostrarum super se susceperat. Vterius ergo non debebat ieiunium eius extendi, quia (sicut iam dictum est) sicra iubebat lex ut plagarum modus quadragenarium numerum non excederet.

¶ Porro ieiunium quadragesimæ autoritatem habet, & ex testamento veteri, in ieiunio Moysi & Helia, & ex Evangelio, quia (vt iam dictum est) totidem diebus dominus ieiunauit, demonstrans Evangelium non dissentire à lege & prophetis. Inter quos in monte gloriosus apparuit vt euidentius emineret quod de illo dicit Apostolus: Testimonium habens à lege & prophetis.

¶ In qua autem parte anni congruentius obseruatio quadragesimæ constitueretur, nisi in ea quæ confinis atque cõgrua est dominicæ passioni, quin & in ea significatur hæc laboriosa, cui opus est cõtinentia, vt à mundi amicitia iunetur. Proinde hac parte anni quadragesimæ ieiunium obseruari præcipitur, vt per hoc carnalis concupiscentiarum motus, qui maximè hoc tempore tam in hominibus quam in cæteris animantibus inualescunt, reprimantur. Quomodo hilominus anni tempore Christus propter nos & ieiunare & mori dignatus est, suo nobis exemplo ieiunium commendans. Quod utiq; eò libentius nos decet amplecti, quo certius constat, non propter se, sed propter nos, sum ieiunasse. Qualis ergo Christianus est, qui id conceperit, quod ei tradidit ipse Christus?

Contra

¶ Conu
est inst
est, con
mur, pr
expiem
tius an
triginta
ratione
rus con
¶ Siqui
sam in
Israel q
seque
sas esse
celi ser
dierum
lias per
bulans,
diebus
gesimal
manife
quom s
¶ Esuri
nem cõ
nõ esuri
re, non
in ieiun
pararet
se, non a
human
¶ Poste
caut in
præst
assump
turæ pa
¶ Secun
tate dia
videns
esuriem
cia agg
ieiunij

¶ Conuenienter etiam in quadragenario dierum numero est institutum, vt qui decalogi præcepta quadrupliciter, id est, consensu, loquutione, opere, & omissione, transgredimur, præuaricationis nostræ culpas quadragenario ieiunio expiemus. Quin etiam hoc dierum numero ieiunando, totius anni quodammodo decimam præstamus, quæ nimirum triginta & sex dies habere dinoscitur. Cui non sine certi ratione mysterij dies quatuor (vt quadragenarius numerus compleatur) superadditi sunt.

H
Quadragesimæ ratio.

¶ Siquidem in figura nostri, qui per ieiunium ad promissam in cælis tendere debemus hereditatem, quodam filij Israel quadraginta annis in deserto, panem angelorum consequuti sunt. Sed & quadraginta diebus aquas abyssi effusas esse legimus, & tot dierum ieiunio sanctificato, refusam cæli serenioris fuisse clementiam. Totidem etiam ieiunio dierum Moyses perceptionem legis emeruit. Denique Helias persequutionem fugiens Iesabelis, per desertum ambulans, vt videre Deum mereretur in Oreb, quadraginta diebus ieiunauit. De his, & utilitate ieiunij, plura in quadragesimali feria quarta Cinerum. Caterum post præmissa manifestat Euangelista humanam in Christo fragilitatem, quum subiungit, dicens: Postea esuriit.

Quadragesimæ 1. figura ta.

Ambros

¶ Esuriit sanè propter duo. Primò, vt se verum esse hominem cõprobaret, Nam sicut ieiunio quadraginta dierum non esurire, non hominis erat, sed Dei, ita aliquando Esurire, non Dei, sed hominis erat. Ergo prouiso factum est quod in ieiunando Moyse & Helix numerum non excessit, ne putaretur (quod Manichæi putauerunt) apparenter venisse, non autem recepisse carnem veram, aut omnino præter humanam eum fuisse naturam.

I
cur christus esuriret

Chryf.

¶ Postea, inquit, esuriit. Nihil enim (vt dicit Lucas) manducauit in illis diebus. Sed attēde quod Christus (qui utique præest naturæ) non coactus necessitate passionem famis assumpsit, sed sponte, quemadmodum & ceteras nostræ naturæ passibilitates.

Basilie.

¶ Secundò, esuriit, vt ad tētationis duellum famis infirmitate diabolum prouocaret. Desperauerat enim tentare eum videns quod sine vlla fame eatenus ieiunasset, sentiens verò esuriem (vbi enim famis ibi imbecillitas) sumpta audacia aggressus est saluatorem. Quod itaque consummatis ieiunij diebus dominus esuriit, quum de Moyse vel Helia ieiunantibus

Beda.

DOMINICA PRIMA

ieiunantibus nihil tale sit scriptum, ideo factum est, ne ab eo tentando pauens hostis aufugeret, quem tot signis cœstibus præconatum, tum etiam viris excellentissimis in abstinendo videret æquatam.

Basi.

¶ Porro dominus famis passionem assumendo, indicat eam non esse peccatum, concessit enim humanæ suæ naturæ quæ voluit quæ sua sunt & agere & pati. Caterum, licet dominus quadraginta diebus nihil gustado ieiunarit (Dei enim erat) nos tamen non nisi ieiunio nostræ possibilitati proportionato conuenit ieiunare. Non enim sic vtendum est carne, vt per egestatem alimenti vigor eius soluat. Neque vt ad vltimatum torporem intellectus virgeatur per dissolutionis corporalis excessum. Vndè dominus noster semel hoc peregit, sed per totum consequens tempus ordine debito corpus suum gubernauit, & similiter Moyses & Helias.

¶ Legimus sanè in Euangelio dominum esurisse in via, & ad arborem fici requirendorum fructuum gratia diuertentem nil in ea nisi folia reperisse. Audimus & nunc eum esurisse, & lapides ei fuisse oblatos. Denique extremum in cruce spiritum trahenti quum iam se sitire clamasset acetum cum felle mixtum ori eius fuisse oblatum.

¶ Esurit sanè & nunc dominus sititque auerforum conuersionem & salutem, quum plerisque verba sola sine operibus & pietatis ac iustitiæ fucum quasi sola sine fructibus folia deprehēdat. Alij peccatis, odio, inuidia adulteriis, rursus, & aliis vitis indurati, obdurata corda sua quasi quoddam Christo lapides offerunt.

¶ Nonnulli verò nec faciunt quæ Deo placent, nec aliorum (si facultas datur) bene facere permittunt, quin potius Deo seruos odiunt, derident, contumeliis lacerant, & indefesse persequuntur, quod vtique nunc strenuè persequuntur hæretici. Hi Christo saluatori omnium salutem sitiienti quoddammodo acetum propinant, qui tandem bibent de vicio iræ Dei, quod mixtum est in calice eius. Quorum panis id est, voluptas & gaudium, quo nunc (quasi pane) pascuntur in peccatis, in vtero eorum vertetur in fel aspidum quoniam & vicia eorum vicia fellis, & botrus amarissimus: fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.

Deut. 32.

Homilia

E e
M

In hac
da. Vnum
est tenta
dicit ei r
¶ Circa p
tionem. I
bolus Ch
gessit gu
est domi
Tertio, q
sumpsit
eum.

¶ Circa P
Christum
mentum
erat diabo
ergo tent
Itaque du
induxit.

¶ Sanè de
enim ang
audierat &
lantem,
perhibent
tem, vider
um descen
noctibus i
¶ Hæc (inc
um, præco
quum post
tatus tam

HOMILIA AL-
TERA.

ET accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.
Matthæi. 4.

In hac Evangelicæ lectionis parte duo sunt consideranda. Vnum est, Christi per diabolum trina tētatio. Alterum est tentationis per Christum victoriosa superatio. Ibi: Tūc dicit ei **I E S V S**: Vade Sathana.

Circa primum, id est, trinam domini per diabolum tentationem. Primò, ostendit sacra lectio quemadmodum diabolus Christum tentando, esurienti post ieiunium, suggestit gulam. Secundò quemadmodum suadere ausus est domino gloriam inanem. Ibi: Tunc assumpsit eum. Tertiò, qualiter cum indigno sacrilegio, sollicitare præsumpsit Christum ad avaritiam. Ibi: Iterum assumpsit eum.

Circa primum considerandum est, quid ad tentandum Christum, diabolum induxerit. Est autem tentare, experimentum de re dubia vel ignota sumere. Dubia autem erat diabolo diuinitas Christi. imò & ignota. Intendebat ergo tentando dominum experiri, Deus ipse esset, nec ne. Itaque dubitatio sua diabolum ut Christum tentaret, induxit.

L
cur diabo-
lus Chri-
stum ten-
tauit.

Sanè dubitationis causam habebat multam. Audierat enim angelum Christum natum pastoribus nunciantem, audierat & angelorum multitudinem Christo nato iubilantem, Ioannem digito & verbo Christo testimonium perhibentem, patrem etiam in Christi baptismo testificantem, viderat spiritum sanctum in columbæ specie super eum descendentem, & nūc quadraginta diebus & totidem noctibus ieiunantem.

Luca. 2.

Ioan. 1:

Luc. 3.

Hæc (inquam) omnia attendens, suspicari cœpit esse Deum, præcognitum enim habebat aliquando venturum. Sed quum post ieiunium esurientem, pati famem perciperet, ratus tam indigna, Deum nequaquam velle sustinere

Diabolò
dubitatio.

&

& multò minùs velle esse partum fœminæ, vel fœminea fugere vbera, aut inuolui fasciis, aut vagire in cunis, ad superbiam propriam mensuram etiam Deum ipsum metitus, propria cæcitate superbia cœpit dubitare. Vndè Beda. Quum hunc posse mortalia humanitatis perpeti videret, omne quod de eius diuinitate suspicatus est ei fastu superbiæ in dubium venit. Venit. Nihil quippe nisi superbû sapiens dum hunc esse humilem conspicit, Deum esse dubitauit. Nec is obstat quod Lucas scribit, dicens: Exibant autem dæmonia à multis clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei, & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Nam & hoc longè post hanc tentationem factum est, & Christus ipse dæmonibus quantum voluit & non amplius innotuit. Non tamè per id quod est vita æterna, sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta, ex quibus coniecturam quidem habebant esse filium Dei, secundum quam quod ex Luca citatum est, clamabant.

Lucæ. 4.

¶ Et quum dicitur quod sciebant ipsum esse Christum scientia pro opinione seu coniectura posita est, testante Apostolo, qui ait: Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Sed quoniam in eo post indicia maiestatis, infirmitatis humanæ manifesta signa videbant non pro certo cognouerunt esse Deum.

1. Cor. 2.

¶ Itaque (vt dictum est) tentare Christum diabolus nequam ausus fuisset, nisi in eo per esuritionis infirmitatem quæ sunt hominis recognosceret.

M

Hilarius.

Vt christum diabolus obseruauit.

¶ Accedens, inquit, tentator audita enim voce patris dictis: Hic est filius meus dilectus, sequutus fuisse credidit Christum, & obseruasse eum in deserto diebus quadraginta & explorasse quæ ageret, & videns tandem eum esurire (vt dictum est) ad tentandum eum accessit, qui (diuina vtque virtute prohibitus) antè nunquam tentandi gratia ad ipsum creditur accessisse. Porro tentator iste (vt etiam dicit glos.) fuisse creditur tenebrarum princeps, & caput omnium iniquorum, tam hominum videlicet, quam dæmonum angelus quondam supremus, idem ipse qui primùm superauerat hominem in paradiso, vt innuit etiam Augustinus. Quod & ipse dominus adstruere videtur in Euangelio, vbi dicit: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

IOAN. 14.

Appar

¶ Appar
militarit
quæ hic
sensibus
vel co
¶ Nota
bono, v
num, au
est bonu
viræ aut
est avari
ergo dia
stra tent
terra ter
¶ Antiqu
strum in
gula, van
ut, quia
tentauit
dendum
dicebat: S
diceret: S
lum pecu
ria dicitu
quibus m
cundo ho
¶ Primū
es, dic v
dubio vo
quam è c
meus dil
per con
¶ Sed qu
nisi quia
se per ha
plorantis
dere, & h
panes fiã
est. Et qu
lius Dei
etum erit

¶ Apparuit autem in forma hominis, vt quasi humana familiaritate facilius dei Christum deciperet. Omnia enim quę hie de Christi tentatione dicuntur, tantum corporeis sensibus, non autem quacunque mentis vel immutatione vel concussione, completa sunt.

¶ Notandum est autem quod omnis tētatio est de aliquo bono, vel vero scilicet, vel apparenti. Quod quidem bonum, aut est corporis, de quo est cōcupiscentia carnis aut est bonum animę, de quo est inanis gloria, siue superbia vitę aut est bonum quod dicimus, fortunę, de quo nimirū est auaritia siue concupiscentia oculorum. De his tribus ergo diabolus Christum (hominem vtique cōlestem, frustra tentauit, de quibus & primum hominem (vtique de terra terrenum) tentatum superauit & vicit. Vndē Greg.

Vndē tentatur.

¶ Antiquus hostis cōtra primum hominem parentem nostrum in tribus se tētationibus erexit, quia videlicet hūc, gula, vana gloria, & auaritia tentauit, & tentando superauit, quia sibi eum per consensum subdidit. Ex gula quippe tentauit quum cibum ligni vetiti ostēdit, atque ad comedendum persuasit. Ex vana autem gloria tentauit, quum dicebat: Eritis sicut dii. Ex prouectu auaritię tētauit, quum diceret: Scientes bonum & malum. Auaritia enim nō solum pecunię est, sed etiam altitudinis. Rectē enim auaritia dicitur, quum suprā modum sublimitas ambitur. Sed quibus modis primum hominē strauit, eisdem modis secundo homini tentato succubuit.

Tribus modis cur Christum tentat.

¶ Primū itaque per gulam tentat quum dicit: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Ecce vt filium Dei sub dubio vocat, experiri cupiens nun vox illa vera fuisset, quam ē cœlo super ipsum audierat dicentem: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Hoc inquam, per conuersionem lapidum in panem, volebat experiri.

Ambros.

¶ Sed quid sibi vult talis sermonis exorsus: Si filius Dei es nisi quia filium Dei cognouerat esse venturum, sed venisse per hanc infirmitatem corporis non putabat? Aliud explorantis, aliud tentantis, & illud profitetur se illud credere, & homini conatur illudere. Dic, inquit, vt lapides isti panes fiāt, quasi dicat: Ecce diu ieiunasti, & cibo tibi opus est. Et quia in hoc deserto panes haberi non possunt, si filius Dei es dicit lapides isti panes fiant. Si enim dicis, factum erit.

N Luc. 3.

¶ Diui-

DOMINICA PRIMA

*Orige.
vt lapis
panis fiat*

¶ Diuini operis aduersarium prenoscere. Rogato namque patre à filio panem, nec pro pane lapidem dante, iste quasi aduersarius versipellis & fallax, vice versa, pro pane dicit lapidem. Sed & vsque hodie lapidem diabolus ostendit, & hortatur plerosque, vt pro pane lapidem habeant. Si enim videris hæreticos, dogmatum suorum mendacia pro pane comedere, scito sermonem eorum lapidē esse quem moustrat diabolus.

¶ Ergo tentator hic Christum non de cibis delicatis quasi delictis assuetum & carnalē, sed de necessario pane, quasi virum bonum & sobrium, qui tamen purus homo esse non Deus, tentauit. Verum vbi Christum intendit fallere, sefellit semetipsum. Vndē Hieronymus: Duobus contrariis teneris diabole. Si enim ad imperium eius possum lapides panes fieri, ergo frustra eum qui tanta est potentia tentas: quod si facere non valet, frustra dei filium esse suspicaris.

*chrysof.
Diabolus
vt cæcus.*

¶ Proinde versutus hostis qui omnes homines excæcatur, in hac tentatione & ipse à Christo (qui Dei sapientia est) fuit excæcatus. Nam si persensit Christum post quadraginta dierum ieiunium esurire, quare non intellexit eum per illos quadraginta dies non esurisse. Inde enim discere debebat verum esse deū, quem ex fame verum hominem esse cognouerat.

¶ Sed dicat aliquis: Non magni periculi fuisse videtur illa tentatio, quæ vix ad vllam culpam inducere videbatur. Nihil famelicum necessario pane vesci, non modo non illicitum, imò homini constat esse præceptum, dicente domino hominem quem recēs iam creauerat: De omni ligno quod est in paradiso comede. Et est primum præceptum homini à Deo datum. Et tamen secundum expositionem patris tentatio hæc ad peccatum gulæ est referenda.

Gene. 2.

*in esca
vi
li esse
gula
lam posse.*

¶ Respondetur: Non solum in affluentia ciborum & voluptate gulæ peccatum committi, sed etiam si quis non recto ordine & nimia cum auiditate, satis facit suæ necessitati. Nam & Esau gulæ vitio, non quidem carnes, sed etiam lenticulā, auidē nimis affectando, primogenitam patris & paternam benedictionem amisit. Quum ergo diabolus Christum cerneret esurire, eod hunc intendebat impellere, vt concupiscentia carnis quæ cibum appetebat peruerso ordine spiritui carnem anteferret, & vt caro dicitur

Gene. 15.

ministratum spiritibus
piscen-
stas ani-
dium
¶ Mole-
in homi-
tia carni-
umphat-
ciat.
¶ Moral-
tores p-
terribile-
ipsum co-
fallacite-
perditio-
quam di-
prætextu-
te, vel in-
car: Dic-
ca, & int-
¶ Czere-
est) Chri-
connatu-
tionis est
ad graui-
rei proba-
¶ Nouer-
neri hum-
ipsa gula
tut ingre-
¶ Sed &
grauia ex-
fifera, c-
tus.
¶ Sanē pe-
ni, ex qua
carnis.
¶ Et hæc i-
mo veteri-

mini-

minatrix spiritui imperaret. Caro enim concupiscit aduersum spiritum. Vnde rectè monet Sapiens: Fili post concupiscentias tuas nõ eas, & à voluntate tua auertere. Si prestat animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te venire in gaudium inimicis tuis.

¶ Molitur itaque Diabolus efficere, ne dux & rector sit in homine spiritus, sed potius ipsa præeat concupiscentia carnis, quod vbi obtinuerit, de homine superato triumphat, etiam & si illud sub prætextu necessitatis efficiat.

¶ Moraliter de lapidibus panes faciunt molles prædicatores, palpones dicendi potius quàm prædicatores, qui terribiles Dei in scripturis increpationes, & grauissimas ipsius comminationes, loquentes hominibus placentia, fallaciter mitigant, semetipsos miseri, & alios secum in perditionem præcipitantes. Sed & quoties suggerit cuiquam diabolus austerioris vitæ institutum relaxare, sub prætextu valetudinis plusquam æquum est carni indulgere, vel inchoata ieiunia intermittere, perinde est ac si dicat: Dic vt lapides isti panes fiant, id est, dura tibi mollifica, & intensa relaxa.

Prædicator assessor.

¶ Cæterum aduerte quòd astutus hostis de tribus (vt dictum est) Christum tentaturus, ab illo vitio cœpit quod homini connaturale, & ob hoc minoris culpæ & facilioris excusationis esse videtur, vt quasi gradatim artificio tentationis ad grauiora conscenderet, quod vtique ipsum intendisse rei probauit exitus.

¶ Nouerat nihilominus qualem & quãtam perniciem generi humano per gulæ delictum superinduxisset. Siquidẽ ipsa gula à principio cæterorum omnium quasi ianua exitit ingressusque malorum.

¶ Sed & nunc quis dinumerare sufficiat, quæ & quàm graua ex enormitate gulæ, quasi ex quadam radice perniciosa, criminum germina pullulent? Vnde & Rupertus.

Gula perniciosa.

¶ Sanè pestis hæc, permaxima est vexatio generis humani, ex qua suboriuntur plurima sæua atque mortifera vitia carnis.

¶ Et hæc iniquitas accidit ex radice peccati quo primus homo vetitum lignum momordit. Quod vtique nostrum hoc vitium

vitium

DOMINICA PRIMA

vitiū Dei filius homo factus in semetipso puniuit, & emēdauit. Primū, per hoc q̄ quadraginta diebus & totidem noctibus ieiunauit, deinde per hos quōd quum esuriret comedere renuit ad suggestionem tentatoris.

P
Miraculū
diaboli
primus
petit.

¶ Eatenus sanē nullum Christus miraculum fecerat. Pro cognitum autē habebat diabolus, Dei filium quum forte homo factus, miracula multa facturum. Vndē & hunc iam primum aggressus, mox ad miraculum faciendum ex infus inedia, occasione sumpta sollicitat, primūque omnia à Christo miracula postulauit. Verū ille lapides in panes conuertendo ad petitionem diaboli miraculum facere noluit. Siquidem opera suæ diuinitatis facienda nequaquam erant ad suggestionem diaboli, sed secundum diuinitatis propositum facienda erant pro utilitate credentium, & ad gloriam Dei. Sed nec supplicat diabolus Christo, sed tentat.

Primum
christi
miraculū
petente
matre.

¶ Porro signorum suorum initium dominus anno reuoluto ad petitionem suæ piæ matris erat facturum, ac si quis dilectioni suorum mirabilium primitias dedicaret. Nam esto quōd lapides cōuertisset in panes, nequaquam tamē propter hoc in eum diabolus credidisset, gloriatus autem fuisset quōd ad suam instantiam primum suum miraculum dominus edidisset.

1047. 2.

¶ Nec dominus ipse gloriam suam manifestasset, si ad instinctum diaboli lapides facti fuissent panes, sicut postmodum in eo gloriam suam manifestauit, q̄ ad eius numerum aqua in vinum versa est. Nā ubi hoc fecit initium signorum, & sic manifestauit gloriā suam, nō inanis fuit gloria, sed gloria cum fructu, quē fructū protinus Euāgelista quasi presentat, dicēs: Et crediderūt in eum discipuli eius. Sed (vt dictum est) nō crederet in eum tentator insidiosus, auersarius antiquus, si in panes lapides conuertisset.

Diaboli
cōmerciū
euitandū.

¶ Quōd si dicas: Nobis ad fidem vel ad cognoscendum Dei gloriā profuisset, qui legeremus, si ita factum fuisset. Imō hoc magis nobis ad Dei gloriam prodest, quod legimus quia testimoniū suæ diuinitatis Dei filius diabolo conuenire dedignatus est. Sed nec yllō modo conueniret ut vel diabolus ipse hinc gloriaretur, quōd nō nisi per ipsum Christus signa facere cœpisset, vel ipsi Pharisei per modum omnia ipsius signa hinc calumniarentur, merito tituri q̄ autore diabolo omnia sua opera faceret, cuius a

spici

spiciis
¶ Hact
diamus
diuimu
roganti
pientia
Qui
ne
ore

¶ Non in
reum a
ad bona
turam in
(id est,
nec per
epulis v
hum ani
quisquis
¶ Ergo c
uacelle
infideles
tuos sepe
sine terre
riuerē D
¶ Est aut
re debeat
quij prac
tentatore
suz pote
pta adidi
plum, vt
doctrina
quanta e
li iniuriis
aut quanti
non possu
li domini
respondit
eius altit
interim p

spiciis miracula facere primum cœpisset.

¶ Hactenus audiuius diabolum Christo insidiantē, audiamus iam Christum insidiatoris laqueos vitantem. Audiuius diaboli astutiam Christum dominū impudētī arrogancia tentātis, attendamus nunc Christū (vtiq; Dei sapientiam) tentantis dolum confutantem. Sequitur:

Qui respondens dixit: Scriptum est. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

¶ Non in solo pane, inquit, viuit homo. Terrenis cibus terrenum alitur corpus, anima vero rationalis diuino verbo ad bonam habitudinem spiritus vigoratur. Non enim naturam incorpoream (id est animam rationalem) corpus (id est, cibus corporeus) alit. Sed nec virtus alitur pane, nec per carnes bene se habet anima & pinguescit. Aliis epulis vita sublimis educatur & crescit. Et vtique Deiverbum animæ fidelis cibus & vita est. Fides enim qua viuit quisquis Deo viuit, & Dei verbo est.

Q
Cyrillus.

anima
cibus.

Matt. 8.

¶ Ergo cui Dei verbum deest, huic etiam & fidem deesse necesse est & vitam. Vndē & dominus ipse in Euangelio infideles mortuos appellat, dicēs discipulo: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Vndē sicut humanum corpus sine terreno cibo non viuit, ita & anima sine Dei verbo viuere Deo non potest.

¶ Est autem quod in hac tentatione dominica considerare debeamus. Quia tentatus à diabolo dominus, sacri eloquij præcepta respondit, & qui eo verbo quod ipse erat, tentatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem suæ potentia non ostendit, sola diuinæ scripturæ præcepta ædidit, quatenus suæ patientia nobis præberet exemplum, vt quoties à prauis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam potius excitemur quàm ad vindictam. Pensate quanta est patientia Dei, quanta impatientia nostra. Nos si iniuriis aut aliqua læsione prouocamur furore permoti, aut quantum possumus nosmetipsos vlciscimur, aut quod non possumus facere minamur. Ecce aduersitatem diaboli dominus pertulit, & nihil ei nisi mansuetudinis verba respondit, portat quem punire poterat, vt hoc in laudem eius altius cresceret, si hostem suum nō extinguendo, sed interim patiēdo superaret.

Grego.
Modus
quo tēta-
tori resis-
tas.

V Scriptum

DOMINICA PRIMA

Dente. 8.
Ambro.

¶ Scriptū est, inquit, videlicet in lege domini: Non in solo pane viuūt homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Vides quo genere vtatur armorū, quo hominē à spiritualis nequitie incurſione defendat aduerſum incitamentū gulę. Nō enim quaſi De⁹ vtitur poteſtate: quid enī hoc ei hi profuiſſet? Sed quaſi homo cōmune ſibi accipit auxilium, vt pabulo diuinę lectionis intentus, famē corporis negligat, alimentū verbi cęleſtis acquirat. Nō enim poteſt quod verbū ſequitur totus circa panē verſari terrenū. Nā humanis diuina preſtare nō dubium eſt. Dū ergo Dei verbo diaboli tentamenta Chriſtus cōfutat, oſtendit vtiq; eadem materia per nos illi fore reſiſtendum. Vndē & Apoſtolus quā premiſiſſet: Induite vos armaturā Dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, tandem ſubiunxit: Et gladius ſpiritus (ſubauditur accipite) quod eſt verbum Dei.

Ephes. 6.

Diabolus
quo gladio læditur.

¶ Hoc enim gladio diabolus læditur, quum per illū à corde peccatoris, quaſi vel ſerpens ex antro, vel quaſi à ſpilonca ſua latro, vel quaſi tyrannus ab aula, nō quidem ſua ſed quam fraude occuparat, vel quaſi à Dei templo ibolum, vel quaſi ſpurcus adulter è thalamo alieno exiguus & fugatur.

R

¶ Tum inſuper vel maximē verbo gladio diabolus læditur, quum per illud (non ſecus ac per gladium) errorum & hæreſum laquei (quos inſipientium pedibus attendit) apprehendi diſſipantur, quo etiam verbi gladio derelicta retia, & arma ſcandalorum, quibus innumeros conſueti franguntur & tolluntur è medio.

¶ De hoc plura, dominica vigefima prima poſt pentecoteſten, homilia ſecunda, ſuper Epistolam.

¶ Cæterum ex huiusmodi Chriſti reſponſo, vtiq; ex De lege deprompto, intelligere nequiuit diabolus num illud Dei filius eſſet, nec ne. Verū eſſe tamē & irreprehenſibile domini hoc reſponſum ignorare nō potuit. Quis enī Deo verbo homo viuere non poſſet, qui Deo verbo creatus eſt? Paſcit enī eos verbo ſuo cū quib⁹ loquitur Deus. Siquis abſq; vllō corporali alimēto his quadraginta dieb⁹ & totidem noctib⁹ Moyſes colloquio ſermonis Dei ſuſtērat eſſe.

Quib⁹ bona opera tua celes.

¶ Porrò per hoc qd Chriſtus diabolo innotefcere noluit docemur opera noſtra iis debere abſcondere, penes quos nullum ædificationis fructum ſunt allatura.

¶ Quin & aliadoctrina perutilis hinc colligitur, ne videlicet

licet (quod) bolo quod dixerit. cium, nō ſus quō pans no vitare cō ta vtilita

¶ Circa ma tentat ſus eſt d

Tum

¶ Statu filius De

¶ Videntum habet: Iſte q homo ſa omnem riam peo

¶ Itaq; a que prop lum, D

¶ Quod ter pote beatus C

ce quum in ſanta

humanę eſſe incre penſam

& huius brum dia perſeque

mirum ſu membri

¶ Vel alii ſicut & i Et iterū: Verū qu

licet (quæcunque etiam necessitas vrgeat) vnquam diabolo quicquam credamus, quæcunque etiam sit quod dixerit. Siue enim veritatem dicat, siue coningat mendacium, nihil aliud quã vt fallat, intendit. Ideo enim Christus quum demonia clamarent eum esse Christum increpans non sinebat ea loqui, vt nos doceret illorum omnino vitare commercia, & ne vnquam (quacũque etiam sperata vtilitate) vilissimorum spirituum præsidia captaremus.

Luc. 4.

¶ Circa secundum videlicet, quemadmodum tentator prima tentatione sua confutata, rursus tentando suadere ausus est domino inanem gloriam, in litera subditur.

Diaboli vitanda cõmercia

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dicit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum.

¶ Videns diabolus quodd ex Christi responsione nihil certum haberet, nun ipse esset Dei filius, necne ait intra se: Ille qui fame non vincitur, & si non est filius Dei tamẽ homo sanctus est. Possunt autem homines sancti postquã omnem vicerint corporis necessitatem, per vanam gloriam peccare.

S

¶ Itaq; assumpsit eum in sanctã ciuitatem, id est, Ierusalẽ. quæ propter Dei vnicum illud & famosum toto orbe templum, Deiq; cultum & sacrificia, ciuitas sancta dicebatur.

¶ Quodd autem Christum assumpsisse memoratur dupliciter potest intelligi, id est, vel quod ipsum sustulerit, sicut beatus Gregorius intellexisse videtur, quum dicit: Sed ecce quum dicitur Deus homo, vel in excelsum mõtem, vel

Christus vt à diabolo assũptus.

in sanctam ciuitatem à diabolo assumptus, mens refugit, humanæ hoc audire aures expauescunt. Quum tamen nõ esse incredibilia ista cognoscimus, si in illo & alia facta pensamus. Certẽ iniquorum omnium diabolus caput est, & huius capitis membra sunt omnes iniqui. An nõ membrum diaboli fuit Pilatus? An non membra diaboli Iudæi persequentes, & milites crucifigentes fuerunt? Quid ergo mirum si ab illo se permisit assumi, qui se pertulit etiam à membris illius crucifigi?

¶ Vel aliter potest intelligi, id est, per concomitationem, sicut & illud: Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos.

Luc. 18.

Et iterũ: Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem.

Mat. 17.

Verũ quocunq; modo assumptionem hæc accipias, non ex

DOMINICA PRIMA

Orige.
Teneat
Christum
de vana
gloria.
Templi
altitudo.

imbecillitate domini fuit quod hūc assumpsit, sed de supbia inimici. Habet autem Lucas: Et duxit illum in Ierusalem. Sequebatur planè quasi athleta ad tērationis certamen sponte proficiscēs, & quodammodo loquebatur. Duce quis vis, inuenies me in omnibus te fortiorem. Itaque quē p̄ la superare non poterat, tentat nunc de vana gloria si tēte illum vel ipsa victoriæ suæ iactantia deiicere queat.

¶ Et statuit eum, inquit, super pinnaculum templi. Si pinnaculum templi tectum templi (quod planum erat) accipias, constat quia centum viginti cubitos habebat altitudinis. Erant enim in ipsa æde templi mansiones tres alternatæ. Prima à pavimento vsque ad primum tabulatum, altitudinis cubitorum triginta.

¶ Secunda à primo tabulatu vsq; ad tabulatum secundum etiam cubitorum triginta.

¶ Tertia erat à secundo tabulatu vsque ad tabulatum tertium, supra quod erat tectum in plano positum, vt dictum est, & hæc mansio erat cubitorum sexaginta. Porro vnde quòdque tabulatum siue solarium habebat in circumplexi exterioris proprium suum deambulatorium.

¶ Et dicit ei, Primò loquutus fuerat Christo, quasi comitens esurienti, nunc quasi eius gloriam quærens loquens dicens: Si filius Dei es. In omnibus iis tentationibus loquitur, vt intelligat si filius Dei sit, sed dominus sic responsionem temperat, vt eum relinquat ambiguum.

Ambro.
Vocē diaboli perno
sce.

¶ Mitte te deorsum. Verè hæc diabolica vox est, quæ mentem hominis de gradu meritorum altiore præcipitare conatur. Simul infirmitatē suam diabolus malitiāmque designat, quia nemini potest nocere, nisi se deorsum ipse miserit. Nā qui relictis cœlestibus terrena eligit voluntati quoddā præcipitium vitæ labētis incurrit. Simul quoniam solum suū primū diabolus vidit obtusum, qui omnes homines proprię subiecerat potestati, plus quàm hominē certū iudicare. Trāsgurat ergo se velut in angelū lucis, & de ipsis diuinis scripturis laqueum parat. Vndè subditur:

Scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidam pedem tuum.

¶ Qui in priore pugna fuerat à domino per scripturā conclusus & confutatus, iam & ipse tentādo dominum etiam scripturam

scriptura
diabole s
pheras, v
ctione co
qui amici
volumi
¶ Non erg
aliqua ex
stimonis
¶ Sed vid
monis v
toris, qua
pedem, si
monium,
peum est.
sor angeli
diabole,
ip̄i pedem
culisti, qui
¶ Itaque n
verè de sa
cere quod
dem & ba
Draconem
quitur de
¶ Quir erg
leas, Leo,
Christus i
¶ Sed & h
lem fuisse
culo temp
is insigne
¶ Secundū
tione & sa
litate de a
¶ Tertid, e
de te: nō
¶ Denique
strum, qu
stom est)
portatur a

scripturam allegavit diabolus, Vbi Origenes. vndè tibi Diabolus
 diabolè scire quòd ista scripta sunt? Nunquid legisti pro. *Scripturà*
 phetas, vel eloquia diuina? Legisti quidè, non vt ipse ex le. *allegat.*
 ctione eorum melior fieres, sed vt de simplici litera eos
 qui amici sunt literæ interficias, Scis enim quia si de eis
 voluminibus loqui volueris non desipies.

¶ Non ergo te capiat hæreticus, quia potest de scripturis *Ambro.*
 aliqua exempla proferre. Vtitur enim & diabolus ipse testi-
 moniis scripturarum, non vt doceat, sed vt fallat.

¶ Sed vide quemadmodum & in ipsis scripturarum testi- *Scripturà*
 moniis versipellis est Vult enim minuere gloriam Salua- *vt peruer*
 toris, quasi angelorum indigeat auxilio, nempe offensur² *tit.*
 pedem, si nò eorum manibus, subleuetur, Hoc enim testi-

monium, nò de Christo, sed de quolibet homine iusto scri-
 ptum est. Neque enim indiget angelorum auxiliis qui ma-
 ior angelis & dominus est angelorum. Quin potius disce
 diabolè, quòd nisi Iesus angelos adiuuaret, offenderent
 ipsi pedem suum. Et tu propterea quasi fulgur de cælo ce-
 cidisti, quia credere in Dei filium noluisti.

¶ Itaque malè interpretatur scripturas diabolus. Certè si *Beda.*
 verè de saluatore scriptum nouerat, debuerat & illud di-
 cere quod in eodem Psalmo còtra se sequitur: Super aspi-
 dem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem &
 Draconem. De angelorum auxilio quasi ad infirmum lo-
 quitur de sui conculcatione quasi tergiuersator tacet.
 Quare ergo hoc dissimulat, nisi quia ipse est aspis, & basili-
 scus, Leo, & Draco? Ipse, inquam, hæc omnia est, quem
 Christus in tentationibus superatum conculcauit.

¶ Sed & hanc diaboli suggestionē, vanam profus & futi- *Diaboli*
 lem fuisse constat. Quod patet: Primò, nam si se de pinna- *suggestio*
 colo templi dominus præcipitasset, nullum hoc diuinita- *futillus.*
 tis insigne fuisse credidisset, sed vanitatis & temeritatis.

¶ Secundò, si Deus ipse est, irrationabile esset, si is qui ra-
 tione & sapientia regit & disponit vniuersa, sine vlla uti-
 litate de alto sese præcipitem daret.

¶ Tertiò, quia ex eo quòd scriptum est: Angelis suis De² mādauit
 de te: nò pbatatur quòd se Christ² Dei fili² debeat p̄cipitare.

¶ Denique quia scriptura inducta nò est ad diaboli propo-
 situm, quum non de Christo intelligenda sit (vt iam di-
 ctum est) sed de viro iusto. Non enim Christus manibus
 portatur angelorum, qui & angelos ipse portat, sicut &

Heb. 1.

omnē creaturā. Portās enim est omnia verbo virtutis sue
 ¶ Est ergo scripturā illius sensus: Angelis suis (qui utique
 administratorij spiritus sunt) Deus mandauit vt de te viro
 iusto, specialem gerant sollicitudinem. In manibus tollere
 te, id est suis fulcient auxiliis, & custodient, ne forte offen
 das ad lapidē pedem tuum. Nomine pedis affectum men
 tis intellige. Angeli etenim sancti, iustū virū custodiunt ne
 offendant quum ei occasio peccandi fuerit subministrata.
 ¶ Porro dominus diuinitatis suæ maiestate celata, diabo
 licæ versutiæ prudenter occurrit & inimicum ex scriptu
 ris peruersè allegatis pugnātem: legitimo intellectu scrip
 turarum vincit exemplis. Sequitur enim:

*Ait illi Iesus rursum: Scriptum est, Non tentabis do
 minum deum tuum.*

Deut. 6

V

Beda.

¶ Falsas de scripturis diaboli sagittas, veris scripturarum
 clipeis frangit. Et notandum quòd necessaria testimonia
 de Deuteronomio tantū protulerit, vt secundæ legis sacra
 menta monstraret.

Deū non
 esse tentā
 dum;

¶ Non tentabis, inquit, dominū Deū tuum. Suggerebant
 enī tāq̄ homini vt signo aliquo exploraret ipse quāt̄ esset
 & q̄ multū apud Deū posset. Quod facere nefas est.
 ¶ Quum enim habet homo quod pro se faciat, nequaquā
 tentare debet dominum Deum suum. Nam & ipse Salu
 tor tueri poterat discipulos suos, quibus tamen ait: Si vos
 persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.

Mat. 10.

Ioan. 7.

Ioan. 10.

¶ Cuius rei prior ipse exemplum præbuit. Nam quum po
 testatem haberet ponendi animam suam, nec eam pote
 ret nisi quum vellet, in Aegyptum tamen infans portan
 bus parentibus fugit. Et ad diem festum non euidenter
 sed latēter ascendit, quum tamen alias palām Iudæis et
 irascentibus, & de inimicissimo audientibus loqueretur,
 nec tamen valentibus in eum mittere manus: quia non
 venerat hora eius. Qui ergo palām docendo & arguendo
 & tamen inimicorum rabiem valere in se aliquid non
 nendo, dei demonstrabat potestatem, idē tamen fugi
 endo & latendo hominis infirmitatem instruebat, ne De
 um tentare audeat (vt iam dictum est) quando habet quod
 faciat, vt quod cauere oportet euadat. Diabolicum enim
 est seipsum iniicere ad pericula, & tentare si eripiat
 Deus. Nō enim timentibus largitur Deus auxilia, sed in
 erit

enim cred
 de coelo
 magis ho
 rit, & sign
 ¶ Porro in
 barus est
 quo disce
 solus arm
 eū cepit, e
 hominem
 uincas. De
 thi, Sicut e
 diet respo
 nisi suo m
 ¶ Sanē qu
 Deum tuu
 rabis, & il
 ipse diabo
 diceret: O
 quia scrip
 tendit. Ru
 adoraueri
 dorare dei
 tum ador
 absurdum
 Deus aut e
 gratiæ don
 vocari De
 ta fuisset p
 Abraham
 in hæredit
 lit: Ideo
 enim illis
 Deus aut e
 hoc di: to
 nū De? Qu
 tuū adora
 tuū, quū (in
 ga re vera
 quitur aut
 quisquam

eum credentibus. Vndè & quum quidam tentantes signū de cælo quærebant, miraculum eis nullum ostendit, sed magis hoc dixit: Generatio praua & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei.

Chryf.

Matt. 12.

Porro inter hæc (inquit Chry.) aspice quomodo non tentatus est dominus, imò de scripturis humillimè cum iniquo disceptat, & conformare Christo pro posse nouit diabolus arma Christi, quibus succubuit. Ex mansuetudine eū cepit, ex humilitate deuicit. Tu quoque quum videris hominem effectū diabolum, & tibi obuientē, eo modo de uincas. Doceas animā tuam formare cōdecens ori Christi. Sicut enim quū Romanus forsan residet iudex, nō exaudiet responsum ignorantis eo modo loqui, sic & Christus nisi suo modo loquaris non exaudiet te, nec vacabit tibi.

Christus

vt vicit.

Sanè quod hīc dicit, scriptum est: Non tentabis dominū Deum tuum. Er postmodum: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs, non sic accipiendum est, tanquam ipse diabolus corrigere voluerit, & sic eum docere, ac si diceret: O diabole, noli me tentare dominum Deum tuū,

Rupr.

Deus ne

quisquam

diaboli

Deus.

quia scriptura tibi cōtradicit, & ab hoc te compescere intendit. Rursus tu mihi dicis: Hæc omnia tibi dabo si cadēs adoraueris me, sed tu potius me dominum Deum tuum adorare debes, quia scriptura dicit tibi: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs. Hæc vel suspicari nimis absurdum est. Nunquid enim Deus aut dei filius, diaboli Deus aut dominus vocari dignatur? Absit hoc. Magnæ est gratiæ dominum Deum creatorem omniū velle cuiuspiā vocari Deum. Vndè Apostolus quum de fide patrum multa fuisset præclara loquutus, fide (inquiens) qui vocatur

Heb. 11.

Abraham obediuit in locum exire quem accepturus erat in hereditatē, & exiit nesciens quò iret, post modū sic intulit: Ideo non cōfunditur Deus vocari eorū Deus, parauit enim illis ciuitatē. Quod si nec diaboli cōfunditur vocari Deus aut dominus, quæ gratia, vel quæ beatitudo resonat in hoc dicto de patribus, ideo non cōfunditur Deus vocari eorū Deus? Quū igitur dicit diabolo, Scriptū est, dominū Deū tuū adorabis, & illi soli seruiēs, vel nō tentabis dñm Deū tuū, quū (inquā) dicit: Scriptū est, subaudiendū est, homini quæ vera nō diabolo, sed homini scriptū est, quicquid loquuntur aut præcipit lex. Est ergo sensus: Nec ego homo, nec quisquam alius homo tibi aurem præbere debet, vt ten-

DOMINICA PRIMA

ret dominū Deum suum, siue vt cadens te ô diabole ador-
ret, sed audire debet vocem scripturæ dicentis, non tenta-
bis, & solum dominum Deum tuum adorabis.

¶ Circa tertium, id est quemadmodum diabolus Christum
solicitare præsumpsit ad auaritiã, subditur:

*Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum
valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam
eorum.*

X Processit ergo tandē diabolus tentare Christum de eo quod
iam non est spiritualium virorum, sed carnalium profusus &
mundanorum, videlicet vt diuitias & huius mundi glori-
am cum Dei contēptu concupiscat. Vndē nec vt in duabus
præcedētibus rērationibus iam dixit, si filius Dei es. Nam
quod nunc suggerit nequaquam potest à viris spiritualibus
concupisci. Ait ergo Euangelista.

*Vt omnia
regna mū-
di diabolus
ostendit.* ¶ Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum
valde, & ostendit ei omnia regna mundi. Quod non sic est
intelligendum, quasi ostenderit ei perspicibiliter & su-
gulatim ipsa regna ciuitates, & populos mundi, sed mundi
partes, in quibus vnumquodque regnum situm est. Verbi
gratia, extento indice. Versus illam mundi partem est Gre-
cia. illic verò Aegyptus, ibi Italia, hūc Syria, illic Armenia
illic Persis, ibi Hispania, illic India, & sic de aliis. Vbi The-
ophylactus. Qualiter ostendit ei omnia regna orbis terrarum.
Quidam dicunt, quod mente ei hæc ostenderint. Ego autē
dico quod sensibiliter & in phantasia apparere fecit.

Rupertus ¶ Sed quomodo homini Christo omnia regna mundi &
gloriã eorum diabolus simul ostendere potuit, & (vt ait La-
cas) in momento temporis. Neq; enim natura rerū siue oc-
lorum hoc admittit, vt de quolibet quantumuis excelso
monte cuncta mūdi regna, regnorum que omnium gloria
simul & in momento possit ab homine perspici. Nihil ta-
le vsquam sacra scriptura gestum meminit.

*Dia. li. 2.
ca. 35.* ¶ Refert beatus Gregorius papa de vitæ venerabilis viri
nomine & gratia Benedicto, quod dum quiescentibus stu-
diis instans vigiliis, nocturnæ orationis tempora præce-
nisset, ad fenestrã stans & omnipotentem dominum depre-
cans, subitò vidit fulsam lucē desuper cunctas noctis tene-
bras effugasse, tãtòq; splendore clarescere, vt diē lux illa
ceret, quæ inter tenebras radiasset. Mira autē valde res in
hac

hac spec-
omnis et
ante ocu-
¶ Verum
idē) ani-
ante ill-
git cū ho-
cta, sed v-
sine diffi-
¶ In illa e-
rior in m-
puit, ei q-
hæc dicit-
eis quàm
egit cum
cemus, q-
lus? Si qu-
circa que-
illi ostēd-
nem spir-
nūquid &
filius Dei
Animus t-
¶ Sed ne-
na, tantò
eiusmodi
omni que
cupiscen-
strum est
tæ lenoc-
Nam nos
taliæ qua-
solum nō
sunt, & si
bitatē ab-
cas cū Ap-
¶ Quū au-
id est, sec-
strantur,
ce fragili-
ta illa e-

hac speculatione sequuta est, quia (sicut post ipse narravit) omnis etiam mundus uelut sub vno solis radio collectus, ante oculos eius adductus est.

¶ Verum illa res admirationē habet aliam, quia (sicut ait idē) animæ videnti creatorē angusta est oīs creatura, & q̄ ante illi⁹ sancti oculos collect⁹ fuisse mūd⁹ dicitur, hoc egrit cū homine omnipotēs Deus, & nō cœlū & terra cōtracta, sed vidētis animus dilatatus est, q̄ in Deo rapt⁹ videre sine difficultate potuit omne qđ infra Deum est. Et addit.

¶ In illa ergo luce quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, quæ vidētis animū, quia ad superiora rapuit, ei quā angusta essent omnia inferiora mōstravit. Quū hæc dicit, palām adstruit, quia prospectus ille magis mentis quā ocalorum fuit. Illud mirantes veneramur, quod egit cum homine omnipotens Deus: de isto verò quid dicemus, quòd circa hominem Dei filiū tentator egit diabolus? Si qua nobis scriptura narraret similiter eum fecisse circa quemlibet hominum, vt in momēto tēporis mundū illi ostēderet vniversum, nō dubitaremus dicere, ostensionem spiritualis nequitix visumque fuisse phantasticū. Sed nōquid & hunc hominem, quem explorabat vtrum esset si filius Dei per suas phantasias diabolus est ausus aggredi? Animus fidelis hoc vel cogitare perhorrescit.

¶ Sed ne abhorrescas, quia quantò maior tentatoris iniuria, tantò gloriosior patientia victoris. Confer phantasias eiusmodi cū phantasiis quas patimur quoties tentamur de omni quod in mundo est, ex concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Quotusquisq; nostrum est qui non in tentatione qualicunque concupiscentiæ lenocinio mulceatur, fortè etiam inuitus? Nec mirum. Nam nos phantasias intus patimur, eiusmodi autem phantasias quæ de foris veniunt, vel foris fiunt, aliquando non solum nō dectāt, verum etiam sensibus corporis molestæ sunt, & si à tētatore huic filio hominis adductæ sunt, indubitater absque peccato ei⁹ & accesserūt & recesserūt vt dicas cū Apost. tentatū autē p̄ oīa p̄ similitudine absq; pctō ¶ Quū autem in momēto tēporis omnia regna orbis terrę id est, secularia omnia & terrena à diabolo Christo monstrantur, non tam aspectus celeritas indicatur, quā caducæ fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa corā Deo prætereunt. Quid enim seculi potest esse diu.

DOMINICA PRIMA

diuturnum, quum ipsa diuturna non sint secula? Sequitur:

Et dicit ei, *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.*

Y Apud Lucam dicitur, Et ait illi: Tibi dabo potestatem hanc
diabolice vniuersam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, &
arrogan- cui volo do illa. In vtroque mentiebatur, quia neque habe
ria & mē bat, ne ea conferre poterat quibus carebat. Nullius e-
dacium. nim horum obtinet potestatem, sed ad pugnam tantum ad-
beda. uersarius est derelictus.

Rom 13.
Ambros.

¶ Arrogans ergo & superbus etiam hoc de iactantia loquitur, non autem quod in toto mundo habeat potestatem ut possit omnia regna dare diabolus, quum sciamus plerosque sanctos viros à Deo reges factos. Et apud Apostolum legis, quia omnis potestas à Deo est. A Deo enim est potestatum ordinatio, à malo ambitio potestatis. Nec est potestas mala, sed is qui malè utitur potestate. Quid ergo: bonum est uti potestate? studere honori? est utique si potestas desideratur, non autem si eripiatur. Distingue tamen hoc ipsum bonum. Alius enim est bonus potestatis usus in seculo, alius usus perfectæ virtutis. Bonum est enim Deum querere & cognoscere diuinitatis studium nullis occupationibus impedire. Quod si is qui Deum querit, propter fragilitatem carnis & mentis angustias sæpe teratur, quãtò magis qui seculum querit his obnoxius est? Docemur ergo ambitionem despiciere, eò quod diabolica subiacet potestati. Proinde potestatis ambitio cõiunctum sibi, & quasi domesticum habet periculum, quandoquidè, ut aliis dominetur, prius ipsa seruatur ad obsequium ut honore donetur. Et dum ambitiosus vult esse sublimior, vilior fit simulata humilitate.

¶ Diabolus ergo dicens sua esse omnia, & sibi tradita, mendacium loquutus est, videlicet de proprio, quia mendax est, & mendacij pater. Domini enim est terra & plenitudo eius, sed & ipsi Deo contradicit qui ait: Meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. Frustra autem suo mendacio satagebat Christum seducere, dicens: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me: Ergo qui adoraturus est diabolum, antè corrumpitur. Diabolus autem eos quod amolo adorare necesse est, qui mundanæ potestatis sectantur ambitionem.

¶ Sed quo modo tu (inquit Cyril.) cuius fors inextinguibilis

lis flamm
Puras tui
uerfa?

Tunc

¶ Hic pos
Vbi duo
cio. Alter
Ibi: Et ecc
licet in ig
Nimia sa
nia regna
super pro
impudent
¶ Quam e
am super
Vade Sact
neq; vltra
in prima
in diabol
prias iniu
in Deum

Scriptur
illi soli

¶ Hoc in I
Scriptum
torem r
mit (sicut
alter siue
see dictu
hæc secun
preuarica
ca quaron
primo De
de cerem
precepta
meri fing
ritualia c
Israel co
rus erat
persoluer

flamma est, omnium domino quæ sua sunt spondes?
 Putas tui cultorem habere eum, cuius metu tremunt uni-
 uersa? ¶ Circa secundum principale dicitur:

Tunc dicit ei Iesus. Vade Sathana.

¶ Hic ponitur tentatoris per Christum victoriosa superatio
 Vbi duo notantur, Vnum est tentatoris abire iussi confuta-
 tio. Alterum est, ministratum Christo angelorum accessio.
 Ibi: Et ecce angeli. Circa primū dicit: Vade Sathana, vide-
 licet in ignem inferni, qui paratus est tibi, & angelis tuis.
 Nimia sanè diabolus sibi arrogauerat, dum non solum om-
 nia regna mundi in sua mentitus est esse potestate, sed in-
 super pro Deo se haberi, & cultum qui soli Deo debetur
 impudenter sibi petebat deferri.

¶ Quam ergo se iam, nequitiamque suam, & extremam su-
 am superbiam prodidisset, meritò hoc responsi accepit:
 Vade Sathana. Hoc est, Nunc à me hinc abi aduersarie Dei
 neque ultra tentando progrediaris. Porro dominus qui nec
 in prima tentatione, nec in secūda, exprobrationis verba
 in diabolū protulerat, suo nos informat exemplo, vt pro-
 prias iniurias æquanimiter toleremus impietatem verò
 in Deum nec audire sustineamus. Sequitur:

*Scriptum est enim. Dominum Deum tuum adorabis, &
 illi soli seruias.*

(Hoc in Deuteronomio (quod Latinè sonat, secunda lex)
 scriptum habetur. Notandum ergo, quia cuncta, quibus te-
 ntatorem reliquit, testimonia, tantum è Deuteronomio su-
 mit (sicut iam dictum est) id est, secunda lege sicut & ipse
 alter siue secundus Israel est, & dicitur, iuxta quod per O-
 see dictū est: Quia puer Israel, & ego dilexi eum. Cui &
 hæc secunda lex posita est. Nam illi primo Israel populo
 preuaricatori posita est lex ceremoniarum carnalium cir-
 ca quarum ritum cæteri libri Moyse versantur. In isto verò
 primo Deuteronomij libro, id est, secundæ legis, ferè nihil
 de ceremoniis agitur, sed cuncta sunt præcepta iustitiæ,
 præcepta charitatis. Vndè & cuncta ferè ad personam nu-
 meri singularis familiariter dicuntur, ea videlicet, quæ spi-
 ritualia continent mysteria vitæ & salutis, & sic cætera
 Israel compellatur quasi vnus homo, quia hic verè futu-
 rus erat vnus homo, qui fideliter & perfectè cuncta
 persolueret quæcunque Deo debebat homo.

*Z
 Diaboli
 arragatis*

Hiero.

Ruper.

Osee. II.

Ille

DOMINICA PRIMA

E Ille primus Israel tentatus pro parte reproborum inuentus est infidelis. Iste verò secundus Israel tentationes & ipse in deserto sustinens, inuentus est fidelis.

Aug. contra Arriū Beda.

¶ Ait ergo confutans impudentiam tentatoris: Scriptum est nimirum omni homini, vndè etiam & mihi qui homo sum. Dominum Deū tuum adorabis. Tu verò Deus nō es, sed Deo aduersarius. Dominus autem Deus noster est ipsa trinitas, cui soli seruitutem pietatis iure debemus.

latria & dulia dist. ferunt.

¶ Quarat aliquis quomodo conueniat quod hic præcipitur soli domino seruiendum cum Apostoli verbo, qui dicit Per charitatem spiritus seruite inuicem? Sed huic facile Græcæ linguæ origo satis facit, in qua seruitus duobus modis, ac diuersa significatione solet appellari, dicitur enim latria, dicitur & dulia. Sed dulia intelligitur seruitus communis, hoc est, siue Deo, siue hominibus, siue cui libet rei naturæ exhibitæ, à qua etiam seruus, id est, dulus Græcè nomen accepit, secundum quam iubemur seruire inuicem. latria autem vocatur seruitus illa quæ soli diuinitatis cultui debita nulli est participando creaturæ. Vndè & idololatry nuncupantur, hi qui vota, preces, & sacrificia quæ vni Deo debuerant idolis impendunt. Hac autem seruitute debemus vni soli Deo seruire. Subditur:

Tunc reliquit eum diabolus.

chryf.

¶ Non reliquit eū quasi præcepto ipsius obediens, sed potius autoritate iubentis. Quod utiq; ad nostrā proficit consolationē, quia non tētat nos diabolus quātū vult, sed quātū à Deo permittitur. Dicit Lucas: Et consummata omni tētatione, diabolus recessit ab illo vsq; ad tēpus. Quia nō tentaturus, sed apertè eum expugnaturus postea aduenit.

ambros.

Vndè ipse Christus imminente iam passione sua dixit. Venit enim princeps mūdi huius, & in me nō habet quicquid tētat.

ioan. 14.

¶ Vndè ipse Christus imminente iam passione sua dixit. Venit enim princeps mūdi huius, & in me nō habet quicquid tētat.

Beda.

Diabolus tentat, vt cedit.

¶ Vides itaque diabolum nō esse in studio tentandi pernitiā, sed cedere solere veræ virtuti. Et si inuidere nō desinat tamen infestare formidat, quia frequentius refugit triumphari. Audito enim Dei nomine recessit (vt dictum est) vsque ad tempus. Sæpe enim antiquus hostis postquam menti nostræ tentationum certamen infixit, ab ipso suo certamine ad tempus recedit. Non vt illatæ malitiæ sint præbeat, sed vt corda quæ per quietem secreta reddiderunt

Grego.

repentè rediens, facilius inopinatore irrumptat.

Circa

¶ C

Et ecc

¶ Præcipi diabolus riosior ei ne cuiusdè nistrauer versimile cur & quò deserto. proprii se nempe cu pra natur ¶ Ceteri obseruati na, & au. Christi ad az, de me toribus

D

E Gr
¶ C
hendūtur. Secundum non respo supplicati cantis exa ¶ Circa pr Christi sec suæ gentis est, eiusdè domine. ¶ Circa pr partes Ty

¶ Circa secundum, quod est Christo ministrantium angelorum accessio, sequitur:

Et ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

¶ Præcipiente domino abscesserant, ut dominum tentandi diabolo locus esset. Sed & ideo cum reliquerunt ut gloriosior esset Christi de hoste victoria, qui solus hunc sine cuiusquam adminiculo superasset. Unde autem ei ministraverint in litera non habetur. Quia tamen esuriebat, verisimile est quod ministraverunt ei cibum & potum, sicut & quondam angelus ministraverat Heliaz itidem in deserto. Ministrabant ergo ei angeli sicut vero domino proprii serui. Ex quo etiam vera Christi patet diuinitas, nempe cui se angeli recognoscunt esse subiectos. Porro supra naturam angelicam nulla alia est natura nisi diuina.

Chrysof.

¶ Ceterum, etiam nobis si in hac sacra quadragesimali obseruatione diaboli tentamenta, de gula, de vana gloria, & avaritia, superamus in solennitate resurrectionis Christi ad animarum nostrarum salutem cibum vitæ æternæ, de mensa domini, sacerdotes, quasi alteri angeli, victoribus ministrabunt.

*Tentatio
nis superata præmium.*

DOMINICA SECUNDA
quadragesimæ.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sydonis.
Math. 25.

¶ Quatuor in hac sancti Euangelij lectione comprehenduntur. Primum, Mulieris Chananitidis fidelis petitio. Secundum est, Dispensatiua Christi dissimulatio, ibi: Qui non respondit ei verbum. Tertium est, Iterata postulantis supplicatio, ibi: At illa venit. Quartum est, Benigna supplicantis exauditio, ibi: Tunc respondens.

¶ Circa primum tria notantur: Primum est, è solo Iudæorum Christi secessio. Secundum est, mulieris gentilis è finibus sue gentis egressio, ibi: Et ecce mulier Chananæa. Tertium est, eiusdem mulieris pro filia deprecatio, ibi: Miserere mei domine.

¶ Circa primum dicitur: Et egressus inde Iesus secessit in A partes Tyri & Sydonis. Scribis & Phariseis calumniatoribus

DOMINICA SECUNDA

Hierony. bus derelictis, transgreditur in partes Tyri & Sydonis, ut
Cur Chri Tyrios Sydoniosque curaret. Premiserat Euangelista ac-
stus in gē celsisse ad eum ab Ierosolymis scribas & Phariseos, dicē-
tiū fines tes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem senio-
secessit. rum? non enim lauant manus suas quum panem mandu-
 cant. Ipse autem respondens ait illis: Quare & vos trans-
 gredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?
 Digna igitur veraq; responsione iniquis insidiatoribus co-
 futatis, secessit inde, & in partes Tyri & Sydonis (quę ut
 que gentilium erant regiones) se recepit.

Sinistrū ¶ Sinistro sanè Iudeis auspicio, quodd eorum tandem rep-
Iudæis bata atque relicta perfidia, ad gentes foret transiitum.
omen. Quod & factum est. Apostoli enim obstinatos in perfidia
 Iudeos post domini glorificationem relinquentes, Christi
 fidem credituris gentibus intulerunt, Undè & dicitur: Vo-

Actu. 4. bis oportebat primùm prædicari verbum Dei, sed quoni-
 repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ec-
 ce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit domi-
 nus. Sustulit Christus superuacuas eorum Euangelio con-
 scante ceremonias, & præcipuè vanas in delectu ciborum
 obseruationes infregit, dicens: Non quod intrat in os co-
 inquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coin-
 quinat hominem. Et post hæc mox secessit ad gentes.

Questio ¶ Sed quæstio suboritur. Quum enim iam pridem præce-
solutur. pissset discipulis suis, dicens: In viam gentium ne abieritis,
Matt. 10 & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed po-
 ite (nimirum prædicandi gratia & sanitates conferendi)
 ad oues quę perierunt domus Israel, quum nunc aliud eis
 ostendit factò quàm verbo docuerat?

¶ Sed quod discipulos prohibuerat, ad prædicationem tan-
 tum spectabat. Noluit enim eos quicquam gentibus præ-
 dicare, prius quàm ad cælos ipse cõscenderet. Hic autem
 non ut prædicaturus in fines gentium venit, sed ut mulie-
 ris Chanitidis filiam à dæmonio vexatam maternę fili-
 merito liberaret. Nihilominus per hoc Pharisaorum do-
 claraturus impietatē, qui in eum tot signa facientem re-
 dere recusabant. Non ergo in gentium finibus ipse præ-
 cabat, tametsi hanc quę ad ipsum sponte venerat, à gratia
 B efflagitata non exclusit.

Marc. 7. ¶ Porro apud Marcū habes quia dominus veniens in par-
 tes Tyri & Sidonis, ingressus domum neminē voluit ser-

re, & non
 carur qui
 ramen la
 ric, qui e
 inuisibili
 bat? Au
 nisi vt fil
 iam dictu
 gueret Se
 ¶ Sed fide
 illo hac i
 eius sequ
 le debeat
 discipulis
 nient. Act
 bilque vo
 à se salute
 discerent
 exhibitio
 tum posse
 sare, quã
 incredul

Et ecc
 mauit dic
 ¶ Mora fu
 ribus eius
 batur, nō
 Gentilium
 mus: Et ei
 gogis cor
 moem lar
 abire opin
 torum &
 ¶ Itaq; do
 dictū est)
 cas) statim
 mundū, in
 gentis Sir

re, & non potuit latere. Vbi etiam queritur, quomodo dicatur quia dominus nemine voluerit iter suum scire, nec tamen latere potuerit. Quid enim est quod ille non potuerit, qui etiam temporaliter inter homines positus, omnia inuisibiliter quae foris agebantur intus cum patre disponebat? Aut quam ob causam fines Tyri & Sidonis intrauit, nisi ut filium Sirophenis à demonio liberaret, ac (sicut iam dictum est) per fidem foeminae gentilis perfidiam argueret Scribarum ac Pharisaorum?

¶ Sed fideliter ac pie sentiendum est, quia nequaquam de illo hac in re quod ipse noluit factum est, sed fidelibus iter eius sequentibus quid principaliter in bonis quae agunt, velle debeant, ostensum. Ingressus quippe domum precepit discipulis ne se cuiquam in regione ignota quis esset aperirent. Attamen suum illud introitum gentili foeminae, quibusque voluit ipse publicavit, ipse corallius ad querendam a se salutem inuisibili accendit instinctu, ut exemplo eius discerent, quibus sanandi infirmos gratiam conferret in exhibitione miraculorum humani gloriam fauoris quantum possent declinare, nec tamen a pio virtutis opere cessare, quatenus haec fieri vel fides bonorum iuste meretur, vel incredulitas prauorum necessario cogeret.

¶ Circa secundum, quod est mulieris gentilis e finibus suae gentis egressio, subditur:

Et ecce mulier Chanaanæ a finibus illis egressa clamauit dicens.

¶ Nota fuit mulier haec ad Christum venire, quia crebrescentibus eius miraculis, nomen ipsius & fama ubique divulgabatur, non modo intra limites regionis Iudaeorum, sed etiam Gentilium. Unde hunc apud Euangelistam scriptum legimus: Erat circumibat Iesus totam Galilaeam, docens in synagogis eorum, & predicans Euangelium regni, & sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in totam Syriam. Intra Syriam autem Tyriorum & Sidoniorum regio consistit.

¶ Itaque dominus ingressus domum (sicut iam iuxta Marcum dictum est) latere non potuit. Mulier enim (inquit idem Marcus) statim ut audiuit de eo, cuius habebat filia spiritum immundum, intrauit & prociuit ad pedes eius. Erat autem mulier gentilis Sirophenis genere, id est, de gente Chanaanorum qui

Beda.

*Latere
cur Chyri
sus voluit*

C
*Fama
Christi.*

Matt. 4.

DOMINICA SECUNDA

*Mulier
gentilis ty-
p^o Eccle-
sia.
Beda.*

qui olim expulsi fuerat ne sua cohabitatione Iudeos per-
uerterant. Hi nunc apparuerunt Iudæis prudentiores, vt
terminis & finibus suis exeuntes, venirent ad Iesum.

¶ Porro mulieris huius eò magis est admiranda deuotio,
quò ipsa quidem (vt pote gentilis) à diuinorum eloquiis
funditus erat segregata doctrinis, nec tamen illis quas e-
dem eloquia prædicant sit priuata virtutibus. Ergo mulier
hæc, natione quidem gentilis, sed corde constans & cre-
da, congregata de gentibus Ecclesiæ fidem deuotionemque
significat, quam expulsi de Iudæa prædicatores sancti, ro-
bo simul & mysteriis gratiæ cœlestis imbuerunt.

¶ Egressus enim Christi à Iudæis & in gentium fines se-
sio, manifestè præfigurabat (vt iam dictum est) quia post pas-
sionem resurrectionemque suam dominus in prædica-
tionibus suis, & perfidia Iudæorum corda relicturus, & in pa-
tes gentium exterarum esset secessurus.

*Animæ
peccatri-
cis typus.*

¶ Moraliter typo mulieris huius peccatrix anima designa-
tur, cui salutem (quæ per Iesum designatur) quærentiam
sufficit prioris vitæ peccata relinquere, nisi etiam peni-
ta & occasiones fugiat delinquendi. Fines enim peccato-
rum quodammodo exire, est delinquendi causas exciudicari
& delictorum suggestionibus aditum exinde non indulgere.

¶ Circa tertium, quod est Chananeæ pro filia
deprecatio, subditur:

*Miserere mei Domine, fili David, filia mea mollis
dæmonio vexatur.*

*D
fidei per-
fectæ in-
dicium.*

¶ Sanè magnam habebat fidei perfectionem, quæ salu-
aris pietatem implorans ait: Miserere mei Domine, fili Da-
uid. Quum enim eundem & dominum & filium Dauid
pellat, profectò patet, quia verum hunc hominem, verum
credit & Deum. Quum pro filia rogans, non illam seorsum
adducit, non dominum ad eam venire precatur, contra
apertissimè, quòd eum verbo salutem posse dare confidit
cuius præsentiam corporis nullam requirit.

*Matt. 9.
10. 4.*

¶ Tantam fidem synagoge princeps non habuit, qui ait: Do-
mine, filia mea modò defuncta est, sed veni, & impone mihi
num super eam & viuet. Sed nec regulus qui dicebat: Do-
mine, descende prius quàm moriatur filius meus, miraculi ve-
ritatem non maiestati tribuens, sed præsentis corporalis
multis huiusmodi imperfectioris fidei exemplis præter-

lis etiam
ac sepult
meus no
¶ Itaq; D
te confite
citata, n
¶ Miserere
ego loqu
cens: Mi
trix ad m
stificatio,
fecit pub
plum hui
¶ Sanè, si
lutam, fili
peccatum
tur, peiu
medicus
¶ Miserere
fæmine p
sequuta e
aut ad fa
relinquet
& dicit: M

Qu
¶ Hic po
sunt confi
gata respo
adita per
respondit e
pates, ne
sue videre
rasserat. I
maritano
calumniam
passionis
¶ Sed &
dare & te
perseuer

lis etiam electę sorores ille Martha & Maria mortuo iam ac sepulto fratre dixerunt: Domine si fuisses hęc, frater meus non fuisset mortuus.

¶ Itaq; Deum & hominem Christum esse hęc mulier aperitē confitetur, nec prophetarum oraculis ad hęc fidem incitata, nec legis imbuta doctrinis.

¶ Misere mei, inquit, fili David. Ideo carnē suscepisti, vt ego loquar ad te, Cum fiducia petit, instat importunē dicens: Misere mei fili David. Sic nimirū & anima peccatrix ad misericordiam debet confugere, nō quidem se iustificādo, sicut faciebat pharisęus, sed se humiliando, sicut fecit publicanus, & miseriam propriā detegēdo, ad exemplum huius quę ait: Filia mea malē à dęmonio vexatur.

¶ Sanē, si quis habet cōscientiam alicuius vitij sorde pollutam, filiam habet à dęmonio vexatam. Grandis dęmon peccatum est. Malē vexatur anima quādo vexatio nō sentitur, peius, quando morbus desperatur, pessimē, quando medicus contemnitur.

¶ Misere mei domine, inquit. Magna atque obseruanda fęmine prudentia. Non iuit ad homines seductores, non sequuta est vates fallaces, non quęsiuit ligaturas inanes, nec ad falsa confugit pręsidia, sed omnem diaboli cultum relinquens, venit ad dominum Iesum saluatorem omniū, & dicit: Misere mei domine fili David.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Qui non respondit ei verbum.

¶ Hic ponitur dispensatiua Christi dissimulatio. vbi duo sunt consideranda. Vnum est, ad mulieris petitionem negata responsio. Alterum, discipulorum pro muliere nō exaudita petitiō. ibi. Et accedētes, Circa primum. Quōd non respondit ei verbum, nō de superbia pharisaica procedere potest, nec de scribarum supercilio, sed ne ipse sententię suę videretur esse cōtrarius, per quam (vt iam dictum est) iuisset. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Nolebat enim occasionem calumniatoribus dare, perfectāque salutem gentium passionis & resurrectionis tempori reseruabat.

¶ Sed & alias ob causas dominus preces mulieris exaudire & tempus dissimulabat. Primō, vt eius patientiam & pęseuerantiam probaret. Qualis enim vnusquisque apud

X se

Notanda
Christi
dissimulatio.

Grego.

Matt. 18

chrysost.

Orige.

DOMINICA SECUNDA

se lateat, illata cōtumelia probat. Oportet enim & patienter & perseveranter precari eum, qui dignus sit à domino exaudiri, iuxta quod dominus per Evangelicam illam parabolam docuit, in qua de homine ad olliū amici importunè pulsante & quo egebat petente panem ait: Si perseverauerit pulsans, dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatē tamen eius surget, & dabit illi (subaudis panes) quotquot habet necessarios. Et subdit: Et ego dico vobis, Petite & dabitur vobis: quærite & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti, aperietur. Non respondit, inquit, ei verbū. Res mira & alia apud benignum dominum insueta. Obsecrat mulier miseram, clamat & plorat pro salute filia: flebilis mater, & lugētiū consolator non respondit ei verbum, nimirum (sicut iam dictum est) vt ipsius perseverans patientia exauditionis beneficium promeretur.

Luc. 11.

Grego.

¶ Secundò differebat hāc exaudire Christus, vt desyderiū supplicātis dilatione cresceret. Nam desyderia sancta dilatione crescūt. Si autem dilatione deficiunt, desyderia tō fuerunt. Si ergo nonnunquam dominus supplicantibus petita tardè dat, commendat dona sua non negat. Siquidem diu desiderata dulciùs obtinentur citiùs data vilescunt. Seruat tibi Deus quod nō vult citò dare, vt & tu discas magna magnè desiderare.

¶ Tertio respōdere ei differt dñs, nō quia misericors medicus miserorum preces despicit, de quo veracissimè scriptū est: Desyderiū pauperū exaudiuit dñs, sed vt perseverantiam mulieris nobis semp imitabilē demonstraret, quæ quò magis cōtēptā videbat, eò ardētior cōtēptis p̄stabat ī precib.

Beda.

¶ Quarto respōdere differt, vt discipulorum quoque suorum misericordes animos (qui quasi homines, ad clamorem mulieris publicè eos prosequenti, erubescere ad postulandum simul cum ea prouocaret, Nam ipse temperamentum misericordiæ suæ nouerat, qui omnia in mensura & numero & pondere disposuit.

¶ Denique, ne si mox eam exaudiret, hinc Iudæi calumnie occasione reperta, dicerent se fidē eius meritò non suscipere qui gentiles in docendo aut sanando eis prætulisset.

¶ Circa secundum, quod est discipulorum pro muliere nō exaudita petitio, subditur:

Et do
Dimitte

Discipu
vel miler
liere, v
re cleme
ret. Dom
Iurem fili
Apostolo
innere fu
derat ver
lisper ad
notandur
san: Aqu
clamand
Primò,
quo mod
minente
scebatur
rum huius
pellas ma
timeat tē
cōcitati n
In oratio
siam nar
Apostoli
Domine,
minus ex
firmitati,
excitaban
mus. Dicā
periclitat
tempestas
¶ Secundū
ne ignis t
dij ignē g
te domine
& sāmā s
id est, mū
ites, nob

Et

Et accedentes discipuli eius rogabant eum, dicentes:
Dimitte eam, quia clamat post nos.

Discipuli illo adhuc tēpore mysteria domini nescientes, vel misericordia commoti, rogabant pro Chanaanā muliere, vel importunitate eius carere cupientes, quia non ut clementem, sed ut durum medicum crebrius inclamarer. Dominus autem ipsam spe atq; desyderio obtinēdi salutem filix (quasi quodam vinculo) tenebat. Ex illis etiam Apostolorū deprecantium verbis colligi potest eos iam in itinere fuisse, & mulierem cui Christus in domo nō respōderat verbum, sequutam semper clamasse. Ceterū, ut paulisper ad moralia secedamus, clamantis huius occasione, notandum propter quatuor solere homines clamare, quae sunt: Aqua, Ignis, Gladius, Bestia. Ad quorum similitudinē clamandum est nobis in oratione ad dominum.

Primò, propter aquam temporalis huius tribulationis, quo modo & illi clamabant de quibus naufragio iam imminente periclitantibus, scriptū est: Mare ibat, & intumescēbat super eos, & clamauerunt. Quid enim est miseriarum huius vitę assidua vicissitudo, nisi quędam quasi tempestas maris, quod quiescere non potest? Quis enim non timeat tērationum tribulationūmq; mole (quasi quibusdā cōcitati maris procellis violentis) obrui atque submergi. In oratione ergo non secus cuique clamandum est, quā si iam naufragio vicino periclitaretur, iuxta exemplum Apostoli Petri, qui quum cępisset mergi, clamabat, dicēs: Domine, saluum me fac: & discipulorum omnium nihilominus exemplo, qui in summo submersiōnis periculo cōstituti, quum nauicula operiretur fluctibus, dormientem excitabant dominum, dicentes: Domine, salua nos, perimus. Dicat quisquis tribulationum procellis concurritur & periclitatur, dicat inquam: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Laboravi clamans.

Secundò clamādum nobis est in oratione propter gehēne ignis terrorē. Clamari enim solet propter vicinū incendij ignē grassantē. Vndē & per Iohelē prophetā dicitur: Ad te domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flāma succēdit omnia ligna regionis. Speciosa deserti, id est, mūdi huius (qui à sanctis deseritur) sunt potētes, ditates, nobiles, fortes, delitiis affluētes, sublimes & gloriosi

F
Hier.
Discipuli
irerpellāt

Clamare
compellūt
quatuor.

Iona. 1.

Aqua tri
bulatiōis.

Matt. 14.

Matt. 8.

Ignis ge-
henne.
Iohel. 3.

DOMINICA SECUNDA

& huiusmodi. Quis enarrare sufficiat, quā multos horū iam vorax gehennę flamma in perpetuum cruciandos suscepit: Et non solū istos quasi speciosa deserti, sed & eiusdem ignis flāma succēdit omnia ligna regionis, id est, innumerum sine nomine vulgus. Ignis, inquit, succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima, deuorabitque terram cum germine suo, & mōtium fundamenta comburet. Terra cum suo germine, terrenos significat humines cum mundi huius pereuntes vanitate. Porro mōtium nomine, superbi designantur. Horum fundamenta ignis irę Dei comburet, quandoquidem id quodcunque fuit de quo superbiebant, gehennę flamma eis abstulit.

¶ Vulgò dicitur: Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet. Qui sunt parietes proximi, nisi quacunque necessitudine tibi iamdudum coniuncti, qui te moriendo præcedentes, nunc in gehennę supplicii ardent? Ardent inquā, & forsan propter illas iniquę quęstas opes quibus nunc tu gaudes, vel ob illa certè vel eadē peccata in quibus & tu versaris, partem utique cum illis (nisi dum tempus est, respicias) post paululū habiturus. Crede vel exultantis inter gehennę incendia quondam diuitis ac splendidi epulantis clamori: Crucior in hac flamma.

Luc. 16.

G
Gladus
iudicij.
Ezec. 21.

¶ Tertiò clamādum est in oratione propter æterni iudicij quasi exitialis atq; metuendi gladij formidinē, iuxta quos per Ezechielē dicitur. Iste acutus est gladius, & iste limatus est, vt sit in manu interficientis, clama fili hominis & vlula. Gladius iste, id est, extremi sententię iudicij, gladius inquā iste, nō solum acutus est, vt corpus simul, & animi feriat, sed & limatus & splendēs, vt vniuersis tam angelis quàm hominibus sit cōspiciuus. Quinetiā & promptus est, vt sit in manu interficiētis (id est, potestate iudicis Christi) non solū in die nouissimo, sed & in morte cuiuslibet iniqui exercēdus. De quo gladio per virum sanctū dicitur:

Iob. 19.

gite à facie gladij, quia vltor iniquitatū gladius est, & scitote esse iudiciū. Vndè & Psalmista: Nisi conuersi fueritis, gladiū suum vibrauit. De quo gladio suo, ipse dominus per

Deut. 32.

bestia in-
fernalis
inuasio.

id est, mundi huius amatores, qui non nisi caro sunt.

¶ Quartò clamandū est propter inuadentē diabolū, vtiq; bestiā omniū ferocissimā. Quis nō clamaret si ipsum vel Leo, vel Serpens, vel alia quęuis inuaderet bestia grassa-

rix & ra
de medic
altissimu
Dicit Ap
quam leo
rius san
orationis
ipse cōtra
instantia
angelum
die me S
magis el
est malè
ui ad dor
ventre in
¶ Sed ad l
reuertete
tantibus o

Ips
oues quę
¶ Quid er
lum suum
scitādas tr
dite in lu
Quid ergo
nti ad oue
fatio? Num
plebis Iud
misera gē
missus nisi
docebat Iu
gentiles a
alias oues
ter me ad
rouile & vr
gentilem t
omnibus i
¶ Preshgur
signo futu
prima quie
sim est ab

rix & rabiosa? Psalmista diciturus: Eripuit animam meam de medio catulorū leonū, prēmiserat: Clamabo ad Deum altissimum, Quis à facie harum non clamet bestiarum? Dicit Apostolus Petrus: Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiēs, circuit querens quem deuoret. Necessarius sanè contra hanc inuadentē nos bestiam clamor, est orationis. Siquidem oratio iugis, infirmitas est hostis. Et ipse cōtra se tela ministrat, qui hunc hostē suum precum instantia non fatigat. Clamauit voce magna Thobias ad angelum itineris sui comitem, dicens: Domine piscis inuadit me. Si clamauit quem piscis inuasit tentando, quantò magis clamandum est ei qui nunc in ventre huius piscis est malè viuēdo? Ait Ionas à cœto iam deuoratus: Clamauit ad dominum de tribulatione mea, & exaudiuit me de ventre inferi.

1. Petr. 5.

Tob. 6.

Iona. 2.

Sed ad literam Euangelicæ lectionis ab hac digressione reuertētes, quid discipulis pro muliere clamante interpellantibus dominus respōderit attēdamus. Sequitur enim:

Ipse autem respondens ait, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.

Quid ergo est quod per Esaiam Deus pater ad Christū filium suum loquens dicit? Parū est, vt sis mihi seruus ad suscitādas tribus Iacob & feces Israel cōuertēdas. Ecce dedite in lucē gentiū, vt sis salus mea vsq; ad extremū terrę. Quid ergo o domine sibi vult hoc verbū: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel? Quæ est ista excusatio? Nunquid factus es homo vt tantū saluares angulum plebis Iudeorū, & totum mundū relinqueres? Et nunc hæc misera gētilis obsecrat, rogās pro filia, & tu dicis: Nō sum missus nisi ad Israel. Sed ideo hoc ait, quia per se ipse solū docebat Iudæos, qui postmodum per suos discipulos etiā gentiles ad fidei gratiam vocauit. De quibus alibi dicit: Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnus ouile & vnus pastor. Hinc est q̄ vnā per se in corpore gentilem sanaturus puellam, non hoc antè quā probata omnibus incomparabili fide matris perficit.

H
Esa. 4.
Christus
non solus
iudæis
missus.
Orige.

Beda.

Ioan. 10.

Præfiguratum hoc fuit typo velleris Gedeonis, quod in ligno futurę liberationis populi Israel de manu Madiam prima quidē nocte foris in area expositū, mira roris infusum est abundantia, omnē vbiq; in circuitu locū occupāte

I
Iudith. 7
Figure
notabilia

DOMINICA SECUNDA

siccitate. In sequente verò nocte vice versa, expositum vt ante vellus area, inuentum mane est aridum, quum tot omnia circumquaque abundanter infudisset.

¶ In signum quippe liberationis humani generis de potestate principis tenebrarū, Iudaica gens (typo velleris designata) primū quidem gratia prædicationis & miraculorum Christi, quasi quadam abundantioris cœlestis irrigui profusione repleta est, eadem adhuc gratia nationibus gentium (quasi locis aridis) denegata. Postmodum verò Christo delictet iam glorificato) Apostoli Iudaicā gentē in sua obstinatā perfidia relinquentes, quasi iam siccitate damnata, ad gentiū nationes per orbem terrarū se cōuertētes, Evangelicæ prædicationis gratia, post longam ignorantie & siccitatem, quasi quadā indulgentioris pluuię cœlestis superinfusione, reddidere per fidē Deo fecundas. Christus ergo per semetipsum prædicando Iudæis, descendit sicut pluuia in vellus, qui postmodum in nationibus gentiū per suorum prædicationē discipulorum, descendit sicut stillantia super terrā. Et hoc est quod Apostolus testatur, dicens: Dico Christum Iesum ministrū fuisse circūcisionis (id est, ministrum verbi fuisse Iudæis) propter veritatem Dei, & adimplendas promissiones patrum, gentes autē super misericordia honorare Deum. Sicq; factum est, vt Iudæis veritas, gentibus (quibus nullę erant promissiones) misericordia facta sit. Vndē & per spiritum sanctum ore Psalmistę ad Dei gloriam inuitantur, quum dicit:

¶ Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Et mox per ora gentium vox diuinę laudis resonat, quum subiungitur. Quoniam cōfirmata est super nos misericordia eius, & veritas domini manet in æternū. Nō ergo negauit se Christus etiam saluandis gentibus à patre missum, sed vt per semetipsum Iudæis tantū & non gentibus prædicationis suę gratiam impartiretur se venisse agnoscat, & hoc propter veritatem Dei, qui promissionem hunc patribus, Israheliticę genti fore venturum, & sic promissiones Dei factę patribus implerentur. Vndē & ipse Christus apud Marcum mulieri huic legitur respondisse. Sine prius saturari filios. Quasi apertius diceret: Relinquit etiam vos qui de gentibus estis salutem cōsequamini, sed primò oportet Iudæos qui merito antiquę electionis filiorum Dei nomine solent censeri, pane cœlesti refici,

Roma. 15

Beda.

siccitate.
¶ Quum
fas nisi a
quasi & a
sit non a
fieret a

E T
iu
perest dic
plicis dep
ibi: Tunc
¶ Circa p
supplican
prudencia
ca primun
domo acc
pellantes
lieris fide
tala Vbi
minum ve
quit, totie
quiens) a
sed me. N
amoris e
infantem
que horre
tia, propr
quasi dica
cō magis
sibus & m
¶ Non ait
quid pote
pheticis im
nil prorsu
adorat. Pa
qui Chris
tur, quem

sic tandem gentibus vitæ pabula ministrat.

¶ Quum ergo discipulis respondens, dixit. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, hoc non ait quasi & ad gentes non missus sit, sed quòd primùm missus sit non ad Israel, vt illis recipientibus Euangelium, iusta fieret ad gentes transmigratio.

HOMILIA ALTERA.

ET illa venit, & adorauit eum dicens, Domine adiuua me. Matth. 15.

¶ In hac parte lectionis Euangelicæ de duobus superest dicendum, quorum vnum est. Iterata mulieris supplicis deprecatio. Alterum, benigna supplicatis exauditio tibi: Tunc respondens Iesus, ait illi.

¶ Circa primum duo sunt consideranda. Vnum est constans supplicantis scæminæ perseuerantia. Alterum, spectandæ prudentiæ, miranda patientia tibi: Qui respondens, ait. Circa primum dicit: At illa venit, illa, inquam, cui dominus in domo accedenti non responderat verbum. Illa quæ interpellantes pro se Apostolos vidit non exaudiri. Magna mulieris fides, magna patientia, perseuerantia magna & imitanda Vbi Hiero. Primùm, Christum filium Dauid, deinde, dominum vocat, & ad extremum adorauit vt Deum. Venit, inquit, toties iam contempta, & adorauit eum. Domine (inquiens) adiuua me. Non ait: adiuua & libera filiam meam, sed me. Nam filix malum suum putabat, tantus ei in filiæ amoris erat affectus, Et vtiq; non potest mulier obliuisci infantem suum, vt non misereatur filij vteri sui. Ait ergo quæ horrendâ dæmoniacæ filix suæ afflictionem & miseriam, propriâ reputabat: Domine adiuua me misertus mei, quasi dicat illa insensata iacet, ego verò miserrima mater eò magis illius cruciatum sentio, quòd illa iam amissis & sensibus & mente, se nescit exitialiter cruciari.

¶ Non ait vt pater lunatici illius apud Marcum pueri: Si quid potes adiuua nos misertus nostri. Ille Dei lege & prophetis imbutus, dubitat, Hæc nec legem nec prophetas edocta nil prorsus de eius dubitat potetia, quem vt Deum verum adorat. Pauci erant in Iudæa (vbi tamen notus canitur Deus) qui Christum verum Deum aut crederent aut confiterentur, quem tamen gentes vt Deum adorant & venerantur.

X iij Dign a

X
Virtutū
in muliere
specimen
imitandū.

Esaiæ. 29.

Mar. 9.

DOMINICA SECUNDA

Hiero.

Digna sanè sub cuius persona Ecclesiæ fides, patientia, & humilitas, prædicatur. Fides, quia credidit sanari posse suam suam. Patientia, qua toties contempta in precibus perseuerat. Humilitas, qua se in consequentibus non cani sed catulis comparat.

Beda.

Filia arrepticia mysticè.

L ¶ Porrò mysticè filia dæmoniosa pro qua mater postulat, anima quælibet est in Ecclesia malignorum spirituum magis deceptionibus, quàm conditoris sui mancipata præceptis pro qua necesse est mater Ecclesia dominum sollicitè interpellat, ut quam ipsa foris monendo, obsecrando, increpando, corrigere non valet, ille interiùs aspirando contingat, atque errorum tenebris conuersam, ad agnitionem lucis excitet. Verùm & si ad primas rogantis Ecclesiæ lachrymas dominus respondere (id est, postulatam errantibus sospitatè dare) distulerit, nec sic quidè à petendo, quærendo, pulsando, desistendum est, neq; impetrandi subeundo est desperatio, sed tanta potius perseuerandum instantia, tam obstinato frequentandus clamore saluator, tanta etiam sanctorum eius inter lætania appetenda suffragia, donec & ipsi de cælis domino pro audienda supplicent Ecclesia. Sicq; fiet ut si mentem ab intentione proposita mutauerit, nequaquàm fructu exauditionis priuetur, sed sicut pro sua fragilitate quis, seu pro aliis interuenerit, desiderato potiatur effectu. Nam & si quid nostram conscientiam habet auaritiæ, elationis, vanæ gloriæ, indignationis, iracundiæ, vel inuidiæ, cæterorumue vitiorum sorde polluta, filiam profectò habet malè à dæmonio vexatam, pro cuius sanatione supplex ad dominum currat, Quia nimirum cogitationem de corde progenitam, diabolica tolerat acerbamentatam, cuius emendationem à pio conditore, crebris, imò continuis debeat flagitare lamentis.

¶ Proinde, si quis bona quæ gessit fortè, periurij, furti, blasphemix, detractionis, rixæ, vel etiam corporalis immundiciæ, cæterorumue huiusmodi peste scædauerit, filiam habet immundi spiritus furiis agitatum. Quia videlicet actum quem bene laborando ædiderat iam diaboli fraudibus seruiendo stultè disperdidit. Ideoque necesse est, ut quum reatum suum cognouerit, mox ad preces lachrymarum que confugiat, sanctorum crebris intercessionibus auxilia quærat, qui pro animæ eius salute rogantes dominum dicant.

Preca

¶ Precar
multæ n
Dimitte
fectu qu
ta subm
id est, r
potius e
esse mu
instantia
te confic
tore A p
potuit fa
tissimi,
nata; cal
torè con
honæ ac
¶ Videns
pettinac
& nobis
expulsis
catorum
ctio bon
¶ Notan
meretur
hoc etia
quæ cogita
clesiam
longant
colunt C
omni se
exaudiri
hostis in
¶ Sciens
gratiam
da cogita
centium
deò vt r
num flu
lecto re
¶ Multi
vel tem

Precamur domine miserator & misericors, patiens, & multæ miserationis, dimitte eam quia clamat post nos. Dimitte reatum, & dona gratiam, quia nostrum intimo affectu quarit pronus suffragium. Necesse est etiam ut debita submissus humilitate, non iam se ovium Israeliticarum id est, mundarum cōsortio dignum iudicet animarum, sed potius cani cōparandum, & cœlestibus indignū arbitretur esse muneribus. Nec tamen desperādo à præcādi quiescat instantia, sed indubitata mēte de largitoris summi bonitate confidat. Quia qui de latrone confessorem, de persecutore Apostolum, de Publicano Evangelistā, de lapidibus percussit facere filios Abraham, ipsē etiam canem impudentissimū, cōvertere Israeliticā possit in ouē, cui merito donatæ castitatis, & vitæ æternæ pascua largiatur, id est peccatorē conuersum à via sua mala iustū facere, & quē merito bonæ actionis ad regnum cœleste perducatur.

M
Precū instantia cōmendatur

Videns quoque dominus tantū fidei nostræ ardorem, tā pertinacem orandi perseverantiam, tandem miserebitur & nobis quoq; sicut volumus fieri concedet, ut videlicet expulsis vitiosarum tumultibus cogitationū, dimissis peccatorum nexibus & pura nobis serenitas mentis, & perfectio boni operis redintegretur.

Notandum interea quod hæc orandi pertinacia, ita solum meretur esse fructifera videlicet, si quod ore precamur hoc etiam mēte meditemur, neque aliò clamor labiorū quā cogitatuū scindatur intuitus. Sunt enim qui intrantes Ecclesiam multis psalmodiam vel orationē sermonibus prolongant, sed alibi corde intendentes, nec ipsi quid dicāt recolunt. Ore quidem orantes, sed mente foras vagantes, omni se orationis fructu priuant, putantes, à Deo precem exaudiri, quam nec ipsi qui fundunt audiūt. Quod antiqui hostis instinctu fieri nemo est qui advertere nequeat.

Attenta mente precandum.

Sciens enim orandi utilitatem, & inuidens hominibus gratiam impetrandi, immittit eorum mentibus multimoda cogitationum leuium & aliquando etiam turpium nocentiumq; phantasma, quibus orationem impendiat, adeo ut nonnunquā tales tantōsq; discurrentiū cogitationum fluctus prostrati in oratione toleremus, quales nec in lecto resupini iacentes tolerare nouerimus.

Multū autem iuuat orantis puritas, si in omni loco vel tempore nos ab actibus temperem⁹ illicitis, si semper

ab

Preca

DOMINICA SECUNDA

*Orantis
puritas.*

ab ociosis sermocinationibus auditum pariter castigemus & linguam, si in lege Dei ambulare, & testimonia eius assuescamus toto corde scrutari. Quæcunque enim sæpius agere, loqui, vel audire solemus, eadē necesse est sæpius ad animum, quasi solitam propriamque recurrant ad sedem.

¶ Et sicut volutabra sive palustria, columbæ limpida solent frequentare fluentia, ita cogitationes impuræ mentem immundam perturbant, castam spirituales sanctificant. Sane si ad exemplum Chananæ mulieris in orando perstem fixique manemus, aderit gratia conditoris nostri, qui cuncta in nobis errata corrigat, immunda sanctificet, turbulenta serenet. Fidelis enim & iustus est, ut remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate, & si ad illi ipsi sedula voce clamemus.

¶ Circa secundum quod est spectandæ prudentiæ mira mulieris patientia subditur.

Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.

*Nota.
Mira super
plicis &
humilia
tio & fi
des.*

¶ Patet hinc mulieris huius constantiæ & humilitatis insigne præcipuum, quæ canibus comparata à domino, nec sic quidem ab instantia precandi desistit, vel à sperando pietatis munere mentem reuocat, sed susceptam libenter complerata contumeliam, non solum canibus se similem non negat, sed & catellis se ipsam æquiparandam adiungit, prudenterque argumento domini sententiam confirmat, nec tamè à cæptæ petitionis suæ improbitate quiescit.

¶ Confirmat nanque sententiam domini, cui dicenti: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, respondit: Etiam domine, Hoc est veraciter ut asseris domine, ita est. Nam catelli non integrum filiorum accipiunt panem, neque enim id conuenit, sed catelli ipsi tantum de micis edunt, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Puta mulierem dicere: Si canis sum, non omnino sum aliena. Canem me dicis, ergo vel de micis catellorum ut canem me nutri. Mensam domini mei relinquere non possum. Canem me confiteor, & mensa filiorum indignam. Sed tu ea qua es erga omnes pietate paululum mihi gratie

impartire

impartire
am se re
ctinis, q
quantula
sibi ad fa
¶ Possun
os Christ
illorum v
¶ Mira pr
gætes can
tarur. De
me canes
Videte ca
vbi per ci
cuncion
rem à lat
nam con
beo quæ
re, & vo
¶ Et atten
tione, mu
tem, Iude
rò canē.
fiata in a
eracerba
nomine i
parauera
¶ Morali
tim hære
noli, con
pia, vom
rabiem
fant. Isti
dit, dicer
dæ, de qu
mi nesci
minus m
Israeliti
fiduciæ,
pane dig
edunt d

impartire, vt videlicet sanetur filia mea. Ergo non aliam se reputat quàm quæ indigna sit integris domini doctrinis, quasi quibus Iudæi vescebantur epulis refici, sed quantulacunque ei à domino foret impartita gratia, hanc sibi ad salutem proficere posse putauerit.

¶ Possunt & per panem filiorum intelligi facta inter Iudæos Christi miracula, & in vniuersum quicquid ad salutem illorum vel dixit vel egit.

¶ Mira proinde rerum cōuersio, Israel quondam filius, nos gētes canes, sed pro diuersitate fidei, ordo nominū cōmutatur. De Iudæis Israelitis postea dicitur, Circumdederunt me canes multi. De quibus etiam per Apostolum dicitur: Videte canes, videte malos operarios, videte concisionē, vbi per concisionem, non sine contemptu significat concisionem, id est, ipsos concisos Iudæos. De nobis autem à latratu blasphemiae contradictionis, ad pietatis gratiam conuersis, ipse dominus alibi dicit: Et alias oves habeo quæ non sunt ex hoc oīili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient.

Philip. 3.

¶ Et attende quā anxie dominus benignitatis suæ dispēsatione, mulieris huius examinat patientiā, probat humilitatem, Iudæos nempe gentibus exosos, filios vocat, eam verò canē. Ipsa autē neq; cōtradicere ausa est, neque contristata in aliorum laudibus, neq; in proprio cōuitio vllaten⁹ exacerbata. Quin etiā Iudæos quos dominus illorū censuit nomine ipsa dominos vocat, & seipsam quam ille cani cōparauerat, ampliùs humilians, dicit catellam.

1048. 10:

¶ Moraliter canibus comparantur vniuersi impij, præsertim hæretici, vtpotē qui more canum sunt voraces, libidinosi, contentiosi, panem non ferunt, propria lambunt turpia, vomitum suum rursus sorbent, & faciliē vertuntur in rabiem, quod quum factum fuerit, accipere panem recusant. Isti sunt canes illi quos in Apocalypsi angelus excludit, dicens: Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, de quibus etiam per Esaiā dicitur: Canes impudentissimi nescierūt saturitatem. Porrò Chananitidis hæc quā dominus miseraturus per dispensationem canem vocauit, in Israeliticam ouem conuersa, tantæ fidei, humilitatis, fidei, perseverantiæ, & patientiæ merito, filiorum Dei pane digna, imò & Abrahæ filia facta est. Catelli, inquit, edunt de micis.

Canes moraliter. Apoc. 22. Esaias 56.

Hęc

DOMINICA SECVNDA

Q
Chryf.

Quæ sup
plicantem
Christus
disulit.

¶ Hæc profectò suberat ratio quæ illi dominus antè nec respondit verbum, nec interpellantes pro ea Apostolos, nec ipsam adèd fiducialiter in oratione perseuerantem exaudiuit, non quòd ipsi minus esset propitius, qui non ignarus erat ipsam se tadem exauditurum filiamq; eius à dæmonio liberaturum. Verùm, vt tantæ fidei patientiæ & humilitatis thesaurus (quem in ipsi latere sciebat pectore) nobis per imitationem captandus prodiret in lucem.

¶ Quomodo & cum Centurione egit, cui se promittebat venturum & sanaturum puerum eius, vt videlicet illi verbo occasionem daret, quod verbum tantopere erat ipse laudaturus, id est, Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus. Non secus hanc à principio precum suarum exaudire dissimulauit, vt huic verbo occasionem daret: Catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.

¶ At longè aliter superbi loquuntur Iudæi, quos hic dominus filios appellat. Siquidem filiorum nomine sublimantur, atque hinc in ampliorem elati superbiam, seipso hoc honore dignos vanissimè putauerunt. Semen (inquiunt) Abrahamæ sumus, nemini seruiuimus vnquam. Et rursus: Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnum patrem habemus Deum. Itaque quoniam superbis Deus resistit & humilibus dat gratiam, idcirco, multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno Dei, filij autem regni nomine, non re: uocatione non consequutione, id est Iudæi, superbia eorum promerente, erudientur in tenebras exteriores.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Tunc respondens Iesus ait illi, O mulier magna est fides tua.

¶ Hic ponitur benigna supplicantis exauditio. Vbi duo notantur. Vnum est, magnæ fidei in muliere commendatio. Alterum, maternæ fidei merito, filix liberatio. Ibi: Fiat tibi sicut vis.

¶ Circa primum apud Lucam dicitur: Et ait illi propter hunc sermonem vade, exiit dæmonium de filia tua. Quem alium sermonem nisi illum: Nam & catelli edunt

R de micis? Vndè rectè à pio saluatore qui preces illius non superba dedignatione, sed dispensatione prouida

(vt videlicet

de cordis

re meruit

¶ Magna

antiqua,

vel pro

pta peric

didicerat

pter quo

Quin &

liz (quan

ingentem

sumpisse

commen

Cui prius

se abiicie

honorat,

dasse rep

¶ Quis ex

petitioni

repulsam

que studic

perseuer

perseuer

domino,

¶ Proinde

cer posse

dentibus

tes, votis

ne fiducia

postulara

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

(vt videlicet tantem tātā fidei & humilitatis sermonem de cordis sui thesauro proferret) ad tempus distulit, audire meruit: O mulier magna est fides tua.

¶ Magnam sanè habebat fidem, quæ nec prophetarum antiqua, nec recentia ipsius domini miracula, præcepta, vel promissa cognoscens, insuper à domino toties cōtemp̄ta perseverat in precibus, & quem fama tātū vulgante didicerat saluatorem, rogando pulsare non omittit, propter quod & magnum postulationis consequitur effectū. Quin & plus quā postulabat accepit. Accepit enim filia (quā solam petebat) liberationem, accepit autem & ingentem (quā nunquam petere, imò nec cogitare præsumpserat) sui, fideique suæ, ab ore ipsius domini laudē & commendationem. O mulier, inquit, magna est fides tua. Cui prius non responderat deprecanti, imò quā quasi à se abiiciens canem dixerat, nunc præconio tantæ laudis honorat, vt nullam de filiabus Israel tanta laude commēdasse reperiatur.

¶ Quis ergo & nūc ipsum precibus pulsans, & si non mox petitionis suæ consequatur effectum, sed quodammodo repulsam patiens istius exemplo mulieris, sanctæ pertinaciæ studio in precibus & fiducia, humiliter & patienter nō perseveret? Sperandum sanè est duplo fore conferendum perseverantibus, quod ad tempus exaudire dissimulante domino, videbatur negatum.

¶ Proinde etiam & hoc nobis intelligi datur, fieri videlicet posse, vt nonnunquam etiam sanctis pro nobis intercedentibus non exaudiamur, ipsi verò pro nobis supplicantes, votis potiamur optatis. Vult enim nos deus in oratione fiducialiter perseverare, ne torpeamus diffidētia, dum postulata differuntur.

¶ Circa secundum, quod est maternæ fidei merito filia liberatio, subditur:

Fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

¶ Sicut hæc mulier pro seipsa rogavit, dicens: Miserere mei domine, fili David, filia malum, suum esse putans, ita & dominus respondens non dixit: Filia tua sanetur, sed: Fiat tibi sicut vis. Quasi dicat: Fides tua maiora etiā quā precis posset impetrare, iuxta quod per Sapientem dicitur: Desyderium suum iustis dabitur.

¶ Vide

Beda.
¶ Mulieris fides commendatur.

Fides quā impetrat.

Nota.

5

Prov. 12.

DOMINICA SECUNDA

¶ Vides ergo quemadmodū fides sola vtorū omniū obtineat impletionem. Si quis autē postulans hæsitaauerit, non æstimet homo ille quod sit aliquid accepturus à domino.

Qualis esse debet fides supplicantis.

Matt. 12

¶ Debet autem fides vt Dei beneficia mereatur, esse magna, magna, inquam, adhesionis certitudine, dicente Domino: Si habueritis fidem, & non hæsitaaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis: Tolle te, & iacta te in mare, fiet. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Debet etiam fides nostra vt magna sit, esse constans in aduersis, qualis illorum fides non est, qui ad tempus credunt, & in tempore temptationis recedunt. Magna erat Apostoli fides qui ait: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Denique magna debet esse fides nostra in contemptu terrenorum iuxta exemplum fidei quam habuit Moyses, de quo dicit Apostolus.

Luc. 8.

Roma. 8.

Hebr. 11.

¶ Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filie Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Itaque magna fides magna meretur. Vndè ait sanctus Cyprianus: Nostri tantummodo pectus sicut. Nam quantum illic fidei capicis afferimus, tantum inde gratiæ inundantis haurimas. Porro hæc quæ dicta sunt carmine cõprehendens Euangelicus vates, ait:

Hinc Tyrias partes Sydoniæque arua petentem
Anxia pro natæ vitio, quam spiritus atrox
Vexabat stimulis, mulier Chananæa rogabat.
Se canibus confessa parem, qui nare sagaci
Semper odoratæ recubant ad limina mensæ.
Assueti refluas dominorum lambere micas.
Vox humilis, sed celsa fides, quæ sospite nata
De cane fecit ouem, gentisque in sentibus ortam,
Contulit Hebræi de germine vescier agri.

Parulis Ecclesiæ fidē prodesse.

T ¶ Quum igitur cernas per fidem matris dæmonium expulsum à filia etiam absente, quid dubites fide sanctæ Ecclesiæ, quæ omnium nostrum communis est parens, diaboli potestatem effugari posse ab infantulo qui ante baptismum exorcizatur? Quis iam improbet fidelem & religiosam

ligiosam
radinem
ferunt, &
nus sicut
eius, ita
Vnde h
¶ Propter
eius dese
thechiza
dem & c
à diabole
agere bo

D C

R
E
tu
m

¶ In facta
hendunt
tatis olte
Christo in
est, calum
vidit. Qu
no, ubi: F
¶ Circa p
monij co
no, turba
br.
¶ Circa p
& illud er
¶ Vbi no
lo empyr
altissimo
cto meo.
dit in hun
vox clam

ligiosam

ligiosam quæ à principio in Dei Ecclesia inoleuit consuetudinem, qua fideles Deo pro suis paruulis fidem suam offerunt, & pro paruulorum futura fide spondent? quatenus sicut fide mulieris istius liberata est à dæmonio filia eius, ita & fide credentium peccata paruulis relaxentur. Vnde Beda.

¶ Propter humilem fidelémque matris sermonem filiam eius deseruit dæmonium. Quo nobis exemplum datur catechizandi & baptizandi infantes, quia videlicet per fidem & confessionem parentum, in baptismo liberantur à diabolo paruuli, qui necdum per se sapere, vel aliquid agere boni possunt aut mali.

DOMINICA TER-
TIA QVADRAGE-
SIMAE.

Erat Iesus eiiciens dæmonium & illud erat mutum. Et quum eiecisset dæmonium loquutus est mutus. Luc. II.

¶ In sacra presentis Euangelij lectione quatuor comprehenduntur. Primum est, in eiectione dæmonij diuinę virtutis ostensio. Secundum, per blasphemantes calumnię Christo impositio, ibi: Quidam autem dixerunt. Tertium est, calumnię mendacis vera confutatio, ibi: Ipse autem ut vidit. Quartum est, pię mulieris voce digna Christi laudatio, ibi: Factum est autem.

¶ Circa primum duo designantur. Vnum est, maligni dæmonij consideratio. Alterum, eiectione ab homine dæmonio, turbarum digna admiratio, ibi: Et admiratę sunt turbe.

¶ Circa primum dicitur: Et erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum.

¶ Vbi notandum est quod dæmon primò eiectus fuit de cælo empyreo propter suam superbiam qua similis esse voluit altissimo. Vnde & ad eum dicitur: Eieci te de monte sancto meo. Abiectus autem, exercitandis hominibus cecidit in hunc aërem caliginosum, & in terram. Vnde est illa vox clamantiũ in cælo angelorum & dicentium: Væ ter-

A
Diabolus
primũ cæ-
lo eiectus.
Ezec. 28.
Apoc. 12.

DOMINICA TERTIA

re & mari, quia descendit ad vos diabolus habes iram magnam, sciens quia modicum tempus habet. Modicum enim est ei usque ad diem iudicii tempus omne tantę suę expedita malitię. Et re vera breue est tempus omne, quod aliquando finietur interminabili collatum æternitati.

tria diabolus sibi usurpauit.

¶ Porro diabolus in hunc inferiorem delapsus mundum tria sibi usurpare præsumpsit. Vndè per Christum eiicitur, videlicet: Primò diuinos honores per cultum idololatricę, vndè Christus eum virtute suę passionis & mortis, Apostolis per vniuersum mundum prædicatibus, detestatis eisdolis, eiicit. Hinc enim propinqua iam passione sua nunc princeps huius mundi eiicitur foras. Vndè & per

Ioan. 12. Zacha. 13

Zachariam prophetam loquente domino fuerat prænoticiatum: Auferam spiritum immundum de terra.

¶ Secundò, arripuit sibi tyrånide sæua dominium humani corporis, dum illud subintrans, horribili cruciatu immenter cõcutit & discerpit. Sed & hinc eum Christus imperio suę diuinitatis eiicit. Vndè in Euangelio scriptum est: Corrauit multos qui vexabantur variis languoribus, & demonia multa eiiciebat. Vbi etiam paulò antè dicitur: Et mirati sunt omnes, ita vt cõquirerent inter se dicentes: Quisnam est hoc? quanam doctrina hæc noua? quia in potestate spiritibus immundis imperat: & obediunt ei?

Marc. 1.

¶ Tertiò, diabolus per peccatum subintrans, vendicat sibi cor humanum, quasi serpens antrum, & quasi latro spelæcam suam sibi illud efficiens. In Apocalypsi scriptum est, clamante angelo & dicente: Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demoniorum, & custodia omnis spiritus immundi. Babylon confusio interpretatur, & significat animam peccatricem, quę diuinę legis ordine detestato, versa est in confusionem. Hęc gemina cadens ruina, à fide videlicet, & operibus, habitatio fit demoniorum. Sed hinc quoque per Christum eiicitur, dum immisso sacro charitatis igne, procedentem inde lachrymosę compunctionis fumum immundus spiritus ferre non sustinet hanc relinquit.

Apoc. 18.

¶ In cuius rei typo Thobiam angelus docuit, dicens: Corde particulam si super carbones ponas, fumus eius extrahit omne genus demoniorum, siue à viro, siue à muliere.

Thob. 6. Dæmonium quale.

¶ Porro quale fuerit dæmonium quod presenti lectio- ne à Christo memoratur eiectum, ostendit Euangelista

quum di
suo male
cerat. Ap
sed & ce
loquere
peritatis
nio libe
& quotic
pullo pr
laudem
¶ Dicit C
monem
dè etiam
ribus) die
au lit, ne
necessita
dum lo
superuen
Qui aute
tas erat
¶ O pesti
tur atq;
cet & au
tamẽ via
q; feroci
dò illi pe
bundũ, ip
¶ Sanè tr
mò, à lau
pnam est
sent omni
uit. Vnd
tibi, neq
diabolus
ceptis à
gratiaru
per mur
¶ Secunde
dacia co
sibi asin
loquitur

quum dicit: Et illud erat mutum, non quidem in se, sed in suo maleficio, quo possessum à se hominem mutum effecerat. Apud Mattheum demoniacus iste, nō solum mutus, sed & cecus fuisse, curatusque memoratur à Christo, ita ut loqueretur & videret. Tria signa simul in vno homine perpetrata sunt. Cecus videt, mutus loquitur, possessus à demone liberatur. Quod tūc quidem carnaliter factum est, sed & quotidie completur in conuersione credentium, ut expulso primū demone, fidei lumen aspiciant, deinde in laudem Dei tacentia prius ora laxentur.

Matt. 12.

Hierony.

(Dicit Chrysostomus: Hominem hunc non modò per demonem cecum & mutum, sed & surdum factū fuisse. Vndè etiam secundum Theophylactum mutus ille (ut in pluribus) dicitur, qui non loquitur, sed magis propriè, qui nec audit, nec loquitur. Qui enim à natiuitate nō audiunt, ex necessitate nō loquuntur. Ea enim loquimur, quæ per auditum loqui didicimus. Si quis tamen ex aliqua passione superueniente auditum amiserit, hūc nihil prohibet loqui. Qui autem in Euangelio à domino curatus legitur, & mutus erat lingua, & surdus erat auditu. Vndè Chrysost.

¶ O pestiferam demonis astutiam, ut tranqueuiam occupauit atque obstruxit, quibus ille erat crediturus, visum scilicet & auditum, quin etiam & linguam, ne cōfiteatur quas tamè vias Christus reserauit. Vbi etiam potestas diabolice ferocitatis ostenditur, ut animum quoque hominis (modò illi permittatur à Deo) si velit insanum reddat & furibundū, ipsumque hominem cecū, mutum, & surdū faciat.

¶ Sanè tribus modis hominem diabolus facit mutum. Primo, à laude Dei & actione gratiarū. Nam sicut in Iob scriptum est, quum laudarent Deum à sera matutina, & iubilarent omnes filij Dei, iste per inuidiam à Dei laude obmutauit. Vndè & alibi dicitur: Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. In hunc mundum plerosque diabolus à Dei laude mutos effecit ut pro innumeris acceptis à Deo donis, laudem nullam, nullam Deo reddant gratiarum actionem, sed magis porcorū ad morem semper murmurent, etiam comedentes.

¶ Secundo, facit mutum à proferenda veritate, & ad mendacia comminiscenda faciendum, ut videlicet huiusmodi sibi assimilet, qui quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & mendacij pater. Hinc per Apo-

Mut^o trib^o modis.

Iob. 38.

Esa. 38.

104. 1. 8.

Y stolum

DOMINICA TERTIA

Actu. 5.
 solum Petrum cuiusdam à spiritu mendacij decepto dicitur: Quis tentauit Sathanas cor tuum mentiri spiritui sancto? At longè aliter Apostolus Paulus: Deponetes, inquit, mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra.

¶ Tertiò facit hominem mutum ad delicti sui confessionem, vel ingerendo pudorem, vel suspicando proditiõem, vel desperationem suggerendo, vel certè penitentiam cõtemnendo. Vndè Glossa. Mutum vel surdum dicit demonium, quod hanc ingerit passionem, vt diuinum verbum non audiat. Nam demones auferentes apertitudinem humani affectus, obrundunt animę nostrę auditum. Idcirco venit Christus vt eiiciat demonium, & audiamus verbum veritatis. Vndè em sanauit, vt vniuersalem pregustationem faciat humanę salutis.

¶ Circa secundum, quod est eiecto demonio turbarum admiratio, subditur:

Et admiratæ sunt turbæ.

D Apud Matthæum habes: Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Nunquid hic est filius Dauid? Ob misericordiam vtique, & beneficia, filiũ Dauid prædicant. Turbæ igitur, est, minores illi, domini facta mirantur, & multis sunt causa salutis admiratio, maiores autem ea blasphemabant.

Populorum fides comendatur.
 ¶ Turbis, quę minus eruditę videbantur, domini semper facta mirantibus, scribę & pharisęi, vel negare hæc, vel negare nequuerant, sinistra interpretatione peruertere laborabant, quasi hæc non diuinitatis, sed immundi spiritus opera fuissent. Vndè sequitur.

¶ Circa tertium, principale dicitur.

Quidam autem eorum dixerunt: In Beelzebub princepe demoniorum eiicit demonia.

E Hic notatur per blasphemantes calumnię impositio. Vnde duo sunt consideranda. Vnum est, indigna Pharisęorũ blasphemia. Alterum, tẽtantium Christum cęca perfidia. Et alij tentantes.

Futuri sceleris indicium.
 ¶ Circa primum attende vt diuinę virtutis miraculũ quod propter sui euentiam negare (vt dictum est) non poterunt, conati sunt peruertere & contaminare, dicentes: In Beelzebub princepe demoniorum eiicit demonia. Dicit Marcus hos fuisse scribas qui descenderant ab Ierosolymis,

mis, & dicitur
 cipe dan
 Nec fin
 ab Ieroso
 tendeban
 se perse
 ba à Gal
 & ab Idu
 donem m
 ad eum.
 domioun
 gentium.
 prouincia
 Sed scri
 lum perse
 bonis fug
 rum cum
 gentiles
 lide eius
 In Beel
 monia, B
 trat vna
 mica vo
 muscaru
 delices in
 nomine, p
 Porro i
 go altius
 magne ci
 pellata,
 mine Bel
 dei conf
 Wadè fa
 emore gl
 licet & la
 diabolus
 in idolo
 hoc Assy
 Palestini
 quique se
 omnium

mis, & dixisse: Quoniam Beelzebub habet, & quia in prin-
cipe demoniorum eicit demonia.

(Nec sine causa qui tantum blasphemie domino inferebat, *Beda.*
ab Ierosolymis descēdisse dicuntur, sed futurum utique por-
tendebant, eum a civibus vrbis illius vsque ad mortem esse
persequendum. Legimus quidem supra quia multa turba
a Galilea & Iudaea sequuta est eum, & ab Ierosolymis
& ab Idumaea, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Si-
donem multitudo magna, audientes que faciebat, venerunt
ad eum. Turba ergo ab Ierosolymis veniens, sequuta est
dominum sicut & ab aliis regionibus Iudeorum, siue etiam
gentium. Quis enim nesciat Idumeam, Tyrum, & Sidonem
provincias siue civitates fuisse gentilium?

(Sed scribe ab Ierosolymis descendentes blasphemis il-
lum persequebantur horrendis, quia nimirum sic erat pas-
sonis sue tempore futurum, ut turba illum populi Iudeo-
rum cum psalmis ac laudibus Ierosolymam perduceret,
gentiles videre desiderarent, sed scribe & seniores popu-
li de eius nece tractarent.

(In Beelzebub, inquit, principe demoniorum, eicit de-
monia, Beelzebub qui Deus quondam erat Accaron, quae
erat una ex civitatibus Philistinorum, ipse est Baal. zebub
musca vocatur. Beelzebub ergo baalmuscarum, id est, vir
muscarum, siue habens muscas interpretatur, ob sordes vi-
delicet immolatorum cruoris, ex cuius spurcissimo ritu vel
nomine, principem demoniorum Iudei cognominabant.

(Porro idoli huius occasione, idololatriae ratio atque ori-
go altius est repetenda. Itaque Ninus rex Assyriorum eius
magna civitatis conditor que a nomine suo Ninive est ap-
pellata, statuam fecit in honorem patris sui defuncti, no-
mine Beli, cui tantum honoris deferri cepit, ut ad hanc &
confluentes promerita evaderent supplicia.

(Unde factum est ut suggerente diabolo & vano hominum
errore gliscēte, divini honores eidem statuæ, thura vide-
rentur & sacrificia tandem attribuerentur. Quod cernens
diabolus ut miseros mortales perniciosius deciperet, ce-
pit in idolis huiusmodi etiam responsa dare petentibus. Idolum
hoc Assyrii Belum, Babylonij Bel, Moabite Beelphegor,
Philistini Baal, & interdum Baalim, Accaronitæ Beelzebub
quique secundum suae regionis linguam vocaverunt. Et quia
omnium idolorum hoc primum idolum fuit, ideo Iudaei

Beelzeb.
4. Reg. 1.

E
idolola-
triae pri-
ma occa-
10.

DOMINICA TERTIA

hoc tantæ habebant (vt iam dictum est) abominationi, vt
vel omniũ dæmoniorũ principem hoc censeret nomine.
Ex hoc perpendo quanta & quã acerba hæc fuerit in
Christum contumelia, quum blasphemantes dicunt eum
vel beelzebub habere, vel magnum esse, qui beelzebub
praesidio fretus, eiecisset dæmones.

¶ Quod si quæras vnde moti fuerunt tam indigna de Chri-
sto loqui: Dicendum hos nulla neque vera (quod absit) me-
que vero simili ratione motos hanc quam ex patre medi-
ci) diabolo cõceperant euomuisse blasphemiam, imò ne
credidisse vera esse quæ ipsi dicebant, sed inuidia & o-
furore stimulos, ad tam indignam ruisse contumeliam
nec attendisse quid diceret, sed solum, vt contumeliosissi-
mè diceret. Inuidia enim non querit quid dicat, sed solum
vt dicat. Et ideo nulla malitia peior est inuidia. Adulteri
breui complet peccatum suum, inuidus autem nunquam
quiescit, sed sicut scarabei nutriuntur stercore, ita in
infortuniis pascuntur aliorum.

Chrysof.

Peccati
in spiritu
sanctum
grauitas.

Mar. 13

¶ Porro iudei dicentes Christum in beelzebub eiecere
monia, grauissimo peccato sese contaminauerunt, id est
peccato in spiritum sanctum, quia agnitam impugnant
veritatem. Vnde apud Marcum dominus loquitur dicens
Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis ho-
minum peccata & blasphemia, quibus blasphemauerunt
qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non habet
remissionem in aeternum, sed reus erit aeterni delicti.
quoniam dicebant: Spiritum immundum habet.

Matt. 22

¶ Apud Matthæum verò sic: Quicumque dixerit verbu
tra filium hominis remitteretur ei, qui autem dixerit contra
spiritum sanctum, non remitteretur ei neque in hoc seculo
neque in futuro. Sanè contra spiritum sanctum dicitur
contradicit ei quod spiritus sanctus aperte cordi eius ma-
nifestat.

¶ Circa secundum, quod est tentantiũ Christum circa pe-
fidia, subditur.

G
Cyrillus.

¶ Et alij, tentantes, signum de cælo quærebant ab eo
ab eo cæleste videre portentum. Quasi dicerent: Quom-
uis ab homine dæmonium eiecisset, non tamen hoc est
vix operationis sufficiens argumentum. Nondum enim
vidim⁹ aliquid præcis miraculis simile. Moyses enim tri-

dixit popu-
lem stare f-
oitendisti.
quod huic
tar erga Ch-
¶ Signum,
gata in mo-
vel in simil-
nitua, cor-
& illa calu-
sombus ac-
¶ At tu qui
uitate ser-
vique resp-
nue de cor-
tamen qua-
rum aspect-
derant sign-
Moysen &
nis resurre-
signorum, c-
in Deus
quam in hi-
requisim-
¶ Antiqui
gnis crede-
vostẽs si-
tate, quasi
signi habe-
dici signa p-
in à domi-
¶ prodigia
no mala &
pe signum
dis superbi-
minati, si h-
deatur, si a-
¶ Et vique
positus est
oris: hoc v-
lum, & p-
dus

nium sancti Simeonis prophético spiritu futura cernentis & dicentis. Positus est hic (vtrique infans Iesus filius Dei saluator mundi) in signum. Sed attende quid subsequitur adiunxit: In signum, inquit, cui contradicetur.

¶ Itaque signum maiestatis est sublimi petentibus perfidum signum humilitatis, signum paupertatis, signum denique infirmitatis & passionis, & abiectissimæ mortis obtinetur, tamen hoc signo cæci & omnium miserissimi, licet non miserandi, se erudiri & tentari non intellexerint, sed non voluerint intelligere.

¶ Circa tertium principale dicitur:

Ipse autem ut vidit cogitationes eorum, dixit:

¶ Hic ponitur calumniæ mendaciis abundans confutatio. Vbi duo sunt notanda. Vnum est, ipsa blasphematum infamissima confutatio. Alterum, iniquæ calumniæ in auctoribus suis retorsio, ibi: Quum immundus spiritus.

I
Signū di-
uinitatis.
1ere. 18.

¶ Circa primum dicit Euāgelista: Ipse autē ut vidit cogitationes eorū. Hoc euidentius suū signum diuinitatis, quā vultū fuisse visibile de cælo portetum. Quis enim scrutatur renes & corda nisi solus Deus? Præuū, inquit, est cor hominis & inscrutabile, quis cognosceret illud? Ego dominus scrutans corda, & probans renes. Et rursum alibi: Homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor. Quum itaque pharisæorū hæc contra dominum cogitatio esset inrationabilis, metu multitudinis non audebant hæc disuulgare, sed tacitam animo versabant. Christus autem non ad dicta, sed ad cogitata eorum respondit, ut vel sic cōpelleretur credere potētiae eius qui cordis cernebat occulta. Hoc enim nec dæmon ipse nec aliqua per se potest creatura. Sed ille solus (ut iam dictū est) de quo per Apostolum dicitur: Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, nec est illi creatura inuisibilis in conspectu eius.

1. Reg. 17

Hierony.

Hebr. 4.

¶ Porro dominus cōfaturus tentantes & calumniantes, nequaquā ad hoc scripturas allegauit, prout antè fecerat, ubi Sathanam tentantem scripturarum telis abegit, sed potius impias eorum suspensiones, rationibus firmis acque parentibus fortiter infregit, quod ad scripturas (quas falso interpretabantur) testimonia (vtrique in hoc diabolo peiores) non fuissent attenturi. Respondens ergo ex his quæ cōmuniter accidunt, pluribus rationibus se non in Beelzebub (ut illi blasphemabant) sed propriè

diuinitatis
ret ostendi

Omne re-
mus sup-
sum di-
citis in B

¶ Ratione p-
cere de mor-
binus, iuxta
nunc interi-
dicit, cōcor-

maximas q-
plorū & plu-
¶ Simile ali-
legimus, Q-
dum filij A-

dominum,
dibom scilicet
fuerent ut p-

¶ Iam &
moris Scir-
hoc perpetu-

tere vulner-

discordiam
rensimam
grom in se-

videt, hoc e-
nim aut ci-
nam regnum

¶ Dicat ergo
eicio, disse-
amplius ha-
ter, quarum
¶ Si autem
habuit regni
necis noc-
regnum suū
¶ Sathanas
tat, quin

divinitatis virtute eiicere daemones, mansuetè & patienter ostendit. Harum rationum prima, talis est:

Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & Sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius quia dicitis in Beelzebub me eiicere daemonia?

Ratione plana, probat se nequaquam in Beelzebub eiicere daemonia, dicens: Omne regnum in se diuisum desolabitur, iuxta quod per Osee dicitur: Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Vndè etiam hoc loco Hiero. Post Salust. dicit, cõcordia res paruas crescere, discordia verò etiam maximas quasque dilabi. Cuius rei & his temporibus exemplum & plus satis conspicimus.

Simile aliquid factum fuisse temporibus Iosaphat regis legimus, Quum enim congregati essent cõtra eum in praesentium filij Amõ & Moab, & Idumæi, & Iosaphat inuocasset dominum, vertit dominus insidias eorum in semetipsos, solum scilicet Moab & Amon & montis Seir, qui egressi fuerent vt pugnarent contra Iudam & percussi sunt. Nam filij Amon & Moab consurrexerunt aduersum habitatores montis Seir, vt interficerent & delerent eos. Quumque hoc perpetrassent, etiam in semetipsos versi, mutuis conciliere vulneribus. Ecce vt eorum fortitudo per intestinam discordiam soluta, & ad nihilum redacta est. Patet ergo verissimam esse Christi propositionem istam: Omne regnum in se diuisum, desolabitur, sed & domus supra domum cadet, hoc est, dissentientium pars vna supra aliam Domum aut ciuitas si fuerit diuisa, velociter dissipatur, & eorum regnum quo tamen nihil est validius. Firmat enim & regnum & domos concordia ciuium.

Dicit ergo iam Christus: Si ego per daemone daemonia eiicio, dissentio inter daemones est, & perit virtus eorum, nec amplius habent in hoc mundo locum aduersariae potestatis, quarum inter se bellum, pax hominum est. Vndè subdit: Si autem & Sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius? Non enim Sathanas sibi ipsi repugnat necis nocet satellitibus, sed potius statui mala cõcordia regnum suum.

Sathanas ergo Sathanæ non aduersatur, vt hunc eiicit, quin magis alius alium pertinaciter adiuuat in-

*K
Regnum
disco: die
desolandu.*

2. Par. 20

Cyri.

Hieron.

*Damonis
cõco: dicit.*

DOMINICA TERTIA

Matt. 16. malignitate. Alioqui diaboli regnum nequaquam confiteretur, quod falsum esse probatione non indiget. Incessanter enim regum diaboli Christi regnum impugnat, licet impotenter. Nam (vt ipse ait) portæ inferi non proualebunt aduersus eam, nimirum Ecclesiam Christi. Patet ergo Sathanæ quaecumq; regnum & perseuerare, & stare quod sine concordia nequaquam posset fieri, quod tamen esset consequens, si quod impudenter & sine oratione dicitis verum esset, quod videlicet in Beelzebub eiicerem demonia. Hæc prima domini contra calumniatores blasphemos defensio, secundum subdit dicens:

Si autē ego in Beelzebub eiicio dæmonis, filii vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.

Iud. ei cur a filiis iudicandi. **L** Non dicit discipuli mei tamen si de iis loquatur, sed filii vestri, volens vtiq; eorū permulcere furorem. Iudæi namq; & à iudæis secundum carnem exorti sunt Christi discipuli, qui potestatem super spiritus immundos à Christo acceperant, & oppressos ab eis in Christi nomine liberabant. Quādo ergo, inquit, filij vestri in nomine meo Sathanam conterunt, quantæ est dementia dicere me in virtute Beelzebub eiicere dæmonia?

Beda. Nec dubitantum est de aliis hoc eum q̄ de suis dixisse à discipulis iudaici populi filiis. Qui vtiq; domini discipuli bene sibi conscij erant, nihil se malarum artium à bono magistro didicisse, vt & ipsi in principe dæmoniorum existerent dæmones. Ideo, inquit, ipsi iudices vestri erunt, in quibus non artificiosa malignitas, sed sancta simplicitas merito virtutis apparet, ipsi testes mei, iudices erunt vestri, Ne tantum sicut Ninuitæ & regina Saba sui comparatione, sed vt assessores magni perfidiæ vestræ iniquitatem iudicantes condemnabunt, iuxta promissum domini, quoniam Amen dico vobis, q̄ vos qui sequuti estis me, in regeneratione, quum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel. Cōstat ergo eos interrogatione prudenti, vt confiteantur quod ipse fecerat, opus esse spiritus sancti. Ac si dicat:

Perversi de christo iudicium in d. eorum. **S**i expulsio dæmonum in filiis vestris. Deo non dæmonibus deputatur, quare idem in me opus non eandem habebat causam? Ego enim non minoris sum virtutis quam discipuli mei filij vestri, quibus ego dedi virtutem & potestatem super

super omnia
virtute m
sueritis q
pellit tan
vos & om
cit inuidi
los agere
(Ceterum
putant pe
diorū pp
ra dices c
aliovent
rent Si en
pus erat c
monium e
nd, qui ha
nia eiicer
sustineren
nid putari
sum posse
nid putab
odo in Ch
sum homi
tales exor
Itaque l
ne confut

Porrò
uenit i

Nomine
quomodo
dicebāt, d
tis manit
cha? dixi
tis & ali
re debeat
Dicitur
onem do
hominum
magis ap
brachiū,

super

super omnia demonia. Quum ergo vos non ignoretis eos virtute mea demones depellere, sed nec unquam eis impuleritis quod in Beelzebub eicerent demonia, quid vos impellit tam indigna de me & sentire & loqui, nisi ea quae vos & omne de me iudicium vestrum excecat & pervertit invidia? Quod si non demonum sed Dei virtute haec illos agere non diffitemini, quare de me non idem sentitis? Ceterum, non verosimilis eorum esse videtur opinio qui putant per hos Iudaeorum filios exorcistas quosdam ex Iudaeorum populo designari, qui per arcana quaedam, id est, characteres quosdam & carmina, quasi a Salomone quodam adinuenta, ab obsessis hominum corporibus demonia pellunt. Si enim tales eo tempore fuissent in populo, quid opus erat concurrentes turbas adeo mirari Christum demonium eiicientem, ut etiam opinarentur filium esse David, qui haec posset efficere, id est, nouo miraculo demonia eicere? Profecto si hoc & alij quoque Iudaei possent, non sustinerent pharisaei sine contradictione, hunc filium David putari, quum & alij plerique per dictam artem, hoc ipsum possent, qui propter hoc tamen nequaquam filij David putabantur. Sed nec sustinuissent pharisaei invidia & odio in Christum indurati, quempiam a demonio obsessum hominem, ut liberaretur, ad Christum adduci, qui per tales exorcistas liberari potuisset.

Itaque Iudaeorum iniquissima cogitatione, valida ratione confutata, ex altera parte concludens dominus, ait.

Porrò si in digito Dei eiicio demonia, profectò peruenit in vos regnum Dei.

Nomine digiti Dei, Dei virtus, & Dei spiritus significatur, N quomodo & malefici Pharaonis in tertio signo deficientes dicebát, digitus Dei est iste, id est, spiritus Dei, diuinæque virtutis manifestatio. Ergo quod Lucas digitum Dei dicit, ubi Matthaeus dixit: spiritum Dei, ab eadem sententia non recedit, quin potius & aliquid docet, ut nouerimus quemadmodum intelligere debeamus ubique scripturarum legimus digitum Dei.

Dicitur autem spiritus sanctus digitus Dei, propter partitionem donorum quae in eo dantur unicuique propria, siue hominum, siue angelorum. In nullis enim membris nostris magis apparet partitio quam in digitis. Igitur manus & brachium, Dei filius est & digitus eius spiritus sanctus. Per
filium

M
Falsum est
se quod de
exorcistis
iactatur.

Digitus
Dei.
Exo. 8.
August.

DOMINICA TERTIA

filium enim pater cuncta operatur. Et sicut digitus non est alienus à manu, sed ei naturaliter insitus, sic spiritus sanctus consubstantialiter connexus est filio, & per eum omnia filius operatur. Non tamen te scandalizet membrorum inæqualitas, quum ædificet corporis unitas.

Beda.

¶ Itaque in expulsiōe dæmonum magnæ gratiæ & virtutis esse spiritus sanctus ostēditur. Et ideo sicut rem aliquā digito demonstrare solemus, ita virtutem & omnipotentiam Dei, miracula commonstrant & arguunt. Quum autem dicit se Christus in digito Dei eiicere dæmonia, hoc non tantum instructionem habet, sed & grauem ludæorū redargutionem. Quasi diceret eis Christus: Quid cogitatis blasphemantes in cordibus vestris, quod in Beelzebub eiiciam dæmonia, digitus Dei est hic, id est, magna & insignis diuinæ virtutis manifestatio, quam & malefici Pharaonis cognouerunt, & vos hanc cognoscere contemnitis.

*Ambr^{osi}
Regnum
Dei ut in
Iudeos
peruenit.*

¶ Conuenienter autem subdit inferens: Profecto peruenit in vos regnum Dei. Hoc est, si ego homo existens, in spiritu diuino eiicio dæmones, ditata est humana natura in me, & aduenit regnum Dei. Quod dicens, simul etiam ostendit imperialem quandam esse spiritus sancti potestatem in quo regnū est Dei, Quasi dicat: Quum hæcenus ab vobis lapsu prothoparētis Adæ vsque ad eodē diabolus in mūdo regnauerit, ut etiam homines totos obsideret, nunc tandem me in virtute spiritus Dei dæmonia eiiciēte, peruenit vobis in vos regnum Dei, dum pulso diabolo spiritus Dei per me regnat in bonis, ut sit in vobis regnum fidei, cuius fidei merito ad regnum tandem perueniatis æternum.

Lūc. 3.

¶ Hoc regnum & iohānes & ipse Christus prædicauerant, dicentes: Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Vbi etiā mira Christi elucet benignitas Iudæos ad fidem inducentis, & ne diuinæ virtutis opera diabolo attribuerēt, ac si diceret: Quare aduersus salutem vestram repugnatis, quare miracula quæ in cōmodum vestrum facio cōtemnitis? Ecce si in digito Dei eiicio dæmonia, iam nunc in vos peruenit regnum Dei, iam præsto vobis adest illa gratia, quàm tantopere tot retrō seculis patres vestri summis votis exoptarunt. Itaque contra salutem vestram nolite contendere, nolite malignari, ne sitis ipsi vobis contrarij, Dei regno (cui & dæmones cedere cōguntur) impotentēter & vestram ad perniciem repugnantes.

Proinde

*Proinde
illos, ma
tenus se E
tor deuid*

*Quum
sunt ca
ens vi
confide*

*Quia n
impia ref
manifesti
huius seculi
Qui forti
diabolum
na nostra
tam viole
& quasi ac
¶ Attrum
dominus
male pac
hū sine v
ceps mūd
mundi hu
Nunc pri
one benē
¶ Si autem
arma ei
distribuet
cordi fall
tur, sed f
beraret.
¶ Atma in
sunt nequ
eo decepi
triumpha
na homin
angelist
doctores.*

Proinde dominus tertia ratione adducta, conuincit phariseos, manifestè ostendens, dæmonibus eiiciendis nullatenus se Beelzebub indigere præsidio, nempe qui hūc fortior deuictum superauit. Vndè subditur:

Quum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.

Quia necessarium erat diuersis rationibus detrahētium impia refellere mendacia, vitur nunc dominus exemplo manifestissimo, quo demonstrat volentibus intueri, quòd huius seculi principē insita sibi virtute superauit, dicens: Quū fortis armatus custodit atrium suum. Fortem vocat diabolum, innuens antiquam eius tyrannidem, quam ignauia nostra fortem efficit. Erat enim ante saluatoris aduentum violentia multa rapiens alienos greges (scilicet Dei) & quasi ad proprium ducebat ouile.

Atrium verò illius, mundum qui in maligno positus est, dominus appellat, in quo vsque ad saluatoris aduentum malè pacato potiebatur imperio, quia in cordibus infidelium sine vlla cōtradictione quiescebat. Vndè & alibi princeps mundi vocatur, dicente domino: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Et iterum: Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. De qua eiectione benè subiungitur:

Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. De seipso quippe loquitur, quod non concordia fallax operatione, quemadmodum calumniabantur, sed fortiori potentia victor, homines à diabolo liberaret.

Atma in quibus ille fortis confidebat, astutiae doli que sunt nequitiae spiritualis. Spolia verò eius, ipsi homines ab eo decepti, quæ victor Christus distribuit, quod est insigne triumphantis, qui captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, quosdam quidem Apostolos, alios verò Evangelistas, hos prophetas, illos in pastores ordinans & doctores.

P
chryf.

Fortis armatus.

Cyrillus

Beda.

Atrium & pax diaboli.

Ioan. 12.

Arma diaboli &

spolia.

Ephes. 4.

Porrò

DOMINICA TERTIA

Pax diaboli qualis.

Mat. 10.

Hierony.

psal.

ciril.

¶ Porro, quod dictum est, in pace fuisse omnia quæ ante diabolus possederat, de ea intelligendum est pace, de qua per Christum in Euangelio dicit: Non veni pacem mittere sed gladium. Est enim & pax mala, & bellum bonum. Bellum enim per Christum immissum est bonum, ut rumperetur pax mala. Mala est pax coniuratum aduersus Ecclesiam catholicam. Mala est pax eorum qui priorum omnium cœtum exosum habentes, conuenientes aduersus dominum, & aduersum eius Christum dicunt: Venite disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vestrum. ¶ Est itaque sententiæ summa, ut manifestum sit Christum non in diaboli, sed in virtute Dei signa facere, quandoquidem ea ipse esset potestate, ut etiam ipsum diabolum vinceret ac superaret, Spolia, inquit eius distribuet. Qui enim dudum irretiti fuerant ab eo in ignorantia Dei errorem, per sanctos Apostolos euocati sunt ad notitiã veritatis & oblati sunt Deo patri per fidem in Iesum Christum filium eius. ¶ Quarto probat dominus in eiciendis dæmonibus nequaquam se Beelzebub indigere suffragiis, quum subdit dicens:

Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum dispergit.

Christi & diaboli opera contraria.

Ioan. 11.

chryf.

¶ Quasi dicat: Ego illius opera egeo minimè qui mihi contra studiis aduersatur. Diabolus autem est eiusmodi, quod per hoc patet, quia ego colligo, ille dispergit. Ego colligo in fidei vnitatem, ille per sectas & scismata, per odia & tumultus, vnitos dispergit. ¶ Sanè diabolus est lupus qui rapit & dispergit oues, Iesus autem moriturus erat (inquit Euangelista) pro gente, & non tantum pro gente (scilicet Iudæorum) sed etiam ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Puta Christum dicere: Ego volo homines offerre Deo. Sathanas conatur auferre. Qui ergo fieri posset, ut qui mihi non cooperatur, sed dissipat quæ mea sunt, tam consentaneus mihi fieret ut vnà mecum eiceret dæmones? Et quum ille à me collectos satagat dispergere, qui fieri posset, ut is qui mihi refragatur sathanas, eiciendis spiritibus immundis vnitatem mihi subministraret? ¶ Qui non est mecum contra me est. Nihil mediij Necessarium enim est ut vel Deo coniunctus quisque sit, vel contra

Deum

Deum à
sumq; fa
tra eum
ipsa ope
enim d
& salu
ille trah
go posse
diuersa
cere me
opera q
¶ Et lice
dixerit,
heretici
cum dia
trium e
mouent
Nulla en
concitã
¶ Porro
conuinc
sua cath
boli part
enim no
vno (& d
sua cath
ca est, &
tum (vtr
contrari
¶ Qui
lat per I
dicit: Re
¶ Postqu
luminari
ostēdit v
cogitati
tas exier
requiem

Deum à parte stet diaboli. Itaque quum diabolus vniuersumq; satellitum eius cum domino nequaquam essent, contra eum fuisse certum est: quadoquidē (vt iam dictum est) ipsa opera diaboli operibus Christi aduersantur. Diabolus enim damnationem vult animarum, Christus liberationē & salutem. Ille prædicat idola, hic vnus Dei veri notitiā: ille trahit ad vitia, hic ad virtutes reuocat. Quomodo ergo possent inter se habere cōcordiam, quorum opera tam auersa sunt? Quid itaque suspicamini in Beelzebub eicere me dæmonia, quum ille mihi in omnibus contrarius, opera quoque mea dispergat?

¶ Et licet verba hæc dominus præcipuè contra diabolum dixerit, possunt tamen de membris ipsius, scismaticis & hæreticis intelligi, qui quoniam à parte Christi non stant, cum diabolo & pro eo & stare & cadere cōuincuntur. Nutriunt enim odia, seminant discordias, iurgia miscunt, cōmouent seditiones, constituunt sectas, parant rebellionē. Nulla enim vnquam hæresis absque seditionibus & bello concitatur.

¶ Porro hi qui se neutrales esse volunt, hoc Christi verbo conuincuntur neutrales esse nō posse. Si enim cum Ecclesia catholica pro domino aduersum eos non stant, pro diaboli parte contra dominum eos stare manifestum est. Qui enim non colligit cum eo, utiq; dispergit. Proinde vel hoc vno (& quidem argumento certissimo) discernitur Ecclesia catholica à conuenticulis hæreticorū, videlicet, q̄ vnica est, & non nisi in vnitrate consistit, vbi sectas hæreticorum (vniueque synagogas Sathanæ) scissas dispersasq; & sibi contrarias, ac in partes varias constat esse diuisas.

¶ Circa secundum, quod est iniquæ calumniæ in authores suos retrorsio, subditur in litera:

Quum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, querens requiem. Et nō inueniēs, dicit: Reuertar in domum meam vndē exiui.

¶ Postquàm dominus iniquam & falsam Phariseorum calumniam iustis ac manifestis rationibus à se reiecit, nunc ostēdit vndē hoc illis contigit, vt ad tam indignas de ipso cogitationes laberentur, dicens: Quum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa querēs requiem.

¶ Quod

Hiero.

R
Qui non christi, diaboli satellitū est

Ecclesia, & cōuenticula sic differūt.

DOMINICA TERTIA

Cyrillus. Quod enim exemplū hoc ad Iudeos spectet, Mattheus
Matt. 12. expressit, dicens: Sic erit generationi huic pessime. Quā-
Iudeos ha- diu enim erant in Aegypto viuentes ritu Aegyptiorū, ha-
buisse de- bitabat in eis per idololatriā spiritus immūsus, qui expro-
monium. fus est ab eis quando mactauerunt agnū in figura Christi,
Ambro. & liniti sunt eius sanguine, & sic euitauerūt angelum ce-
 terminatorem. Itaq; in vno homine à quo immundus est
 spiritus, totius populi Iudaici comparatio est, à quo spiri-
 tus ipse malignus (modo quo dictum est, & etiam per legē
 acceptā) exierat. Sed quia in gentibus, quorum corda prius
 quasi loca arida erant, quæ postea per baptismum rore spi-
 ritus humescebant, propter iam susceptam fidem Christi,
 requiem diabolus reperire non potuit (immūsus enim in
 ritibus Christus incendium est) regressus est ad plebē Iu-
 deorum, hos deterius quā vnquam antē possederat. In-
 que ipso impulsore Iudei Christum falsis contumeliis bla-
 sphemabant dicentes eum habere Beelzebub, & immun-
 dorum spirituum captare praesidia. Quam falsam calum-
 niam verissima ratione in eos retorquet, dum hos à dia-
 bolo septuplo quā olim ostendit occupatos.

Haereti- Quod etiā non incōgruē secundum Bedam, de haeretico
cus diabo- quolibet vel scismatico, vel etiam malo catholico potest
li recepta intelligi. De quo, tēpore baptismatis spiritus immūsus qui
culoni. in eo prius habitauerat, ad cōfessionē catholice fidei ab-
 renunciationēq; mūdāne cōuersationis, eicitur, loca
 inaquosa perageret, id est, corda fidelium, quæ à molli-
 fluxæ cogitationis expurgata sunt, callidus tentator ex-
 plorat, si quos ibi fortē nequitie gressus figere possit.

Et bene dicitur: Querens requiem & nō inueniens, quia
 castas mentes effugiēs, in solo diabolus corde prauorum
 gratam sibi potest inuenire quietē. Vndē & de illo in Iob
 dominus loquitur, dicens:

Iob. 40. Sub umbra dormit, in secreto calami, in locis humen-
Cubile bus. Protegunt umbrē umbrā eius. Ecce diaboli cubile. In
diaboli. umbra, inquit, dormit, vbi videlicet sol iustitię gratię suę
 radiis minimē lucet. In secreto calami, hoc est, in hypocri-
 tis & fictis, peccataque sua celantibus, sanctitate & virtute
 more calami vacui, & cōtravim tentationis fragilibus. In
 locis humētib; id est, hominibus carnali voluptate de-
 fluentibus. Protegunt umbrē umbram eius, videlicet, quā-
 do carnales & pravi homines, similiū sibi peccata, vel co-

operiunt
 Reuert
 Abibo a
 timendu
 culpam
 riam et
 Et qu
 vadit
 se, & in
 lius, pe
 Apud M
 scopis m
 dzorū, &
 eamus h
 ira defe
 habeban
 & tradit
 suam pri
 habitae p
 iora prio
 possiden
 lesam, q
 tiam. Qu
 suscepit
 prouisio
 ra privar
 nura, &
 Porro si
 consentu
 quam ad
 ritus ven
 pūmatis
 operis in
 domum v
 inuentam
 tiam, vac
 simularis
 Et tunc
 res se, &
 rauerfa

operiunt, vel excusant, vel etiam defendunt.

Reuertar, inquit, in domum meam, vnde exiui. Hoc est, *Beda.*
Abibo ad Iudaeos quos ante dimiseram. Sed & nobis quoque
timendus est iste versiculus, potius quam exponendus, ne
culpam quam in nobis extinctam credebamus, per incu-
tiam etiam nos vacantes opprimat. Sequitur:

Et quum venerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc
vadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores
se, & ingressi habitant ibi. Et sunt nouissima hominis il-
lius, peiora prioribus.

Apud Matthaeum scriptum habes: Et veniens inuenit vacantem
scopis mundatam & ornata. Vbi Hiero. Vacabat templum Iu-
dorum, & Christum hospitem non habebat, dicentem: Surgite
eamus hinc. Et in alio loco: Relinquetur vobis domus ve-
stra deserta. Quia igitur & Dei & angelorum praesidia non
habebant, & ornati erant superfluis observationibus legis
& traditionibus Pharisaeorum, reuertitur diabolus ad sedem
suam priorem, & septenario sibi demonum numero addito,
habitat pristina domum. Et sunt illius populi nouissima pe-

iora prioribus. Multo enim nunc maiori numero demonum
possidentur, blasphemantes in synagogis suis Christum
Iesum, quam in Aegypto possessi fuerant ante legis noti-
tiam. Quia aliud est venturum non credere, aliud cum non
suscepisse qui venerit. Vnde Chry. Prius aderat eis diuina
provisio, & gratia spiritus sancti, nunc vero etiam hac cu-
ra priuantur. Propter quod eis nunc, & virtutis maior pe-
nuria, & erumna intensior, & demonum exactio sauior.

Porro si haec ad eos qui intra Ecclesiam catholicam esse

consentur referte voluerimus, facile est intelligere, quia
quum ad cuiuspiam horum animi domum immundus spi-
ritus venerit, inuenit scopis mundatam, hoc est, gratia ba-
ptismatis a peccatorum labe castigatam, sed nulla boni
operis industria cumulata. Vnde bene Matthaeus hanc
domum vacantem, scopis mundatam, atque ornata dicit
vacantem, mundatam scilicet a vitiis pristinis per Dei gra-
tiam, vacantem a bonis actibus per negligentiam, ornata
simularis virtutibus per hypocrisim.

Et tunc vadit & assumit septem alios spiritus nequio-
res se, & ingressi habitant ibi. Per septem alios spiritus
vniuersa vitia designat. Quemcumque enim post baptismam,
siue

*Ioan. 14.
Matt. 23
Iud. i, do
mus vacas*

Beda.

*Reclini
grauitas.*

DOMINICA TERTIA

sue prauitas hæretica, seu humana cupiditas arripuerit, mox omnium prosternet in ima vitiorum. Vnde rectè nequiores tunc cum spiritus dicuntur ingressi, quia non solum habebit illa septem vitia, quæ septè spiritualibus contraria sunt virtutibus, sed & per hypocrisim, ipsas se virtutes habere simulabit.

¶ Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Melius erat enim viã veritatis nõ agnoscere, quàm post agnitam retrorsum cõuertere. Quod in Iuda traditore, vel in Socrone mago, ceterisque talibus specialiter legitur impletum. Si enim illustrati, & à pristinis malis remoti deinde redimus ad eandem nequitiam, grauior deinceps erit pena sequentium peccatorum.

2. Petr. 2
chrysof.

¶ Circa quartum principale dicitur:

Factum est autem quum hæc diceret, extollens quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.

V Hic ponitur piæ mulieris confessione digna Christi laudatio. Vbi duo notantur. Vnum est, piæ laudis per mulierem confessio. Alterum, deuotæ cõfessionis per Christum approbatio, ibi: At ille dixit.

¶ Circa primum dicit Euangelista: Factum est autem quum hæc diceret, rationabiliter & manifestè phariseos calumniatores conuincens, vt mulier quædam à laude se conuenere non sustinens, de medio turbæ in Christi preconium vocem extollens clamaret. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Vbi Beda.

Mira mulieris fides

¶ Magnæ deuotionis & fidei mulier hæc ostenditur, quæ Scribis & Phariseis dominum tentantibus, simul & blasphemantibus, tanta eius incarnationem præ omnibus syncretitate cognoscit, tanta fiducia confitetur, vt & presentium proteruam calumniam, & futurorum cõfundat hæreticorum perfidiam. Nam sicut tunc Iudæi sancti spiritus operibus blasphemando, verum cõsubstantialémque patri filium negabant, sic hæretici postea negando Mariam semper virginem sancti spiritus operante virtute nascituro ex humanis membris vnigenito Deo carnis suæ materiam ministrasse, verum cõsubstantialémque patri filium hominum fateri non debere dixerunt.

vera christi probatur humanitas.

¶ Sed si ne virgiter quætur. Quæcusque eiusdem quor emmentina filio fugit & innotuit. ¶ Sed huiusmodi Deus filius enim autem te, sed natiuitali, carnis ex carne qui origines tra Eucharistia (cuius) de medicis qui te portauit Beata portauit. Qui cœlestis Numen a Imperium Gradia nec primus ¶ Circa factum At illi Dei, ¶ Hoc nõ dantis quæ sit fuisset nisi Christi partem, ¶ Ceterum nunt, etiã huiusmodi Dei co

¶ Sed

(Sed si caro verbi Dei secundum carnem nascentis, à carne virginis matris pronuntiatur extranea, sine causa venter qui eum portasset, & vbera quæ lactassent beatificatur. Quæ enim consequentia, vt eius lacte credatur nutritus, cuius semine negatur esse conceptus, quum ex vnius eiusdemque fontis origine secundum Physicos vterque liquor emanare probetur? Nisi fortè putanda est virgo seminatam suæ carnis materiam, nutriendo in carne Dei filio suggerere potuisse, incarnando autem quasi maiore & insoluitiore miraculo, minimè potuisse.

(Sed huic opinioni obstat Apostolus dicens: Quia misit Deus filiū suum factum ex muliere, factum sub lege. Neque enim audiendi sunt qui legendū putant, natum ex muliere, sed non factū ex muliere, quia conceptus in vtero virginali, carnem nō de nihilo, non aliunde, sed materna trahit ex carne. Alioqui nec verè filius hominis diceretur, qui originē non haberet ex homine. Et nos igitur his contra Euthicē dictis, extollamus vocē cum Ecclesia catholica (cuius hæc mulier typum gessit) extollamus & mentem de medio turbarum, dicamūsq; saluatori: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Et verè vt quidā ait, Beata parens, quæ enixa est puerpera regem.

Galat. 5.
Error te-
merario-
rum cōsu-
tatur.

Qui cælum terramque regit per secula, cuius Numen ab æterno complectens omnia gyro, Imperium sine fine manet, quæ ventre beato Gaudia matris habens cum virginitatis honore, Nec primam similem visa est nec habere sequentem.

Sedulius.

(Circa secundū, quod est deuotæ confessionis per Christum approbatio, subditur in litera:

At ille dixit: *Quinimo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.*

(Hoc nō fuit respōsum, quasi repudiantis matrē, sed ostēdētis qd nihil ei partus profuisset, nisi valde bona & fidelis fuisset. Quod si Mariæ nō proderat sine virtutibus animi Christum ab ea ortum traxisse, multò minus nobis, siue patrem, siue fratrem, siue filium virtuosum habeamus, & interim ab illius abistamus virtute, prodesse valebit.

X
chryso-
stomus.

Beda.
Spiritu
liter chri-
stū acci-
pe
re & pa-
tere.

(Cæterum, pulchrè Saluatori attestatiōni mulieris annuit, etiā addens non eam tantummodo beatam quæ verbo Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes qui

Z idem

DOMINICA QVARTA

idem verbum spiritualiter auditu fidei concipere, & boni operis custodia, vel in suo, vel in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint, asseuerat esse beatos. Quia & eadem Dei genitrix & inde quidem beata, quia verbi incarnandi ministra facta est temporalis, sed inde multo beatior, quia eiusdem verbi semper amandi, custos manebat aeterna. Qua sententia sapientes Iudæorum clam percutit, qui verbum Dei non audire & custodire, sed negare & blasphemare quærebant.

¶ Et est sensus: Vtique beatus est venter qui me portauit, & quæ suxi vbera, vti confiteris, sunt beata. Nihilominus tamen & hi beati sunt & fœlices, qui Dei verbum & audiunt, & custodiunt, ne veniens diabolus tollat verbum de corde eorum, ne per illud salui fiant. Nec tamen propter hoc beatiores, vel æquè beati sunt etiam sancti qui verbum Dei & audierunt & custodierunt vti electa Christi genitrix Maria, quæ & Dei verbum de se incarnatum virginali gestauit in utero, & nihilominus cœlestis verbi mysteria quæ auditu fidei perseuerat, mente memori conseruans, piouigiter versabat in animo. Vndè & beatus Lucas in Euangelio perhibet, dicens: Maria autem conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo.

Luc. 2:

DOMINICA QVARTA
TA QVADRAGESIMAE.

Abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis. Ioan. 6.

¶ In sancta præsentis Euangelij lectione quatuor sunt consideranda. Primum est, multitudinis turbarum post Christum concursio. Secundum est, de concurrente multitudine pia Christi sollicitudo, ibi: Quum subleuasset ergo. Tertium est, esurientium multitudinis miranda relectio, ibi: Dicit ergo Iesus. Quartum est, diuinæ virtutis signum, notanda consequutio, ibi: Vt autem.

¶ Circa primum tria norantur. Primum est, Christi per mare Galilææ navigatio. Secundum est, Ingentis turbae post Christum profectio, ibi: Et sequebatur eum. Tertium est,

est, Loci S
Circa pr
quod est T
ni, & que
primum m
fecit vire
Quor au
Dicebant
eius dicit
mon & Iu
Vndè ergo
¶ Herodes
inquit, Io
ntes oper
abie trans
¶ Secundu
rant domi
quæ Ioan
si, vel eiu
ntus infi
pus illis s
fuit, non
parces iui
fimal & o
¶ Nam plu
ditare qu
miraculus
gelitis m
colligitur
si fuisse de
no pasc
fionis esse
¶ Et propt
myri vo
Septembr
Iohannis B
fama diem
eius eadem
cudium,
¶ Porro iu
quod mu
est,

et, Locis & temporis notanda designatio, ibi: Subiit ergo.

(Circa primum dicitur: Abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis. Vndè autem, vel quò, vel quur abierit, & quæ sequuntur fecerit, Matthæus patefacit, videlicet primum vndè abierit, quia de patria sua Nazareth, vbi nõ fecit virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

Quur autem inde abiit, nisi quia scandalizabatur in eo. Dicebant enim: Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas, & sorores eius, nõne omnes apud nos sunt? Vndè ergo huic omnia ista?

Herodes quoque Tetrarcha fama eius audita, Hic est, inquit, Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo, propter hæc à patria sua discedens, abiit trans mare Galilææ quod est Tiberiadis.

Secundum Lucam verò: Reuersi iam Apostoli narrauerunt domino quæcunque fecerant, nec ea solùm, sed etiam quæ Ioannes, eis in docendo occupatis, sit passus, vel Christi, vel eiusdem Ioannis discipuli ei renunciant, sicut Mattheus insinuat. Vndè quod apud Lucam scribitur: Et assumptus illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaida, non timore mortis egit, vt quidam arbitrantur, sed parcens inimicis suis ne homicidio homicidium iungeret, simul & oportunum suæ passionis tempus expectans.

Nam plus quàm anni spatio Ioannis & domini passiones distare qui diligenter Euangelia legerit, inueniet. Siquidè miraculum panum dominus tribus consentientibus Euangelistis mox post decollationem Ioannis impleuit. Vndè colligitur Ioannem imminente eadem festiuitate paschali fuisse decollatum, & anno post hunc sequente, quum deinde paschale tempus rediret, mysterium dominicæ passionis esse completum.

Et propterea quod in martyrologio (quod Eusebij & Hieronymi vocabulis insignitum est) legitur, quarto Calèdas Septembris, in Emisa ciuitate Phœnicie prouinciæ, natale Ioannis Baptistæ die quo decollatus est, nõ specialiter ipsam diem decollationis eius, sed diem potius quo caput eius eadem Emisa ciuitate repertum, atque in Ecclesia est cultum, designat. De quo plenius apud Bedam reperies.

Porro iuxta historiam, notandum est quòd mare Galilææ quod multis pro diuersitate circumiacentium regionum

A

Matth. 13.

Mare Galilææ quur abiens trāsit

Luc. 9. Beda.

Passiones Christi, & Ioannis quantum distant. Nota.

B Beda.

DOMINICA QVARTA

vocabulis distinguitur) illis tãtũ in locis Tiberiadis vocatur, vbi Tiberiadi adiacet ciuitati. Siquidem influente Iordane, duo de viginti passuum milibus in longum, & quinque extenditur in latum.

¶ Itaque quod accepto de nece Ioannis nuncio Christus iuxta Marcum dixit discipulis: Venite seorsum in desertũ locum, & requiescite pusillum, & cætera, causa requietionis ipsorum hoc fecit. Erant enim qui veniebant & rediebant multi, & nec manducandi spatium habebant.

Fœlicitas temporis. ¶ Vbi magna temporis illius fœlicitas de labore simul & docentium & dicentium studio demonstratur, quæ vtinam nostro in æuo rediret, vt tanta ministris verbi frequentia fidelium insistat auditorum, quæ nec liberũ eis curãdi corporis spatiũ concedat. Nam quibus necessaria curãdi corporis hora negatur, quantò minus illecebris animæ fœditatis carnis studẽdi facultas adest: Quin potius à quibus verbi fidei & salutare ministerium oportunè importunè exigitur, horum animus consequenter ad agenda semper & cogitanda cœlestia succenditur, ne ea quæ verbis docent, factis impugnent. Quod ergo hic dicitur: Abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis, hoc ipsum est, quod

Marc. 6. cap. 14. apud Marcum post præmissa subditur: Et ascendentes in nauem abierunt in desertum locum seorsum. Non discipuli soli, sed assumpto domino ascenderunt in nauem, & locum petiere desertum, vt Matthæus apertè demonstrat. Et viderunt, inquit Marcus, eos abeuntes, & cognouerunt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos.

C ¶ Dum pedestres eos præuenisse dicuntur, ostenditur quid non in aliam maris siue Iordanis ripam nauigio perueniunt discipuli cum domino, sed transito nauis aliquo sinu aut stagni sinu, proxima eiusdem regionis loca adierunt, quo etiam indigenæ pedestres peruenire potuerunt.

apert. christus à iudeis vt ad gentes trãsit. Iere. 12. Ioan. 5. ¶ Sed mysteria sunt hic nonnulla requirẽda. Abiit, inquit Iesus. Ecce palàm est quia abiit, quia reliquit domum suam dimisit hereditatem suam. Reliquit enim domesticos suos carnis, falsos & semetipsos fallentes Moysi discipulos, quibus antè dixerat: Si literis illius non creditis, quomodo credetis verbis meis? Et longè abiit, ad suscitandos multos tuos quos voluit, nempe ad suscitandos de lapidibus, quod est, gentibus, filios Abrahæ, ad dandum cibum & vitã omnibus

nibus à quibus
Abiit tra
via & nau
qua tamen
videlicet
est) pass
nobisque
nauigium
Qui vult v
cem suam

¶ Cir

Et seq

signaque

(Apud Lu

tangere, q

ritualiter

ma sequeb

co cœlesti

minus in c

botur cred

¶ Postqua

ductus vit

nox eum

ritualiter

cum Psalm

luntatem

sua sanar

sa mea. Et

alimenti.

te enutrie

¶ Ci

Subiit

scipulis

¶ Ergo, in

in montẽ

altauit qu

nibus

nibus à quibus æquè vt patrem se nouit honorificadum.
 Abiit trans mare Galilææ, id est, transmigravit amara
 via & navigatione difficili, scilicet portatus ligno crucis,
 qua ramen triumphauit omnes fluctus suæ passionis quod
 uidelicet mare est Tiberiadis, quia (quod omnibus notū
 est) passus est sub Pontio Pilato præfide Tiberij Cæsaris,
 nobisque (magne gentium multitudini) eiusdem crucis
 nauigium ad sequenda uestigia sua reliquit. Vndè ipse ait:
 Qui uult venire post me abneget semetipsum & tollat cru-
 cem suam & sequatur me.

Matt. 16

¶ Circa secundum, quod est ingentis turbæ post
 Christum profectio, subditur:

*Et sequebatur eum multitudo magna, quia uidebant
 signaque faciebat super his qui infirmabantur.*

D

¶ Apud Lucam scriptum est: Omnis turba quærebat eum
 tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Spi-
 ritualiter uero abeūtem per mare Iesum multitudo maxi-
 ma sequebatur, quæ doctrinæ sanationis & refectionis ab
 eo cœlestis, summa munera perciperet, quia priusquàm do-
 minus in carne appareret, solū illum gens Iudæa seque-
 batur credendo.

Luc. 6.

Beda.

Turbatur

Christum

sequitur.

¶ Postquam uero per incarnationis suæ dispensationem
 fluctus uitæ corruptibilis adiit, calcauit, transiit, maxima
 eum multitudo credentium sequuta est nationum, spi-
 ritualiter instrui, sanari ac satiari desiderans, & deprecans
 cum Psalmista: Domine ad te confugi, doce me facere uo-
 luntatem tuam. Miserere mei domine quoniam infirmus
 sum saname domine, quoniam cōturbata sunt omnia os-
 sa mea. Et iterum de fiducia consequendi ab eo necessarij
 alimenti. Iacta, inquit, cogitatum tuum in domino & ipse
 te enutriet.

¶ Circa tertium, quod est tam loci quàm tem-
 poris notanda designatio, subditur:

Subiit ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis.

Rupertus

Futuræ

Christi

gloriæ ty.

¶ Ergo, inquit, quia trans mare abiit, idcirco ipse quoque
 in montē subiit, quia uidelicet propter hoc illū Deus ex-
 altauit quia factus est obediēs usque ad mortem, mortem
 autem pas.

Z iij

autem pas.

DOMINICA QVARTA

autem crucis, & idcirco super omnes cœlos cœlorum ca-
put exaltauit quia de torrente passionis in via bibit.

¶ Et ibi, inquit, sedebat cum discipulis suis, proculdubio in
magna solennitate contemplationis, habens coram se-
opus suum, & religioso corporis habitu exprimens præpa-
rationem gloriæ & honoris, in quo sedere habebat in dec-
tra maiestatis in excelsis, & quodd ubi foret ipse, illic esset
simul & discipuli sui. Si enim omnis vita sapientis medita-
tio mortis est, quum tamen nesciat homo finem suum, qui
tò magis ipse qui nouerat, & pro suo arbitrio disponebat
cursum & finem suum, quem latere non poterat quæ vili-
tas foret in sanguine passionis suæ cunctas humanitatis
suæ vias, secundum eundem finem suum coram se habe-
bat: Porro quàm congruo tempore sic procederet, Euange-
lista pulchrè innuit ita subiungens.

Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum.

Mortis christi p̄us.
E ¶ Festo quippe Iudæorum die qui dicitur pascha, id est, tri-
situs, quando agnus brutus in figura huius veri & rationa-
lis agni immolabatur, & cuius sanguine postes consecra-
bantur, & sic transitus filiorum Israel per mare rubrum, ce-
lebrabatur, tenendus erat hic idem dominus, & omnibus
sequentibus se viam maris rubri, id est, baptismi per
mortem suam paraturus, & omnia quæ hunc tam miracu-
lo panum quàm sermone commendat, in semetipso cõ-
pleturus.

christus cui defuit solennitati
¶ Quærat forsan aliquis, quær iam hoc tempore ab Ierusa-
lem secessit dominus, quò Iudæis illuc cõuenire per legem
præcipiebatur. Sed sciendum est ab hac lege exceptos fu-
isse non modò valetudinarios & infirmos, sed eos etiam
qui graues illic & periculosas habebant inimicitias & hac
ratione Christum cui in Ierosolymis Pharisei mortem in-
tentabant, ab hoc legis præcepto fuisse exceptum.

¶ Ad hæc quoque, quauis dominus venisset legem spiriti-
tualiter implere, attamen hanc tanquam legis dominus
ad literam interdum soluebat.

Vndè Theophylactus:

¶ Quia enim Iudæi Christum persequebantur, occasio-
nem recessus accipiens, legem exclusit, innuens obser-
uantibus quodd veritate adueniente, cessat omnis figura,
& quodd legibus ipse non subiicitur, vt legalia festa perfi-
ciat.

ciat. Et hoc
sed Iudæo.
Proinde le-
rum hanc
Caterum
de cong
esurientib
libus in ea
sanctæ me
se Christus
præfens m
tanti tamq
ne disere
¶ Bene erg
sterij tanta
Erat proxi
sed post an
lex, id est,
Iuxta enim
do ex hoc
tis tribulat
bus popul
dram cib
& animam
necessariu
(inquam)
fiat homin
ipfis, sed n
qui ventur
ipsum inte
orem pro
delicet in p
et hoc mu
bus se in e
de etiam n
culam de c
miraculis,
Circæ se
Quum s

ciat. Et hoc attēde, quòd non erat festum CHRISTI
sed Iudæorum.

Proinde legem seruans hominem se esse demonstrat, ve-
rum hanc soluens, plus quàm hominem, nempe Deum.

Cæterùm paschale tempus patrādo mox miraculo val-
de congruebat. Siquidem corporalis hæc refectio turbis
esurientibus à Christo exhibitā, typus erat exhibendī fide-
libus in eadem solennitate futuris temporibus, suæ sacro-
sanctæ mensæ conuiuij, vbi sub velamine panis & vini, ip-
se Christus æternę vitę cibus est & potus. Vndè & post hoc
presens multiplicationis panum miraculum de mysteriis
tanti tamq̃ue salubris sacramēti prolixo gratię suę sermo-
ne disserere dignatus est.

Bene ergo sacer Euangelista miraculum hoc, tanti my-
sterij tantęq̃; gratiæ exhibendæ typum, descripturus ait:
Erat proximū pascha. Non enim in longinquū differēdū,
sed post annum futurum erat, vt (sicut dictū est) mare Gali-
lææ, id est, amaritudinem iniret trāsmigrationis suæ, (Ga-
lilæa enim trāsmigratio interpretatur) videlicet transeū-
do ex hoc mūdo ad patrem per amarā passionis & mor-
tis tribulationem, ac deinde se per fidem sequentes tur-
bis populorum secundum animam refecturus erat san-
ctarum cibariis scripturarum, simulq̃ue secundum corpus
et animam, vt vtrunq̃ue vitam haberet, daturus in escam
necessarium corporis & sanguinis sui sacramentum. Hoc
(inquam) manifestè præsentī factō prophetauit. Vndè cō-
stitit homines istos tanto miraculo refectos, non à semet-
ipsis, sed nutu diuino dixisse, quia hic est verè propheta
qui venturus est in mundum, ipsumq̃ue Euangelistam hoc
ipsum intendere, quum præmittit (vt iam dictum est) Erat
autem proximū pascha dies festus Iudæorum. Quia vi-
delicet in paschali solennitate transeundo (vt dictum est)
ex hoc mundo ad patrem, relicturus erat nobis sequenti-
bus se in escam & potum corpus suum & sanguinem. Vn-
dè etiam non sine causa hoc vnum tantum & solum mira-
culum de omnibus quæ ab alijs Euangelistis descripta sūt
miraculis, ab hoc Euangelista iteratum est.

Circa secūdum principale dicitur:

Quum subleuasset ergo oculos Iesus.

Z iij

Hic

DOMINICA QVARTA

G Hic ponitur de concurrente multitudine reficienda Christi pia sollicitudo. Vbi tria notantur. Primum est, benigna domini oculorum subleuatio. Secundum est, eius qua conuenerat multitudinis contemplatio. Ibi: Et vidisset Tertium est, dispensatiua discipulorum de pacendis turbis conuulsio. Ibi: Dicit ad Philippum.

Ruper. **¶** Circa primum dicit: Quum subleuasset ergo oculos suos. Vt interposita coniunctionis istius, ergo, (quæ utique est nota illationis) vim teneas, illud memoriter sciendum est, quod idcirco & mare transierit, & subierit in montem, ut turba sequeretur, imò idcirco mortis amaritudinē passus sit, & in cælum ascenderit, ut nos eius vestigia sequentes ad thronum gratiæ per ipsum fiducialiter accederemus.

3^o ep^{is} p^{ia} subleuatio

psal.

¶ Quum subleuasset, inquit, oculos. Subleuati oculi Iesu, fenestræ salutis, & patentes misericordiæ iannæ sunt, per quas gratia & misericordia emittitur. Nā subleuatio oculorū Iesu, presens miserorum cōpactio est. Quomodo contra Psalmista de his quorum viscera crudelia misereri nesciunt & parcere nolunt, ait: Oculos suos statuerūt declinare in terrā. Et quidem peccata patrum nostrorū, qui peccauerūt, & nō sunt (quorum nos iniquitates portauimus) hoc merebantur, ut Iesus oculos suos in iram iustē depresso, minimē subleuaret. Verū extra debitum iustitiæ misericorditer de nobis recogitans, quū esset in sinu patris, prospexit de excelso sancto suo, & postmodū cælo dænuo receptus, aspecturus erat de cælo in terrā, ut audiret gemitus cōpeditorū, ut solueret filios interēptorū. Vndē & alibi Psalmista: Oculi, inquit, eius super gentes respiciunt.

Oculus quando subleuandus.

Thob. 4.

H Notandum est autem Christum (Euangelio testante) tribus vicibus oculos subleuasse, videlicet. Primò, dum erat turbam esurientem cibo refecturus, prout presentis Euangelij lectio testatur, suo nos docens exemplo, ut à paupere & inope oculos non auertamus Nam (ut ait Ambrosius) nihil grauius, quàm ut pauperes fratres supbo oculo despiciamus. Vndē & Thobias filiū instituēs: Ne auertas, inquit, faciem tuā ab vlllo paupere, ita enim fiet ut nec à te auertatur facies domini.

¶ Secundò, reperimus Christum oculos subleuasse dū erat miracula facturus. Vndē quum esset quatruiduo mortuum suscitaturus, eleuatis sursum oculis gratias agebat patri, iuxta quod in Euangelio dicitur: Iesus autem eleuatis sur-

sum ocul
me. Vtiq
nostram
¶ Emis
dextro oc
fer, qui
vacuum p
pere bon
lo clauso,
Perdunt p
habent D
habent in
referunt
pharisei i
orantes. E
ra sua fac
¶ His eru
tur. Quo
Galaad fe
com & di
tibi, ipse r
am omni
probrum
¶ Debem
te, & in
ut per gra
sine me, u
dicitur: N
quasi ex n
nim quod
te ergo
oculum in
bis & vel
¶ Item &
Deum ele
impediat
minus fa
ter, ne v
ducatur. I
fraelitici
Deū (vt d
sum

sum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam audisti *Ioan. II.*
me. Vtiq; nos docens, vt in operibus bonis intentionem
nostram in Deum eleuamus. Attende similitudinem.

(Emissurus quispiã spiculum è balista, sinistro clauso, solo *Oculus s-*
dextro oculo rem in quam hoc dirigit, intuetur. Stultus *nister clau-*
fer, qui ad nullã rem certam, sed in incertum, & (vt dicunt) *dendus.*

vacuum per inane sagittam emitteret. Quisquis ergo in o-
pere bono Deo placere desiderat, sinistrae intentionis oculo
clauso, solum Deum proponat in conspectu suo.

Perdunt plerique bona quæ agunt, vel quia nullam in his
habent Deo placendi intentionem, vel quia intentionem
habent iniquam, quia videlicet opera sua bona in finem
referunt qui non est secundum Deum, quomodo faciebãt *Matt. 6*
pharisæi ieiunantes, vel elemosynam facientes, vel etiã
orantes. De quibus dominus loquitur, dicens: Omnia ope-
ra sua faciunt, vt videantur ab hominibus.

(His erutus est à diabolo oculus dexter, vt sic ei fœderen *Mat. 23.*

rat. Quomodo Naas Amonites cum habitatoribus lates *1. Re. II.*
Galaad fœdus inire præstò fuit. Illis enim rogantibus pa-
cem & dicentibus: Habeo nos confœderatos, & seruiem⁹
tibi, ipse respondit: In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eru-
am omnium vestrum oculos dextros, ponamq; vos op-
probrium in vniuerso Israel.

(Debemus autem piæ intètionis oculum ad Deum eleua-
te, & in initio boni operis, & in medio, & in fine. In initio, *Ocul⁹ dex-*
vt per gratiã sancti spirit⁹ nobis dignetur cooperari, quia *ter quãdo*
sine me, inquit, nihil potestis facere. Et vndè per Apostolũ *aperiẽd⁹.*
dicitur: Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, *Ioan. 15.*
quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Omne e- *2. Cor. I.*
nim quod bonum est, ab illo est, qui solus est bonus. Eleua-
te ergo debemus ad eum supplices in boni operis initio
oculum intentionis piæ, quia ipse est qui operatur in no-
bis & velle, & perficere pro bona voluntate.

(Item & in medio boni operis debemus oculum hunc ad *Phil. 2.*
Deum eleuare, ne diabolus insidiãs, vel in progressu illud
impediat, vel insiciat per inanem gloriam, In fine nihilo-
minus sanctæ intentionis ad Deum eleuare oculum oportet,
ne videlicet homo bonum opus ad finẽ vsq; non per-
ducatur. Ipse enim diabolus est ille Aegypti tyrannus, qui I-
sraëlitici germinis paruulos iubet necari. Itaq; leuatis ad
Deũ (vt dictum est) oculis supplicare debemus, vt det no-
bis

bis feruenter velle, syncerè progredi, & pſeuerare cōſtāter
 ¶ Tertio ſubleuaſſe legimus Chriſtum oculos, quando pa-
 trem erat oraturus. Vndè in Euāgelio ſcriptum eſt: Suble-
 uatis te ſus oculis in cœlum, dixit: Pater venit hora, clariſi-
 ca filiū tuū, vt nobis vtiq; exemplū, vt & ipſi orātes interio-
 rē mētis intuitū dirigamus ad Deū, iuxta quod per Pſalmi-
 ſtā dicitur: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.
 Ecce ſicut oculi ſeruorū in manibus dominorum ſuorum.
 Et ſicut oculi ancillę in manibus dominę ſuę, ita oculi no-
 ſtri ad dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.

Iohan. 17.

¶ Porro oculi exteriores inter orandum potius ſunt depri-
 mendi, quum propter multa, tum propter humilitatem &
 culpę verecundiam, exemplo publicani qui ore Chriſti
 commendatur in euangelio, quod à longè ſtans, nolēbat
 nec oculos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pectus ſuā,
 dicens: Deus propitiuſ eſto mihi peccatori. Tum vt à vani-
 tatibus cohibeantur, iuxta quod Pſalmiſta precatur, dicē:
 Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Mentales au-
 tem oculi (vt dictum eſt) in Deum ſunt per intentionem
 & deſiderium pium figendi. Siquidem vbi amor, ibi oculus
 dicente domino: Vbi theſaurus tuus eſt, ibi eſt & cor tuum.
 Qui in cœlis theſaurum ſuum conſtituit, hīc exilium, illuc
 habet patriam, hanc cum deſiderio, crebris ſuſpiriis debet
 ſalutare.

Luca. 12.

¶ Circa ſecundum, quod eſt, eius quę conuenerat mul-
 titudinis contemplatio, ſubditur:

Mat. 6.

K Et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum.

Mar. 6.

Quomodo

Christus

miseretur

Eada.

¶ In Euangelio ſecundū Marcū dicitur: Vidit turbam mul-
 tā Ieſus, & miſertus eſt ſuper eos, quia erāt ſicut oves non
 habentes paſtorem, & cœpit docere illos multa. Quomo-
 do miſertus eſt ſuper eos Matthæus pleniùs exponit, di-
 cens: Et miſertus eſt eis, & curauit languidos eorum. Hoc
 eſt enim veraciter pauperum & non habentium paſtorē
 miſereri, & viam eis veritatis docendo aperire, & moleſti-
 as corporales medicando auferre, ſed & ieiuinos reficien-
 do ad laudē ſupernę largitatis animare, quę omnia Chri-
 ſtum erga has hominum turbas feciſſe, ſancti Euangeliftę
 teſtantur.

¶ Tentat autem fidem turbarum, & probatam digna mer-
 cede compenſat. Perendo enim ſolitudinem, an ſequi ca-
 rent explorat. Turbę verò ſequendo, & non in iumentis,

re cōstāter
quando pa
est: Suble
ora, clarifi
es interio
er Palmi
is in cœlis
m suorum
a oculi no
atur nostri
ant depri
litate &
re Christi
, nolebat
ectus sui,
nt a vāni
atur, dicē
neales au
entionem
ibi oculum
cor tuum
ilium, ille
iriis debet

nerat mal
eum.
bam mal
e oves non
. Quomo
ponit, di
orum. Hoe
m pastore
& molesti
s reficien
nia Chri
angelistę
gna mer
sequi co
iumentis,
227

ur vehiculis diuersis, sed proprio labore pedum iter -
arripiendo deserti, quantam salutis suæ curam gerant, ostē
dunt. Rursum ipse vt potens, piusq̄ue saluator, ac medicus
excipiendo fatigato, docendo inscios, sanando egrotos,
recreando ieiunos, quantum deuotione credentium dele
ctetur, insinuat.

¶ Est autem inter hæc sciendum, quia non vno animo eo
demq̄ue cōsilio, multitudo hæc Christū sequebatur. Siqui
dem eorum quidam sequebantur sola ducti vana curiosita
te, vt videlicet aliquid noui audirent, non vt quæ bona &
salutaria sunt audiētes, facerent, aut fierent meliores, de
quibus per Apostolum dicitur: Non auditores legis iusti
sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Vndē
& beatus Iacobus hortatur, dicens: Estote factores verbi,
et non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Quia si
quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro
consideranti vultū natiuitatis suæ in speculo. Cōsiderauit
enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Porro,
beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

¶ Secundo, quidam sequebantur, vt saturarentur. Quibus
dicitur: Queritis me, non quia vidistis signa, sed quia man
docastis ex panibus & saturati estis. Sunt & nunc plerique
qui quamlibet vitam cœnobiticam sectari conspiciuntur
illecti potius temporalib⁹ commodis, quam delectati spi
ritualibus cœlestis gratiæ donis. De quibus per Apostolū
dicitur: Quorum Deus vter est. Et alibi: Huiusmodi Chri
sto domino non seruiunt, sed suo ventri, His dicitur: Pri
mam querite regnum Dei, & iustitiam eius. Verūm ordi
ne p̄xpostero regno Dei neglecto, quæ carnis sunt quære
re videntur.

¶ Tertio, quidam Christum sequebantur, vt ditaretur, quo
rum ille erat vnus de quo apud Matthæum dicitur: Acce
dens vnus scriba, ait illi: Magister sequar te quocunq̄ue ie
ris. Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cœ
limidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum
reclinat. Ex qua domini responsione patet hunc auaritia
duce Christum voluisse sectari, atque intendisse vt earum
quas dominus operabatur eurationū ipse mercedē accipe
ret vndē tandē ditatus, sublimis in mūdo fieret & glorioſ⁹
Vulpes ergo erat in prauitate suæ intētionis, quasi in qua
dā occulta fouea volēs delitescere, vt tādē huiusce spoliis
ditas

L
Timæ.
Christū se
quentis in
tentione vs
ria.
Rom 2.
Iacobi. L

Lucæ. II.

Carnales
cur sequū
tur.

Philip. 3.
Rom. 16.

Matt. 8.
Auari se
quantur.

DOMINICA QVARTA

diues effectus, & ex vulpe conuersus in volucrem ad alta mundi huius, vbi tanquam in nido gloriæ mundanæ superbus foueretur, transuolaret.

In malos prælates. ¶ Hoc modo nonnulli ea quæ religionis sunt sectari etiã nunc videntur, qui diuitias optatas se consequi posse in seculari conuersatione desperantes, Ecclesiastica beneficia & dignitates, facultatesque canobiorum (nempe loculos Christi) ad morem ludæ proditoris, inuadunt. Quibus per Ezechielem prophetam dominus terribiliter intonans comminatur, dicens:

Exec. 34. ¶ Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipfos. Nonne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod contractum, non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quæstistis. Per hoc maxime religio Christiana labefactatur, & Ecclesiasticorum reuerentia minuitur sacramentorum, (quis enim aboret quod pecuniæ pretio redimitur?) & Christianus populus peruertitur & scandalizatur.

Mat. 6. ¶ Bubonibus sanè non immeritò sunt comparandi, nempe qui aliis extincto lumine lampadarum, oleum ebibunt & templum atq; altaria fecibus alui commaculant. Aues vique tenebrarum & noctis amicæ, solem iustitiæ & lumen veritatis odientes, utiq; ad tenebras sempiternas, nisi resipiscant ablegandi. Quibus dicitur: Non potestis Deo seruire & mamonæ. Quis enim vno & eodem gradiendi motu posset contrarias ingredi vias? Etenim sequi Christum & sequi diuitias, viæ prorsus oppositæ sunt.

Luca. 6. Doloribus affecti christum sequuntur. ¶ Quartò, quidam Christum sequebantur propter suas corporales infirmitates. Vndè & in Euangelio secundum Lucam dicitur: Et omnis turba quærebat eum tangere quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Tales extant & nunc qui corporalium infirmitatum doloribus stimulatì Deum in salutem suam inuocant, sed recuperata sanitate, mox Deo obliuiscuntur. De quibus scriptum est. Quom occiderunt eos quærebant eum. Vndè & diurni temporis languido sanato à domino dicitur Ecce sanus factus es, iam non peccare ne deterius aliquid tibi contingat. Verum multo magis curandis animarum nostrarum languoribus post Christum nobis est properandum.

Psal.

Ioan. 5.

Quis enim
verificatus
sunt infirmi
¶ Quintò
verbo su
ne, verba
derelictio
nem gust
quia tua,
do peregr
delectant
tus sum i
ibimus.
¶ Porro q
renum hu
delectatu
enim est i
ea dixeris
Anima sa
¶ C

Dicit
cent bi: H
bat quid e
¶ Apud M
serunt ad
& hora ia
la, emant
celse ire, d
consonant
dum Augu
tudinem
ve mandu
¶ Vbi for
Philippum
habebat?
bus erat P
Philippus
teris disci
Qui

Quis enim spiritualiter non infirmatur? Vndè & de nobis verificatur quod per Psalmistam dictum est: Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.

¶ Quintò sequebantur nonnulli Christum, vt ad salutem verbo suo informarentur, è quibus ille fuit, qui ait: Domine, verba vitæ æternæ habes, & quo ibimus, subaudis, si te derelicto abierimus? Sed & ille doctrinæ huius dulcedinem gustauerat, qui ait: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Nimirum ij qui in hoc mundo peregrini, patriam habent in cælo, verbis cælestibus delectantur: iuxta quod per Psalmistam dicitur: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus.

*Pij quor
Christum
sequuntur
Ioan. 6.*

¶ Porro qui de terra est, de terra loquitur, & nil nisi terrenum hunc audire libet, nam & in solis rebus terrenis delectatur. Hic non sapit quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi. Nec enim recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde eius. Vndè scriptum est: Anima saturata calcabit fauam.

Prou. 27

¶ Circa tertium, quod est de turbis pascendis Christi dispensatiua interrogatio, subditur in litera:

Dicit ad Philippum: Vndè ememus panes vt manducet hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset factururus.

¶ Apud Mattheum sic habes: Vespere autem facto, accelerunt ad eum discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterit, dimitte turbas, vt euntes in castella, emant sibi escas. Iesus autem dixit eis: Non habent necesse ire, date illis vos manducare. Quibus Matthæi dictis consonant Marcus & Lucas. Intelligendum ergo est secundum Augustinum post hæc verba dominum inspexisse multitudinem, & dixisse ad Philippum: Vndè ememus panes vt manducet hi?

*De cõsen
Iu Euãg.*

¶ Vbi fortè quæsieris, quor dominus de turba pascenda Philippum potiùs interrogauit, quàm Iudam qui oculos habebat? Respondetur, quòd locus ille desertus in finibus erat Bethsaidæ ciuitatis, vt ex superioribus patet. Philippus autem è ciuitate Bethsaida natus, turbis illis ceteris discipulis erat notior, vndè & de turba illa pascenda

*Quor nõ
Iudæ sed
Philippũ
consultit.*

DOMINICA QVARTA

da amplior ei erat sollicitudo.

¶ Verum quoniam ex ea ciuitate essent etiam Andreas & Petrus, Philippum potius interrogauit Christus qui non ignorabat, qui ex discipulis suis magis indigebat in rebus diuinæ virtutis intellectu & animo confirmari. Talis autē erat Philippus, qui postea dixit: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Propterea & iam ipsum præ ceteris interrogatione sua erudire intēdebat. Et ideo dicit Euangelista: Hoc autē dicebat tentās eum. Non quidē tentabat eum quasi ignorās quid ille & sentiret, & esset respōsurus, sed more humano hoc dictum est. Quemadmodum quod dicitur: Deus scrutatur corda hominum, non ostendit seruationem ignorantie, sed certissimę cognitionis, ita quum hīc dicitur: Tentās eum, nihil aliud ostendit, quā rei sibi certissimæ, in discipulo ignorantem, quemadmodū magister tentat discipulum quem scit esse ignorantem, vt ipsi discipulo ignorantia sua manifestetur, & ex hoc habeat occasionem acquirendi quod discat. Vndē Beda.

¶ Prouida dispensatione hoc facit, non vt ipse quæ nō nouerat discat, sed vt Philippus tarditatem suæ fidei, quā magistro sciēte ipse nesciebat, tentatus agnoscat, & miraculo facto castiget. Neque enim dubitare debuerat presēte rerum creatore, qui educit panem de terra & vino lactificat cor hominis paucorum danariorum panes sufficere turbarum millibus non paucis, vt vnusquisque sufficienter acciperet, & iam saturatus abiret.

¶ Denique Philippum de reficienda esuriēte turba dominus interrogat, vt ex ipsius responsione mox sequentium diuinę virtutis signum euidentius innotescat, quomodo & vini penuriā in nuptiis permisit prius innotescere, quā aquam ipse in vinum conuerteret.

○ ¶ Vndē, inquit, ememus panes? quod duobus potest modis intelligi. Vno sic, Vndē ememus, id est, vndē nobis pretiū, tantum panis comparandi, vt huic sufficiat multitudinē. Alio modo sic: Vndē ememus, id est, à quibus vendētur ememus, quum locus iste sepositus ab hominibus, sit desertus? Vtrunque verum fuisse credendum est, & pecuniā videlicet & emendi panis fuisse defectum.

¶ Ipse, inquit, sciebat quid esset facturus. Hoc dicit Euangelista, ne ex infirmitate loquutionis huius: Vndē ememus panes, minorationem potentie in Christo quisquam suspi-

Ioan. 14.

suspiceretur
li, & non
facturus.
¶ Indicaui
habet super
Petrum
tes in eum
que nostru
cogitatum
¶ Enutrit a
delicet, Na
cium, sci
& æternal
quo dicitu
hinc ab e
sum da no
¶ Secundo
gratię, scil
& sanguin
scendit, &
¶ Tertiò d
cundam se
post resurr
ficiētat
aratis Ch
paler inel

Respon
ner non fu
accipiat.
¶ Philippus
miratus,
ad omnipo
suam ostēd
potentia n
rioram pan
ficerent eis
quisque me
annona, q
ea & fatig
deserto, v

suspi.

suspicietur. Sciebat, inquit, cognitione videlicet infallibili, & non solum sciebat, sed etiam disposuerat quid esset facturus.

Indicauit sanè hâc Christus prouidetię suę curam quam habet super omnem creaturam, de qua etiam per beatum Petrum dicitur: Omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniã ipsi cura est de vobis. Vndè & vnũquęque nostrum propheticus admonet sermo, dicens: Iacta cogitarum tuum in domino & ipse te enutriet.

1. Petr. 5:

Enutrit autem hominem secundum vitam triplicem, videlicet, Naturę, gratię, & glorię. Vndè & triplicem cõfert cibum, scilicet, naturalem siue materialem, spiritualem, & æternalem. Primum dat ad conseruationem naturę, de quo dicitur per Psalmistam: Qui dat escam omni carni. Hanc ab eo petimus, dicentes: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Pascite vros
placiter
Christus.

Secundò dat cibum spiritualem quo cõseruemur in vita gratię, scilicet verbum Dei, quin & sacrosanctum corpus & sanguinem suum, panem vitę qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.

Tertiò dat cibum glorię. Nam si consideretur homo secundum se totum, id est, secundum corpus pariter & animã post resurrectionem à mortuis, cõfert ei cibum glorię & felicitatis æternę, in clara visione & fruitione beata diuinitatis Christi pariter & eius humanitatis. Hic enim cibum pascit ineffabiliter beatificans electos. Sequitur.

Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat.

Philippus ergo reficiendę turbę emendos fore panes arturatus, ducentos denarios commemorat, nihil profusus ad omnipotentiam Christi attendens. In quo tarditatem suam ostendit. Nã si perfectè de creatore sentiret, de ipsius potentię nõ diffideret largitate. Ducentorũ, inquit, denariorum panes, id est, panes ducētis empti denariis nõ sufficerent eis, non modò ad satietatem, sed neque vt vnusquisque modicum quid accipiat, sed multa eis opus est inuoluntaria, quum sint & numero plurimi, famelici præterea & fatigati, & non in vico vel oppido, sed in hoc sterili deserto, vbi non solum nihil panum, sed nec fructuum vel

DOMINICA QVARTA

vel gratis vel pretio posset haberi. Vnde patet quod tanta hominum multitudini reficienda humanum consilium omnino fuit inualidum. Sequitur.

Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri: Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces. Sed hæc qui sunt inter tantos?

4. Reg. 4.

¶ Aestimo (inquit Chry.) non sine causa Andream id dicere. Sed quia audiuerat signum quod Heliseus quondam de panibus hordeaceis fecerat: pauit enim de viginti panibus centum homines. Ascendit igitur mente in aliquod excelsum, sed ad summum non potuit peruenire, quod ex eo patet quod subdidit: Sed hæc quid sunt inter tantos? Aestimabo enim quod de paucioribus pauciora, & de pluribus plura facturus esset, qui miracula faciebat. Sed ita non erat. Nam æque facile ei erat, ut de pluribus, ita de paucioribus panibus pascere turbas. Non enim subiecta materia indigebat, sed ne viderentur creaturæ alienæ esse ab eius sapientia, ipsas creaturis vitur ad materiam miraculorum.

Manichæi confutantur. Theophi. Matt. 10

¶ Confundantur igitur Manichæi, qui dicunt quod & panis, & omnia huiusmodi creata sunt à malo Deo, quia boni Dei filius Iesus Christus panes multiplicauit. Nam si creaturæ malæ fuissent, nequaquam bonus mala multiplicasset. ¶ Sed dicat aliquis: Quomodo dominus antequam præcepisset discipulis, dicens: Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, quomodo hic panes secum acceperant? Sed constat hoc illis dominum præcepisse ad opus prædicationis proficiscētib; ac per hoc declarasse vitæ necessaria prædicatoribus fore conferenda. Hic autem ex prædicatione regressi, & rursus dominum sequuturi, ex consuetudine secum aliquid attulerant, iuxta quod alio loco memoratur eos fuisse panum oblitos.

Matt. 16

Chrysof. a postol. vñ qualis cōmeatus Rupertus

¶ Attendat hic delicti dediti, quid viri illi magni & admirabiles comederint, quam vilis & modica eorum mensa fuerit, intueantur in omnibus eorum abstinentiam. Tantum panes habebant hordeaceos, cibum utique pauperum, & pisces duos. Hic totus erat apparatus. ¶ Est, inquit, puer vnus hic. Quis iste puer cum panibus & piscibus fuerit, vel cuius in obsequium, utrumne Chry-

si & disc
lia hæc p
¶ Mystic
(id est, se
quitur tra
magnit
lus, sed it
pro parte
res capti
credentiu
integros
bros, duos
mos, leg
eandēq
reconis
¶ Illos ser
nee mand
vel dente
bi, sed on
que gens
mo audia
conficta
mas testin
hæc cōtra
per ea neg
re, id est, le
¶ Nam que
bus Mani
habitandu
fabricante
mati & ac
donec in
deant hæc
Iordanem
egerunt.
¶ Sic iste p
baptismun
dictum est
tarum, que
neque dim
tutum no

fi & discipulorum eius, in quorum libet è turba, & venalia hæc portauerit, iuxta historiam ignoramus.

(Mysticè verò, quacunque in solitudine, quasi in deserti (id est, seculi huius) regione turba gentium Christum sequitur trans mare baptismi eius, illic adest puer stultitiæ magnitudine cunctis notus, scilicet ille Iudæorum populus, sed malicia veteranus, sanguine Christi pollutus, qui pro parte eorum qui residui sunt à gladio, in omnes gentes captiuus ductus est. Quocunque enim Christum turba credentium sequuta est, illuc iste puer deportauit secum integros quinque Mosaicæ legis panes, id est, totidem libros, duos quoque pisces, id est, prophetas omnes, & psalmos, legem simul & Euangelium testificantes, vel vnum eundemque Christum, regem simul & sacerdotem, claris præconiis concinentes.

(Illos scripturarum panes ac pisces, collo seruili baiulat nec manducat, sudat sub onere literæ, nec attingit manu vel dente medullam spiritualis intelligentiæ. Non ergo sibi, sed omni mundo portat, vt omnis homo vel quacunque gens testimonia Christi quàm antiquissima sint, de vi cino audiat, & vt non dicat paganus siue hæreticus à nobis conficta esse quacunque de Christo contra eos proferimus testimonia, quacunque de rege & sponso suo catholice cõtra omnes veritatis aduersarios prædicat Ecclesia, nec ea negare queat idem puer stultus, suo cõuictas onere, id est, lege sua.

(Nam quemadmodum filij Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse, nolentes transire cum cæteris filiis Israel ad habitandum trans Iordanem, & citra ipsum caulas ouium fabricantes & stabula armentorum, nos ipsi, inquam, armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua, vsque dum possideant hæreditatem suam, nec quicquam quærimus trans Iordanem, quia iam habemus possessionem nostram, & ita egerunt.

(Sic iste populus qui noluit nobiscum transire Christi baptismum, tamen hic inter nos est, portans, non sibi (vt dictum est) sed nobis, omnes scripturas legis & prophetarum, quæ vno eodemque sensu cibus & arma nobis sunt, neque dimittunt nos donec perueniat ad victoriam audientium nostrum, siue contra paganum, siue hæreticum,

DOMINICA QVARTA

sue etiam cōtra ipsum armaturę nostrę portitorem quicquam dicendum sit vel agendum. Est igitur puer vnus hic habens quinque panes hordeaceos & duos pisces, id est, quinque Moyse libros sub tenacissima literę palea granū spiritus continentes, Prophetasque & Psalmos Christum testificantes.

veterib⁹
scripturis
quomodo
utendum

¶ Sed quid hæc sunt inter tantos? Videlicet si ita permaneant, quomodo iste puer illos circumportat, permodicę & nimis parum est. Esurientium quippe multitudo magna est, & in ipsa multitudine aliqui sunt magni, id est, magnę capaces scientiæ, oratores atque philosophi. Nam & de ipsis nonnulli veniunt ad fidem Christi. At illæ scripturę secundum literalem sensum non valde magnę sunt. Quid enim magnum apponeretur auido conuiuæ, id est, cuiuslibet philosopho vel oratori, vocato & sedēti ad mensam Christi, quum non nisi secundum literam legeretur illi, quia

Galat. 5.
Gene. 27

Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla & vnū de libera, vel minor ex filiis Isaac, scilicet Iacob astutia maioris filii benedictionem præripuit, contectus hirsutis hædorum pelliculis? Sic & in plerisque gestis, mandatis, siue holocaustis, ad eodē macra litera est, vt quamlibet esurienti, id est, verbum Dei desyderati, in ipso desyderio fistidium generare possit, nisi ad Christi manus implenda hæc scriptura peruenisset.

HOMILIA ALTERA.

Facite homines discumbere.

Ioan. 6.

¶ In hac Euangelicę lectionis parte duo restant cōsideranda. Vnum est, multitudinis esurientium miranda refectio. Alterum, patrato signo notanda consequutio, ibi: Vt autem impleti sunt.

¶ Circa primum tria notantur, Primum est, reficiendorum decens ordinatio. Secundum est, loci recumbentium attendenda conditio, ibi: Erat autem fœnum multum. Tertium est, diuini beneficij admiranda collatio, ibi: Accipite ergo.

A ¶ Circa primum dicit Euangelista: Dixit ergo Iesus, Facite homines discumbere. Imbecillo auxilio humano desectio quod sibi videbatur est exequutus. Verum ad Aposto-

los perti
ab ipso
& Aposto
rogaban
de deb
uerunt, n
in deser
Vbi Cyr
¶ Innata
modo re
rate, sed
mines di
catione
¶ Vbi ad
tes erigit
vills pan
te, vt ost
que sunt.
sunt, sicut
¶ Itaq; du
te, cogno
tu id esse
que acqui
dinetur
¶ Et præ
contuber
tes per ce
nantium
uentus, q
te domin
bere præ
locis dit
¶ C
Erat
¶ Dicitur
pascha, q
videlicet
peries, &
hemē f
iibores

los pertinere voluit, vt faciant homines discumbere, sed ab ipso expectabatur vnde rescicerentur discumbētes. Vbi & Apostolorum attendenda est obedientia, qui non interrogabant ad quid deberent homines discumbere, nec vnde deberent rescici, sed quod iussum erat humiliter impleuerunt, non ignorantes quin is qui olim parauerat mēsam in deserto, etiam nūc rescicere turbas posset in solitudine. Vbi Cyrillus.

Apostolorum obedientia.

Innata sibi, inquit, mansuetudine nec increpat, nec vlllo modo reprehendit discipulos tanta affectos pusillanimitate, sed rebus ipsis ad fidem inducit: Facite, inquit, homines discumbere, & virtutem meam in panum multiplicatione cognoscetis.

Vbi aduertere est quemadmodum discipulorum & mentes erigit, & diffidentiam demonstrat. Siquidem nondum visis panibus iubet in spem refectionis turbam discumbere, vt ostendat ei subita esse etiam ea quę nō sunt, sicut ea quę sunt. Vnde & per Apostolum dicitur: Vocat ea quę nō sunt, sicut ea quę sunt.

Roma. 4

Itaq; dum audis q̄ Apostoli fecerūt homines discumbere, cognosce p̄latorum & eorum qui fungūtur magistratu id esse officij vt ea instituāt p̄cipiantque subiectis, per quę aequitate seruata in pace & vnanimitate adinuicē ordinentur. In Euangelio secundum Marcum habes.

Pralatorū hoc est.

Et p̄cepit illis vt accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride fœnum, & discubuerunt in partibus per centenos & per quinquagenos. Vbi diuersi contubernantium discubitus distinctos per orbem Ecclesiarum continentis, quę vnā catholicā faciūt, designant. Quos bene dominus quinquagenos per turmas, vel cētenos discubere p̄cepit, vt videlicet turba fidelium escam suam & locis distincta & moribus coniuncta perciperet.

Beda.

¶ Circa secundum, quod est loci recumbentium attendenda conditio, subitur:

Erat autem fœnum multum in loco.

Dicitur hic fœnum herba viridis. Erat enim proximum B pascha, quod in primo mense veris celebrabatur: quando videlicet aridet noui temporis gratia, amœna cœli temperies, & iocunditas vernalis, quando iam renouata post hyemē facies terræ pulchrē germinat, & in spem fructus arbores floribus decorantur. Quia igitur fœnum multum

AA ij erat

DOMINICA QVARTA

erat in loco, commodiùs poterant homines discumbere.
 ¶ Mysticè, fœnum in quo discumbens turba reficitur, concupiscentia carnis intelligitur, quam sibi subiicere, calcare, & premere debet omnis qui spiritualibus alimentis satiari desiderat. Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Discumbat ergo super florem fœni, & florem fœni huius conterat, id est, castiget corpus suum, & seruituti subiiciat, voluptates carnis edomet. Luxuria fluxa restringat, quisquis panis viui suauitate cupit refici, quisquis supernæ gratiæ dapibus amat renouari. Illi ergo quasi super viride fœnum discumbentes dominicis pascuntur alimentis, qui per studium cõtinentiæ calcatis carnalium concupiscentiarum illecebris, audiendis implendisque Dei verbis operam impendunt.

Sequitur:

Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia.

¶ Sic Marcus quoque & Lucas testantur. Matthæus autem completiùs hunc numerum designat, dicens: Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis. Quoties enim (vt dicit Hieronymus) sacerdotes atque Leuitæ, & exercitus vel turmæ pugnantium describuntur, serui & mulieres & paruuli, & vulgus ignobile absque numero prætermittitur.

¶ Arbitrandum est autem æquali vel certè maiori numero mulieres & alios huiusmodi non solitos numerant ibidem fuisse. Porrò numerus quinque millium exprimitur vt cuilibet hominum millenario panis vnus responderet. Discubuerunt ergo nec vagi neque fortuito, sed (vt dictum est) ordine congruenti seorsum distincti per contubernia, id est, per societates, centeni & quinquecenteni.

¶ Circa secundum, quod est Diuini beneficiij multiplicatis escis miranda exhibitio, subditur:

Accepit ergo Iesus panes, & quum gratias egisset distribuit discumbentibus.

Beda.

¶ Non ergo saluator noua creat cibaria, sed acceptis eis

que hab
 non ali
 phetaru
 monstra
 ¶ Egit a
 percipit
 agere p
 bus grat
 intimar
 ¶ Proind
 ter quod
 discipula
 mici, eo
 mox sub
 dixit: C
 abscondi
 ea paruu
 gratulatu
 que sup
 reuelau
 ¶ Nolu
 de nouo
 cõfuter e
 malam &
 mala esse
 triplicasse
 tur ab eiu
 ¶ Secun
 gitorem i
 tam omni
 ¶ Tertiò,
 principio
 videntem
 probet se
 quis pro
 ¶ Quartò
 iter & m
 ¶ Quintò
 nisi pauca
 impartian
 ter tribue

que habuerunt discipuli, benedicit, quia veniens in carne non alia quàm prædicta sunt, prædicabat, sed legis & prophetarum scripta quàm sint mysteriis gratiæ grauida demonstrat.

Egit autem gratias videlicet vt nos de perceptis vel percipiendis cœlestis gratiæ donis, exemplo suo gratias agere prædoceret, & ipse quantum de nostris profectibus gratuletur, & de nostra spiritali refectione gaudeat intimaret.

Proinde quantum, nostræ congaudeat saluti ex eo pater quod narrat Lucas Euangelista, dedisse videlicet cum discipulis potestatem calcædi supra omnem virtutem inimici, eorûmque nomina scripta indicasse in cœlis, quum mox subiunxit: In ipsa hora exultauit in spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Claret ergo quia saluti ac vitæ fidelium congratulatur, qui patrem gratias agendo collaudat, quod ea quæ superbientibus abscondit, humilibus spiritu secreta reuelauerit.

Noluit autem Dominus panes vndè turbam reficeret de nouo creare plures ob causas. Primò, vt Manichæorum cõfuter errorem dicentium corporalem substantiam esse malam & à malo Deo productam. Si enim creatura panis mala esset, nequaquam Christus qui bonus est mala multiplicasset. Itaque creaturis ad miracula vitur ne videantur ab eius bonitate, & sapientia esse alienæ.

Secundò, vt ostendat, se victualium omnium esse largi-
torem illum de quo per Psalmistam dicitur: Qui dat escam omni carni.

Tertiò, panes multiplicat, vt ostendat se illum esse qui in principio cõditionis rerum dixit: Germinet terra herbam viuentem & facientem semen. Pisces verò multiplicat, vt probet se esse qui in præcipio omne animal aquaticum ex aquis produxit.

Quartò, vt per hoc ostendat se esse dominum terræ patris & maris.

Quintò, vt nobis det exemplum, quod & si etiam non nisi pauca habemus ex his libenter aliquid indigentibus compartiamur, iuxta illud: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter

Gratias agit Christus.

Saluti nostræ congaudet Christus. Luc. 10.

Panes non vos cur non creat

Gene. 3.

Thob. 4.

DOMINICA QVARTA

ter impartiri stude. Exemplo etiam nobis ad hoc sume Apostoli qui quinque panes (nempe totum victum suum) alenda turbæ proferre iussi, nil contradicunt, nil remurmurant, vt dicant: Vndè nos famem propriam mitigabimus?

Apert. ¶ Ceterùm intelligamus quia dominus Iesus quotidie sequentibus se (vnicique iuxta beneplacitum gratiæ suæ) panē cœlestis doctrinæ distribuit. Hoc præcipiens vniuersis vt (sicut dictum est) recumbant super fœnum, id est, vt reprimant vitia carnis.

Apoca. 5. ¶ Quando autem scripturam legis & prophetarum (quæ per panes istos & pisces designatur) qua nos pascit, in manibus suis ipse accepit, planius aperitur, quando ipse (iuxta Ioannis Apocalypsim) verus agnus, assistens in medio throni & quatuor animalium & seniorum, id est, in medio Ecclesiæ, tanquam occisus, imò & re vera occisus, sed de nouo viuus, habens cornua septem & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei ab ipso recepto in cœlum missi in omnem terram, venit per incarnationis mysterium & passionis ac resurrectionis suæ triumphum vsque ad dextram sedentis super thronum. Vbi accepit librum dextræ sedentis super thronum & aperuit illum, id est, vniuersam scripturam sanctam diuinitus inspiratam, de diuina potentia suscepit in semetipso complendam, cuius videlicet tota circa salutem nostram in natura hominis assumpta dispensatio prædicti libri apertio, id est, sanctarum scripturarum adimpletio est. Non enim intelligerentur scripturæ, nisi in illo fuissent impletæ.

*scriptura
mysteria
christus
referat.*

¶ Itaque tunc scripturarum sanctarum panes Dominus Iesus in manibus suis accepit quando secundum scripturas incarnatus, passus est, & resurrexit. Tunc, inquam, acceptis panibus gratias egit, quando ita scripturas adimplendo semetipsum obtulit patri, in sacrificium gratiæ & veritatis.

Beda.

¶ Porro secundum Matthæum & Lucam multiplicatum panes Dominus suspexit in cœlum, vt illuc dirigendam mentis aciem: ibique lucem scientiæ, doceat esse querendam. Frangit, & ante turbas ponenda discipulis distribuit, quia sacramenta prophetiæ sanctis doctoribus qui hæc toto orbe prædicent, patefacit.

¶ Accepit, inquit, Iesus panes, hordeaceos nimirum, quibus

bas omni
nam era
Moysi, q
tore iam
die cord
mirum
grossior
lam cela
¶ Porro d
ueniente
vnum ca
ficura C
Sequitur

Simili

¶ Hoc est
Psalms f
lis sensur
holis, de
illuminat
tis & pfa
rent. Vno
sam legi
gisset, di
posuerunt
¶ Sic atten
i veteris
gnetur. S
ternitati
ta, & ver
pisces (sic
rati, qui c
dominicæ
¶ Quæ trina
strumenti
cemur.
¶ Apparen
mpleri om
tis, & psal
nelligeren

bus omnem sequentium se multitudinem ad vitam æternam erat refecturus & duos pisces, Hi sunt quinque libri *Quinque* Moysi, quibus spirituali intellectu patefactis, & abundanter iam sensu multiplicatis, auditorum fidelium quoti- *panes hor-* die corda reficit. Qui panes bene hordeacei referuntur, *deacei my-* *sticæ.* mirum propter austeriora legis edicta, & tegmina literæ profusiora, quæ interiori sensus quasi medullam celabant.

(Porro duo pisces quos addidit, Psalmistarum non inconuenienter & Prophetarum scripta significant, quorum unum canendo, alterum colloquendo suis auditoribus futura Christi & Ecclesiæ sacramenta narrabant. Sequitur:

Similiter & ex piscibus quantum volebant.

Hoc est, tam de Moyse quàm de omnibus prophetis & Psalmis sufficienter populum suum instruxit, aperiens illis sensum, vt intelligerent scripturas. Primum, ipsis Apostolis, deinde per ipsos eorum adiutores & successores, illuminans & informans, vt sufficientia de lege & prophetis & psalmis Euangelicæ fidei adiumenta subministrarent. Vndè & notanter in cæteris Euangelistis expressim legimus, quia quum Christus benedixisset & frengisset, discipulis suis, discipuli autem turbis accepta proposuerunt.

Et attende quemadmodum summa eruditionis testamenti veteris in his quinque panibus & duobus piscibus designatur. Siquidem quinque libris Mosaicæ legis diuinæ eternitatis cognitio, mundi creatio, procurfus seculi laboris, & vera Deo seruiendi religio innotuit. Per duos verò pisces (sicut iam dictum est) psalmi sunt & prophetæ figurati, qui eruditum in lege Dei populum de promissione dominicæ incarnationis noua gratiæ dulcedine pascebant. Quæ trina sacræ scripturæ distinctione totam veteris instrumenti seriem comprehendi dominica autoritate docentur.

Apparens enim discipulis ait dominus ipse quia, oportet *Lucæ. xii* impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Et quum aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & intellectas spiritualiter fidelibus

DOMINICA QVARTA

traderent auditoribus, quasi benedicens panibus Apostolicis ac piscibus, hosq; internæ suauitatis dona multiplicans, turbis dispertiri præcepit.

*Christus
vt ad perfectiora
prouocat.*

¶ Notandū verò est, quia dominus pro suis cuique viribus dona tribuens, semperque ad perfectiora prouocans, primò, quinque panibus quinque millia, secundò, septem panibus quatuor hominum millia refecit, tertio discipulis sicut carnis & sanguinis mysterium credit, ad vltimum, magno munere dat electis, vt edant & bibant super mensam suam in regno suo.

*Tria Christus fecit
imitanda*

¶ Proinde sciendum est, quòd alij tres Euangelistæ designant Christum circa miraculum hoc tria fecisse, quia videlicet suspexit in cælum, benedixit panes, & eos fregit, quæ tria Ioannes tacet. Suspexit quidem in cælum ad patrem, à quo est in filio potentia diuinitatis æquali patri miraculis operandis. Benedixit panes. Porro Dei benedictio (secundum Gregorium) diuinorum collatio donorum est, & eorundem multiplicatio. Sicut enim in rerum primordio omnes creaturas benedicēs naturalem illis virtutem contulit vt ex se inuicem naturaliter multiplicarentur, ita & nunc quia panum multiplicatio supernaturalis erat necessaria ad hoc fuit benedictio singularis. Quibus autem verbis hanc Christus expresserit, literis proditum non est.

Ciril.

¶ Hinc documentum habemus, vt nihil in cibum sumam nisi verbo Dei & crucis signaculo prius sanctificetur. Siquidem ex peccato hominis hoc consequutum est vt potestatem sibi, diabolus in rebus istis corporalibus ad subleuandam hominis necessitatem ordinatis vsurpauerit, vt per eas homini noceat.

¶ Dicitur etiam, quia panes quos benedixit Christus, fregit, vt frustatim populo diuiderentur. Quum autem dicitur quia distribuit discumbentibus, intellige distributionem hanc discipulorum manibus factam, Vnde Matthæus, dedit, inquit, discipulis, discipuli autem turbis.

*Multiplicationis
panum
causa id.
3, de tri.*

¶ Quærun nonnulli quomodo hæc multiplicatio panum & piscium facta fuerit. Respondet Hilarius: Non sensus inueniens, non visus, effectum tam conspicabilis operationis assequitur. Quia est, quod non erat, videtur, quod non intelligitur. Solum hoc superest, vt Deus omnia posse credatur.

¶ Dicit autem Hieronymus, quod domino panem frangere

re, multum
ma
cresceba
¶ Quod
te deban
multiplic
multiplic
nibus Cl
non quid
multiplic

Vt a
Collig
reant

¶ Hic por
tria nota
imperata
considera
est, ob vi
¶ Circa p
rata colle
tam æstin
sibi etia
¶ Sed qua
discipulis
bat, qui o
rem (in qu
plication
persuorum
um esse, s
cophinos
¶ Ecce ma
cij miracu
magis ad
natio est
quinque
est hoc fa

re, multiplicatio partium facta est. Sed & inter discipulo-
rum manus, & etiam in manibus sumentium immensa
crescebat panis substantia.

¶ Quod si queras, vnde veniebant partes illę panis quę suc-
cedebant fragmentis distributis. Dicit Augustinus: Vndę
multiplicat de paucis grans segetes, inde in manibus suis
multiplicauit quinque panes. Potestas enim erat in ma-
nibus Christi. Panes illi quinque quasi semina erant,
non quidem terrę mandata, sed ab eo qui terram fecit,
multiplicata..

¶ Circa secundum principale dicitur:

*Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis,
Colligite quę superauerunt fragmenta, ne pe-
reant.*

¶ Hic ponitur patrato miraculo notanda consequutio. Vbi
tria norantur. Primum est, fragmentorum quę supererant
imperata collectio. Secundum est, quantitatis collectorū
consideranda designatio. Ibi: Collegerunt ergo. Tertium
est, ob visum signum digna laudatio. Ibi: Illi ergo.

¶ Circa primum, aduerte quod hæc fragmentorum impe-
rata collectio, nõ ostentatio superflua fuit, sed ne phanta-
stium æstimarent quod factum est, propter quod etiam ex
subiecta materia miraculum fecit.

¶ Sed quare non turbis commisit fragmenta portanda sed
discipulis? Videlicet quoniam hos maximę erudire vole-
bat, qui orbis terrarum debebant esse magistri. Ego au-
tem (inquit idem Chrysosto.) non solūm admiror multi-
plicationem panum quę facta est, sed & certitudinem su-
perfluorum, quia non plus neque minus fecit superflu-
um esse, sed tantūm quantum volebat, scilicet duodecim
cophinos secundum numerum duodecim Apostolorum.

¶ Ecce magnum quidem in facto exteriori diuini benefi-
cij miraculum, veruntamen quotidianis operibus Dei nõ
magis admirandum. Maius enim totius mundi guber-
natio est miraculum, quàm de quinque panibus saturatio
quinque millium hominum. Iraque non tam mirandum
est hoc facere potuisse Deum, quàm gaudendum, cum qui
hęc

chryf.

G
Fragmen-
torum col-
lectio.

Rupertus
Miraculi
considera-
tio

DOMINICA QVARTA

hæc facere posset, venisse in hunc mundum, verum Deum Dei filium hominem verum factum esse.

Panis triplex petendus.
H **¶** Cæterum quod hinc ad nos spectat attende quod quum orantes dicimus. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, triplicem debet panem humilitas nostræ deuotionis intendere. Primum, scilicet panem spirituales, id est, omne verbum quod procedit ex ore Dei, quo noster homo interior viuit. Deinde panem dominici corporis, quo interior simul & exterior homo in vitam conualescit æternam. Et subinde panem carnalem quem etiam idem Deus & pater omnium homini immerito de terra producit, operati terram in sudore vultus sui, qui nisi peccasset, poterat absque labore frui vltionis paradisi deliciis. Siquidem & ipse dominus presentibus turbis omnem huius triplicis panis largitatem eodem tempore aperuit. Loquebatur enim illis de regno Dei, quod est panem spirituales frangere esuriētī. Refecit eos carnalibus epulis, & deinde prædicauit eis, vt esurirent & sitirent cibum & potum corporis sui & sanguinis.

Fragmenta non pereant.

¶ Igitur quod nunc ait, colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant, reuerenter & diligenter est obseruandum in omni pane, quem tripliciter (vt iam dictum est) vitæ nostræ & saluti gratia eius prouidit, videlicet ne nimis sublimia & fortia prædicemus infirmis, ne indignis indiscretè tradamus Eucharistiam dominici corporis & sanguinis, ne abundantia nostra in carnalibus cibis (quæ aliorum inopiam supplere possit) aut in superfluitate abutimur, aut per incuriam perire patiamur.

¶ Circa secundum, quod est, quantitatis collectorum notanda designatio, subditur:

Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim coplinos fragmentorum ex quinque panibus quæ superauerunt his qui manducauerant.

¶ Redarguta est ergo discipulorum tarditas & fides adhuc permodica qui dixerant ducentorum denariorum panes eis non sufficere vt vnusquisq; modicum quid acciperet. Item de quinque panibus & duobus piscibus, hæc quæ sunt inter tantos? imò & iuxta alios Euangelistas consili-

um inco
 dimittere
 ximas, &
 ¶ Acru
 datus po
 dum vid
 tare, nec
 mundo co
 alibi dicit
 gnium De
 uidet sa
 nam odit
 que cresc
 uuantium
 cer horde
 lambit, &
 ¶ Quir au
 um nume
 dantia suc
 numero se
 stiores, qu
 de scriptu
 ¶ Constat
 tis, quod
 dominus
 pore, qu
 bit, & iux
 abundabit
 ¶ Igitur q
 per secun
 decem fr
 que discip
 rophinum
 ¶ C
 Illi erg
 signum
 turus e

um incompetens dabant omnipotenti misericordiae Dei dimittere scilicet turbas, vt irent in castella villasque proximas, & emerent sibi escas.

¶ Ac rursus verò & multò maximè ille nullius fidei puer Iudaicus populus sensu paruulus, & malitia nimirum vetus dum videt panes diuinæ scripturæ quos volebat solus portare, nec tamen curabat manducare, & ablatos sibi & toti mundo communicatos, iuxta quod idem dominus noster alibi dicit: Amen dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Videt & videt saturatas esse suis panibus gentes quarum æternam odit refectioem, & inter comedentium ora manusque crescere iugiter medullam hordei, ita vt armaria conseruantium plena sunt explanationum libris, cuius videlicet hordei paleam asperitiam ore languido famelicus lambit, & puerili dente lambit frustra.

Mat. 21. Iudæis & nanis ver bi fideles saturatur

¶ Quis autem in duodecim cophinos magis quàm in alio numero Christo disponente fragmentorum abundantia succreuit, videlicet, quia duodecim erant Apostoli numero suo præfigurantes vniuersos sanctæ Ecclesiæ doctores, quorum fideli ministerio tractandus erat vitalis ille scripturarum panis.

duodecim cophini, mysticè.

¶ Constat verò, nec dubium sinit esse veritas promittentis, quòd omnis seruus fidelis & prudens quem constituit dominus supra familiam suam vt det illis cibum in tempore, quum ita fecerit præmium condignum reportabit, & iuxta aliam parabolam, quia habuit, dabitur ei & abundabit.

¶ Igitur quia & vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, rectè saturatis omnibus duodecim fragmentorum cophini superfuerunt, vt vnusquisque discipulorum qui ministrauerant, suum reportaret cophinum.

1. Cor. 3.

¶ Circa tertium, quod est, ob signum visum digna laudatio, subiungitur in litera:

illi ergo homines quum vidissent quod fecerat Iesus signum, dicebant: Quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundum.

Et

K ¶ Et nos de quibus scriptum est: Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum, nos inquam, qui requisuimus eum trans mare baptismi sui illi sequuti, nunc interim in hac regione deserti triplici (ut prædictum est) pane ab illo quotidie refecti. Laudemus illum vera laude, dicentes: Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum, quia magnum & euidentis fecit nobis signum, superatis aquis quæ intrauerunt vsque ad animam eius, id est, victa morte, quia resurrexit & in cælum ascendit, misitque nobis famelicis gratiam suæ benedictionis, scilicet spiritum sanctum, quo panes suos multiplices nobis manducabiles, id est scripturas sanctas intelligibiles fecit, & hoc modo immisit in os nostrum vocem confessionis, canticum laudis, hymnum gratiarum actionis:

*Gratiarum
actio.*

¶ Dicamus itaque, quia hic est verè Propheta qui venturus est in mundum. Verè enim non cecidit in terram vnum verbum ex omnibus quæ loquutus est quæ de seipso prædixit, quæ nobis pollicitus est. Ex his ergo quæ iam facta sunt scimus indubitanter & illud quod futurum est, quia venturus est in mundum, scilicet ad iudicandum omne seculum, ad regnandum in secula seculorum. Attamen illi homines qui viderunt hoc signum, & hæc de illo dixerunt, non eo sensu dixerunt, sed carnales quum essent, temporali eius beneficio delectati, quod tamen mirabiliter fecit ita dixerunt, qui venturus est in mundum, ac si dicerent, qui huius mundi gloriam, & temporale iam iam nobis viuentibus accepturus est regnum Iudæorum. Nam Sequitur:

¶ Iesus ergo quum cognouisset quod venturi essent, ut raperent eum, & facerent super se regem, fugit iterum in montem ipse solus. Sic illi: At nos certiori cogitatione veritatis & fidei, videntes mundum quem fecit Iesus, & signa quibus illum repleuit, dicamus. Quia hic est verè mediator Dei & hominum, implet mundum diuinitate, & mundus per ipsum factus est, qui in propria venit genus humanum quærere, & saluare quod perierat, & recreare mundum quem fecerat, qui cum suis fidelibus per præsentiam deitatis est in mundo omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, qui in consummatione seculi per humanitatem venturus est in mundum ut reddat singulis secundum opera eorum, impios qui-

Beda.

quidem
hos aute

Q

font cont
tam doct
Christum
Iudæi. Te
umelios
est, Calu
Iesus, Si e
¶ Circa p
sej propo
dentium
Offensa p
Deo. Circ
bus arguet
sua innoc
bum habe
ter hoc d
peccatum
Ilij Dei, c
arguere v
venit.
¶ Magna r
maleuolo
Non cont
ancilla me
ntem nor
ta, sed ma
tore aduer
ciam adu
tur, comm

quidem & peccatores æternum proiciens in ignem, iu-
stos autem in vitam introducens æternam.

DOMINICA IN PASSIO- NE.

Quis ex vobis arguet me de peccato?
Ioannis octauo.

In lectione sancti Euangelij seriatim quatuor
sunt consideranda. Primum est, Irreprehensibilis Christi
tam doctrina quàm actio. Secundum est, Blasphemantium
Christum indigna contradictio, ibi: Responderunt ergo
Iudæi. Tertium est, Aduersum vera respondentem con-
tumeliosa replicatio, ibi: Dixerunt ergo Iudæi. Quartum
est, Calumnias diluenti parata lapidatio, ibi: Respondit
Iesus, Si ego.

Circa primum tria notantur. Primum est, Bene sibi con-
scij proposita innocentia. Secundum est, Veritati non cre-
dentium redarguta malitia, ibi: Si veritatem. Tertium est,
Offensa perfidis incredulitatis suæ causa, ibi: Qui est ex
Deo. Circa primum dominus loquitur, dicens: Quis ex vo-
bis arguet me de peccato? Interrogatio est bene sibi de
sua innocentia conscij. Magnam enim hoc Christi ver-
bum habet fiduciam, quum nullus hominum fiduciali-
ter hoc dicere potuerit, nisi solus Dominus noster qui
peccatum non fecit. Magna etiam elucet mansuetudo
filij Dei, qua percunctari dignatur, quis eum de peccato
arguere velit aut possit, quum ipse ad relaxanda peccata
venit.

Magna nihilominus iustitia, cuius conscientia talē apud
maleuolos auditores propositionem facit. Ait vir sanctus:
Non contempsi subire iudicium cum seruo meo & cum
ancilla mea, quum disceptarent aduersum me. Christus
suum non quorumcunque seruorum iudicio se commit-
tit, sed malorum, sed infidelium seruorum, sed hostili fu-
rore aduersantium. Magna igitur innocentie fiducia, vbi
cum aduersario iudicium causę ab eo qui reus insimula-
tur, committitur.

A

*Christus
de sua se-
curus in-
nocentia.
Orige.*

1ob. 31.

DOMINICA

¶ Sed quorsum hoc tendit, nisi vsque ad victoriam iudicij ad confutandas, videlicet, rebelles conscientias inimicorum regis? Eò nanque tendit, vt agnoscant q̄ in die iudicij nullam sint excusationem habituri, quia non crediderunt illi, p̄sertim quum nec sic proponente domino, possent obicere, fecisti, aut facis quod minus rectum est hoc vel illud. Proinde nec poterant in eum tactare illud, quod iam vulgo dicitur: Cuius vita despicitur, restat vt & eius p̄dicatio contemnatur.

Matt. 10

Puluis excutiendus.

¶ Sic etiam cōsilāres humiles, & humiliter cōstantes suos quoque vult esse discipulos in autoritate p̄dicationis, quum dicit: Et quicumque non receperint vos, exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium eorum. Hoc autē est p̄dicatori puluerem quoque qui de ciuitatibus reproborū, pedibus eius adhēsit excutere in testimonium eorum, peccata etiam leuiora sine quibus humana omnino nō potest vita transigi, publicē plangere, & quotidianis hęc emundādo remedia de cetero vestimenta sua, id est, totius corporis membra, ab omni luto vitę carnalis impolluta custodire.

Eccles. 9.

¶ Qui ergo discipulis hoc p̄cipiebat, vt vestimenta sua sic excuterent, vt (iuxta quod Salomon ait) omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat, sanctē viuendo pacem euangelizarent, digni ipse prior vestimentum suum mundum, & nulla indigens excusatione istis ostendebat, dicēs: Quis ex vobis arguet me de peccato? Dicit autem de contemptoribus eorumdem excussorum: Amen dico vobis, tolerabilius erit terra Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quā ciuitati illi. Quantō magis isti inexcusabiles erunt, qui hūc de nullo (quamuis exiguo) peccato arguere valentes, non recipiunt.

¶ Circa secundum, quod est veritati non credentium redarguta malitia, subditur:

Si veritatem dico, quare non creditis mihi?

*B
Rupertus*

¶ Igitur quum dixisset: Quis ex vobis arguet me de peccato? rectē subiunxit: Si veritatem dico, quare non creditis mihi? vt ita conuerti, conscientias suas interrogent, quam excusationem habere possint in die iudicij.

¶ Porrō causam quare veritatem dicenti non credebant, paulō antē ostendit vbi ait: Ego autem quia veritatem dico

co vobis
la fuit a
cere vul
causam,
peruersi
aut tran
car verit
it, eò qu
¶ Sed ne
nonis au
& comm
cet bonu
um, & a
bas lu ce
non pote
celle era
quia veri
tarent, q
contentio
quod nul

¶ Qui e
non audis
¶ Noli att
sunt ex D
hoc dictu
hoc com
erant cre
none libe
¶ Tanqu
es: Vnum
hoc euid
adiendi,
sue aurib
lim omni
cere sicut
capit in ve
ditis. Qui
pate diab

eo vobis, non creditis mihi Quasi dicat: Illius qui homicida fuit ab initio & in veritate non stetit, vos desyderia facere vultis: mihi autem nec saltem creditis, non aliam ob causam, nisi quia verisatem dico vobis. Quid autem hoc peruersius? Quid tali oculo nequiùs? Quid magis obliquum aut transuersum, quàm non credere cuiquam, eo quòd dicit veritatem? quum e contrario magis illi credendum fuerit, eò quòd veritatem dicat?

*Mira per
uersitas.*

¶ Sed ne mireris, isti enim ex patre diabolo sunt. Generationis autem diabolica; hoc proprium est, vt sit mendax, & commutet veritatem Dei in mendacium, dicendo scilicet bonum malum, & malum bonum, ponendo dulce amarum, & amarum dulce, vocando lucem tenebras, & tenebras lucem. Hinc igitur quoniam veritas est, & falli ipse non potest, qui dixerat eis: Vos ex patre diabolo estis, necesse erat, vt maximè propter hanc causam nõ crederent, quia veritatem dicebat eis, & idcirco lucem tenebras vocarent, quia lumen suum fundebat inuitis, sed impudenti contentione mendacium adstruentes, citò cadunt, causa quòd nullius rationis habent patrocinium.

*Roma. 1.
Esa. 5.*

¶ Circa tertium, quod est ostensa perfidis non audiendi causa, subditur in litera:

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

¶ Noli attendere naturam, sed vitium. Sunt isti ex Deo, & non sunt ex Deo. Natura, ex Deo: vitio, non ex Deo. Eis autem hoc dictum est qui non solum peccato vitiosi erant, nam hoc commune erat omnibus, sed & præcogniti, quod non erant credituri ea fide qua possent à peccatorum obligatione liberari. Qui ex Deo est, inquit, verba Dei audit.

*C
August.*

¶ Tanquam diceret: Quid aduersum me resultatis, dicentes: Vnum patrem habemus Deum. Omnis qui ex Deo est hoc euidenti signo dignoscitur, quia videlicet habet aures audiendi, & audit verba Dei. Vos autem non auditis, sed sine auribus estis ad omne quod loquitur Deus, & hoc patrum omnibus est, ex eo maximè, quod me queritis interficere sicut paulò superius vobis dixi, quia sermo meus non capitur in vobis, igitur ex Deo non estis, & propterea nõ auditis. Quid deinde restat, nisi sic esse, vt dixi, quia vos ex patre diabolo estis?

*Rupertus
Signu an
quis ex
Deo sit.*

& id.

DOMINICA

& idcirco verba Dei audire: vel econtrà, ex Deo nō esse, & propterea non audire. Nulla planè esset quaestio, si ita dictum fuisset: Qui verba Dei audit ex Deo est, propterea vos ex Deo non estis, quia non auditis. Sed propterea, inquit, vos non auditis, quia ex Deo non estis.

D Igitur quid sit ex Deo esse vel non esse, & propterea verba Dei audire vel non audire, cum auctoritate sacre scripturæ querētes. Primò ad memoriam reuocemus causam cur hæc dicta sunt. Dicta utique sunt hæc propter nimis eam tam Iudeorum superbiam, qua se solos ex Deo esse præsumebant, quia videlicet secundū Isaac, quem ex Deo Sara sterilis & longæua, ex Deo inquã, id est, per Dei repromissionem, & nō per carnis accepit consuetudinem, quomodo Agar Ismaëlem. Hoc scientes Iudei se solos (vt dictum est) ex Deo esse præsumebāt, solòsq; se esse filios Abrahe.

¶ Aduersus huiusmodi æstimationem veritas præsens, qui ex Deo est, inquit, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Quod est dicere: Qui non in illa multiplici superfuitate naturæ est, de qua Deus post peccatum primi hominis dixit ad Euam matrem cuncto-
Gene. 3. rum viuentium: multiplicabo ærumpnas tuas, & conceptus tuos, sed ex illa benedictione, qua in paradiso ante peccatum benedixit eis, dicēs: Crescite & multiplicamini & replete terrā, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram, hic verba Dei audit.

¶ Constat quippe quòd omnes sancti & electi qui nūc per Christi gratiam vocantur, iustificantur, meritisque diuersis magnificantur, omnes, inquam, & si nō eadem prærogatiua meritorum, eadem tamen prouidentia Dei, præcogniti & prædestinati generantur, & omnes ex illa benedictione sunt, qua primos homines ante peccatum (vt iam dictum est) benedixit Deus.

¶ Illud quoq; certum est, quia nisi peccatū fuisset admissum, illi tantūmodo nascerentur qui nunc per Christi gratiam liberantur. Illi autē omnes qui nunc in perditionem relinquuntur ex illa maledictione sunt, qua dictum est ad mulierem, multiplicabo ærumpnas tuas & conceptus tuos, quia nisi peccatum præcessisset (vt dictum est) nullatenus ista sylua (quæ ad nihil aliud est nisi vt excidatur & in igne mittatur) de radice carnis nostræ succreuisset.

¶ Igitur

Ugitur qui est ex Deo, inquit, id est, ex benedictione illa, qua Deus omnes ad vitam pertinētes nasci iussit, hic verba Dei audit, id est, pręeunte gratię Dei aspiratione obaudiat, ad eandem vitam quam intercipientē pręuaricatione perdidit, reuocanti. Et propterea vos non auditis, quia non uti vos putatis aequę ut Isaac pater vester secundum carnē, ex illa benedictione, sed ex maledictione quę peccatum cōsequuta est, multipliciter & superflue pullulastis testante Propheta, quia de aquis Iuda existis, id est, nō ex fide patrum, sed ex sola carne traducti estis.

Esa. 48.

Itaque terribile est quod hic ore diuino dicitur: Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Si enim verba Dei audit, qui ex Deo est, non potest quisquis ex illo non est, interroget se vnusquisque si verba Dei in aure cordis percipit, & intelligit, vnde sit.

E
Grego.
An ex deo
sis.

Cœlestem patriam desyderare veritas iubet, carnis desideria cōterere, mundi gloriam declinare, aliena nō appetere, propria largiri. Pōset ergo apud se quisque, si hęc verba Dei in cordis aure cōualuit, & quia iam ex Deo sit cōproscit.

Nam sunt nonnulli qui pręcepta Dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli qui hęc quidem corporis aure percipiunt, sed nullo eā mētis desyderio cōspectantur. Et sunt nonnulli qui libenter verba Dei suscipiunt, ita ut etiam in fletibus compungantur, sed post lacrymatum tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profectō verba Dei nō audiunt, quia hęc exercere in opere cōtemnunt. Vitam ergo vestram ante mentis oculos reuocate, & cōsideratione pertimescite hoc quod ex ore veritas sonat: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

Sanē qualis quisque est, talia hęc delectat audire. Sed & que cuique conueniunt & in commodum cedunt, his libenter auditum accommodat. Verbi gratia: Libenter audit inermis de medicina, peregrinus de patria, de nūdinis mercator, amator quilibet de re amata.

Que quis
que liben
ter audit.

Porro verbi cœlestis auditio, necessaria est ad salutem peccantibus, pœnitentibus, & proficientibus.

Peccantibus, ut ad sui cognitionem illuminentur, cōpunctione cordis emolliantur, terreantur salubriter, & conuertantur: vel minus saltem delectentur in peccatis.

¶ Pœnitentibus autem, vt sanentur in affectibus, conseruentur à culpis, confirmemur in bono, & spiritualiter cōsolentur.

¶ Proficientibus etiam necessaria est auditio verbi Dei, vt per illud dirigantur, vt dilectione sancta accendantur, vt Dei verbo pasci, in interiori homine corroborentur.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

¶ Hic ponitur blasphemātium Iudæorum cōtradictio. Vnde duo describuntur. Vnum est, In Dei filiū horrēda blasphemia. Alterum, aduersum blasphemantes defensa innocentia, ibi: Respondit Iesus, Ego dæmonium non habeo.

F ¶ Circa primum, aduerte quemadmodum id quod Iesus Christus dixerat (videlicet propterea vos nō auditis, quia ex Deo non estis) ipsi de semetipsis verum esse, suis operibus ostendunt, quum respondentes dicūt: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Simile.

Blasphemus Iudæorum furor.

¶ Quia enim causa ceciderūt, & ratione superati sunt, furiosa ad conuicia prouunt. Quomodo si athletam fortissimum, victus quisquam & solo deiectus aduersarius, quia ferire non potest armis, perat spumosis dentibus. Nonne, inquit, bene dicimus nos, quia Samaritanus es & dæmonium habes? Ecce duo quasi peccatoris argumenta. Dixerat enim: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Ergo ne intactus abiret, impingunt duo hæc, quōd & Samaritanus esset, & dæmonium haberet. Sed aperte mērita est iniquitas sibi, quia profectō hæc verba non sunt dæmonium habentis, sicut & turbę quodam loco testantur dicentibus pharisæis, dæmonium habet & insanit, quid eum auditis?

IOAN. 10.

Eccle. 19.

Iudæi parunt.

¶ Igitur, vt ait Sapiens, à facie verbi parturit fatuus, sicut gemitus partus infantis, citō Iudæi isti per furiosum stultitię suę partum, verum esse testati sunt (vt iam dictum est) quod dixerat veritas, quia ex patre diabolo essent, qui ex propriis loquitur mendaciis. Non enim cum paruo maritudinis suę tormento blasphemiam hanc enixi sunt, quam de patre suo, patre mendacię conceperunt filij mendaces.

ates, animæ adulteræ & fatuæ à facie verbi, ab increpatione veritatis mendacium parturientes.

Quòd ubi vel quando dixerunt, quòd dæmonium haberes, & in hoc Euāgelista & in cæteris Euangelistis similiter reperimus. Nam & aliàs dixerant: Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Et ipsum quoque Beelzebub vocauerunt, dicente ipso apud Matthæum: Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quantò magis domesticos?

Verum, ubi, vel quando Samaritanum illum vocauerunt, vel vnde huiusce improperij occasionem nacti sint, apud neminem Euāgelistarū inuenimus, nisi fortè pro eo quod apud Samaritanos (quibus vtique Iudæi nō conuertebantur) biduo māsit & docuit. Itaque Iudæi furore ebrii & cæcæ non considerantes quid dicerent, sed tantum vt contumeliosissime dicerēt aiunt: Nonne benè dicimus nos, quòd pater quòd hanc cōtumeliam vel Christo affatim obiiceret, vel obtrectantes absenti dicere soliti essent.

Samaritanus, inquit, es tu, contra id quod dixerat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Verum contra id quod dixerat: Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi obiiciunt dicentes: Et dæmonium habes, & ideo non cognoueris veritatem.

Secundum est autem quòd Iudæi Christum Samaritanum vocant, quem vtique non ignorabāt genere esse Iudæum, à loco Galilæum, de quo & aliàs dixerunt: Scrutare & vide, quia Propheta à Galilæa non surgit. Sed Iudæi isti (vtique paruuli quos occidit inuidia) ex leuitate animi hominæ naturaliter Iudæo facere volūt Samaritanum, & ipsi dicebant: Semen Abrahæ sumus, pater noster Abraham est, & vnum patrem habemus Deum, & irascuntur illud sibi non concedi, qui tamen inter hæc quærent interficere hominem qui veritatem eis loquebatur, quod Abraham non fecit.

Itaque Samaritanum vocant, diuersas ob causas. Primò in ipsius opprobrium, quòd natio illa apud eos exosa valde esset & contemptibilis. Christum enim & exosum patrem habebant & contemptibilem.

Secundò, Samaritanum eum dicebāt tanquam ritus Hæreticos dissoluentē, vt pote obseruationē sabbati vt improbabant. Samaritani enim non perfecte iudaizabant.

Ioan. 7.

Matt. 10

CUR SAMARITANUM VOCAT.

G

Ioan. 7.

Iob. 5.

Ioan. 8.

¶ Tertiò, quia Samaritani apud eos, peccatores habebantur & contrarij Iudæis. Christus autem quòd Iudæorũ scelerata reprehēdebat habebatur ab eis loco hostis, & aduersarij. In quibus omnibus (vt dictũ est) nituntur illum ostendere peccatorem esse.

*Cur da
moniacũ
dicunt.* H ¶ Dæmonium insuper habere dicunt, vel q̄ secreta cogitationũ ipsorũ deprehēdebat, quod imperitè dæmonibus buebant, qui humani cordis ignorat arcana. Vel quia credebant eum in principe dæmoniorum eiicere dæmonia. Vel etiã propter sermones eius humanã capacitatẽ intendum transcendentem, quibus Deum esse patrẽ suum asserbat, & q̄ de cælo descenderat, & q̄ esset panis viuus.

¶ Itaq; tam diuinam in eo potentiam q̄ sapientiã blasphemantes, dæmoni adscribebant, atq; per hoc instabant (vt iam dictũ est) contra id quod dixerat: Si veritatẽ dico vobis, quare non creditis mihi? Nam dæmoniacis credendum nõ est, q̄ per eos mendacij pater diabolus ipse loquatur.

¶ Circa secundum, quod est aduersum blasphemates defensã Christi innocentia, subditur:

Respondit Iesus: Ego dæmoniũ non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me.

*Rupertus
Mansue.
tudo christi.* I ¶ Accepta dominus contumelia tam indigna, à mansuetudine solita non recedit, qua neminem referre consuevit. Aliud nanq; est quum interrogatus quis negat, atque aliud quum id quod alius affirmauerat, ipse ex opposito confitens denegat. Hoc autem interrogando dixerant: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es & dæmonium habes? Cæterum & aliã dixerunt cum affirmatione, Dæmonium habes. Quis te querit interficere; & paulò post dicturi sunt etiam affirmantes: Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Igitur & in hoc seruat mansuetudinis suæ tenorem, quòd vnum idẽmque opprobrium, & hic interrogatus negat, & alibi tacita patientia dissimulat.

¶ Notandum verò est, quòd non ait: Samaritanus nõ sum. Vndè & quum de hac parte iniecti opprobrij silet, ipso suo silentio satis indicat, quia genere esse Samaritanum vel Iudæum, aut certè Græcum, non tanti est, vt quispiam animum aduertere, aut vllam operã dare debeat ad elucendum, vel remouendum à se huiusce denominationis opprobrium.

¶ Aliã

¶ Alias autem & verè iuxta mysticum sensum (quem ta-
men Iudæi non attendebant) Samaritan⁹ est Dominus no-
strus Iesus Christus sicut ab ipsius nominis interpretatione
palam omnib⁹ intelligi datur. Samaritanus etenim inter-
pretatur custos. Quis autem nisi ipse verus & peruigil, nõ
dormitans neque dormiens, humani generis est custos?

*Christus
Samarita-
nus pius*

¶ Quapropter in illa insigni parabola quam sic inchoat:
Homo quidã descēdebat ab Ierusalem in Iericho, & inci-
dit in latrones, pulchrè seipsum Samaritani illi⁹ nomine &
opere cõmendat, qui faciens iter venit secus eundẽ homi-
nem, & alligauit vulnera eius infundens oleum & vinum
Prospiciens etenim iste custos noster de excelso factio suo
de celo in terrã aspiciens, vidit genus humanum à latro-
nibus despoliatum, & plagis impositis seminiuum relictũ,
id est à diabolo deceptore dignitate suæ conditionis exu-
tum & creatoris sui, non quidem imagine sed similitudine
notatum, quod erat seminiuum esse relictum. Rationem
secundũ quã ad imaginẽ Dei factus est, homo non perdi-
derat, sed imitationem bonitatis eius, secundũ quã ad simi-
litudinem Dei factus erat, amiserat. Vidit, inquã, genus hu-
manum sic seminiuũ, & appropiauit, proximus enim no-
strus factus est, & absq; peccato nostri per omnia similis, &
eius curam quã eadem parabola prosequitur adhibebat.

Luce. 10.

¶ Ugitur de hoc nomine quod est, Samaritanus, rectè cu-
stos hominũ dominus noster tacuit, & tacendo satis lauda-
uit. Hoc autẽ quod nullius boni notã retinet, interrogatus,
non bene dictum esse respondit, dicens: Ego dæmonium
non habeo Sed quid? Honorifico, inquit, patrem meum.
¶ Ergo hæc contrario modo opposita esse constat, dæmoni-
um habere, & patrem Deum honorificare. Amplius hono-
rificare Deum, & inhonorare Dei filiũ, opposita sunt quia
non solum sensu, sed & voce contraria sunt. Proinde dæ-
monium habere & Deum inhonorare voce quidem diuer-
si sensu autem paria sunt.

*K
Mendaci-
um dixit
se Iudeos*

¶ Ugitur dum sic respondet mansuetus & verax: Ego dæmo-
nium non habeo, sed honorifico patrem meum & vos in-
honorastis me, opprobrium inimicorum retorquet in ca-
put ipsorum, voce quidem deuitans horrifonam turpitudi-
nem ne diceret: Vos potius dæmonium habetis, rei autem
tenens veritatem, quia re vera nisi dæmonium haberent,
Dei filiũ non inhonorarent.

*Exemplū
imitādū.*

¶ Cæterum (vt dicit Greg.) māuetudinis Christi inter tāta cōuitia immoto animo persistētis exemplo, quid aliud quā superbia nostra cōfunditur? quā si exagitata vel leniter fuerit atrociores addit iniurias quā accepit, facit mala quę potest, minatur & quę non potest. Ecce iniuriam suscipiens, Deus nō irascitur, non cōtumeliosa verba respondet. Qui si eisdem ista dicentibus respōdere voluisset: Dicitur monium vos habetis, verū profectō diceret, quia nisi impleti dæmonio essent tam peruersa de Deo loqui non possent. Sed accepta iniuria, etiam quod verū erat dicere veritas noluit, ne non dixisse veritatem, sed prouocatus cōtumeliam reddidisse videretur.

¶ Ex qua re quid nobis innuitur nisi vt eo tempore quo à proximis ex falsitate contumelias accipimus, eorum etiā vera mala taceamus, ne ministerium iustæ correctionis vertamus in arma furoris. Sed quia quisquis zelo Dei vitur, sæpe à prauis hominibus dehonestatur, in semetipso dominus nobis patientię præbuit exemplum, qui ait: Sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me.

¶ Quo dicto statim peruersis illorum cogitationibus recurrit dicens:

Ego autem non quero gloriam meam, est qui querat, & iudicet.

L ¶ Existimabāt iniqui quòd ille esset eorū similis, id est, quòd vanam querens gloriam de seipso testimonium perhiberet & ea mente diceret: Quis ex vobis arguet me de peccato? & his similia, quā & illi quibus rectē dicebat: Vos estis qui iustificatis vos corā hominibus, Deus autē nouit corda vestra, & huiusmodi quā plurima. Talem quippe illum haberi volentes antè dixerat: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.

¶ At ille intātū nulli vnquā adulatus est, vt in ciuitate illorum magna & ampla vel vnus noctis hospitium nūquā habuerit sed semp foris, & in Bethania maxie, hospitat⁹ sit.

¶ Nō enim quemadmodum homines mūdi huius amatores, gloriam suam querentes & in domibus regum esse festinantes, omnibus adulantur, & idcirco rectē mollibus vestiri dicuntur, non inquam ita & ipse fauorem illorum optabat vt sibi ab eis quātocius regię salutationes acclamarentur, & diceretur: Viuat rex Christus, & sic per homines

L
christus
suam non
querit
gloriam.

nines super
nam tale ex
venere, vt &
re diabolo
Verisimē
mas adiu
verba sunt
ti sui, gloriā
iudicaret?
agnoscebāt?
no dictū fu
trahitur eū,
gloria sacer
mes sacerdo
frant ergo
leij) diabol
tionabilite
uolamus hu
scripturā dice
accrunt in
tus. Nam re
lebit sibi,
Querret ex
mici ludæ:
lodamentur
ombus vniu
maestatis, g
lici contriti
Scimus cert
no dedit filio
am non qua
re, vt nobis i
m se adhu
Quum verō
ndicatio fr
no⁹ admon
dictus est p
pndit, dicen

Amen am
auerit, m

mines super Davidicum solium sublimaretur. Quod si quid-
piam tale expectaret ab eis, non utique sic argueret eos in
veritate, ut & paulò antè non tacuerit, dicens: Vos ex pa-
tre diabolo estis.

Verissimè ergo ait, Ego gloriam meam non quero. Et pro M
tibus adiungit: Est qui querat & iudicet. Tuti valde animi *Gloriam*
verba sunt hæc. Nec frustra. Quomodo enim gloriam Chri- *filij quæ*
sui, gloriam regni sui, gloriam sacerdotij eius, non quereret *rit pater.*
& iudicaret? Quomodo hanc eius confidentiam Iudæi non
agnoscebant? Siquidem de gloria regni eius prophetico spi *Psal.*
rit dictum fuerat: Iuravit dominus David veritatè & non fru-
strabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Item de
gloria sacerdotij eius: Iuravit dominus & non pernitescit eum *Psal.*
ut es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech

Stant ergo inimici veritatis, & cum patre suo, patre men-
tionij diabolo consilium insipienter ineant, quomodo quasi
rationabiliter consilium Dei spernant in semetipsis, dicentes:
Volamus hunc regnare super nos, & hoc modo impleant *Lucæ. 19.*
scripturam dicentem: Astitērunt reges terræ, & principes con- *Psal.*
terunt in unum adversum dominum & adversum Christum
Iesum. Nam re vera qui iuravit (ut iam dictum est) ritè pro-
hibebit sibi, ne iuramentum suum irritum sit.

Queret enim & iudicabit gloriam Christi sui, ut sitis vos *Proph. 10.*
Iudæi quasi tempestas transiens, ipse autem quasi
fundamentum sempiternum videntibus cunctis, & audi-
entibus uniuersis sententiamque laudantibus, quod reos
iniquitatis, gloriæ filij sui inuidos, dominus cælorum du-
bita contritione conterendo, iudicabit vos.

Scimus certè quod scriptum est, quia pater omne iudici-
um dedit filio, & tamè idem filius iniurias accipiens gloria *Gregori⁹*
tam non querit, illas contumelias patris iudicio refer- *10an. 5.*
re, ut nobis insinuet quantum nos esse patientes debemus, *Patientiæ*
cum se adhuc vlcisci non vult & ipse qui iudicat. *exemplū*
Christus.

Quum verò malorum peruersitas crescit, quia non solū
predicatio frangi non debet, sed etiam augeri suo nos do-
minus admonet exemplo, qui postquam dæmonium habe-
ditus est prædicationis suæ beneficia etiam largiùs im-
pedit, dicens:

*Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum ser-
uauerit, mortem non videbit in æternum.*

NIn eo quo cœpit, veritas sermone perseverat, totius constantiæ exemplar singulare. Suprà namque ante lectionis huius initium sic proposuerat: Si manseritis in sermone meo verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Nūc verò in tertia persona generaliter loquens, dicit: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Pro eodem enim accipienda sunt. In Christi sermone manere, & Christi sermonem seruare. Amen amen, inquit, dico vobis, repetitio hæc, diuini iuramenti, verborum Christi infallibilem ostendit veritatem. Si quis sermonem meum seruauerit, corde credendo, & opere adimplendo, mortem non videbit, id est, non experietur in æternum. Sicut enim infusa corpori anima præstat ei vitam, & ros cœlestis florem viuificat, ita Christi sermo fidelem viuificat animam.

¶ Sed obiiciat aliquis, & dicat: Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? Ecce enim morimur vniuersi.

*Christi
sermonem
seruans quo
modo non
moritur.*

*Mors tri
plex.*

Phil. 1.

1. Cor 15.

Esai. 25.

¶ Sed triplex est mors, videlicet. Prima, naturæ, quæ animam à corpore separat, & hanc necesse est omnem hominem experiri. Sed tamen Christ⁹ facit, vt ista mors contemnatur, imò vt desideretur, iuxta quod dicebat Apostolus: Cupio dissolui & esse cum Christo. Sed & tandem virtute sermonis Christi mors ista destruetur, quando mortale hoc induet immortalitatem. Tunc enim absorbebitur mors in victoria. Vndè per Esaiam dicitur: Præcipitabit dominus mortem in sempiternum.

¶ Secunda, est mors culpæ, per quam anima separatur à Deo, & ab ista liberat seruatus sermo Christi. Nemo enim peccat nisi qui verbum Christi non seruat.

¶ Tertia est mors gehennæ ignis, de qua per Psalmistam dicitur: Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Et rursus alibi: Quoniam non infernus confitebitur tibi neque mors laudabit te. Sed nec mortem hanc peccatorum pessimam videbunt in æternum Christi sermonem seruantes.

HOMILIA ALTERA.

Nunc cognouimus, quia demonium habes. Ioannis octauo.

¶ In hac parte Euangelicæ lectionis duo restant

con-

rius con-
lectionis
sermone
itatem, &
a genera-
eruauerit,
im accipi
i sermone
hec, diui
endit ve-
e creden-
d est, non
ori anima
ita Chri-

qui viuet,
iuerit.
que mi-
nem ho-
mors con-
t Apoſto-
andem vi-
do morta-
orbebitur
pitabit do-

eparatur à
emo enim

aln. iſtam
t tui, in in-
bi: Quo-
laudabit
n videbit

es. Ioan-

no reſtant
con-

conſideranda. Primum eſt, aduerſum vera reſpondentem
contumelioſa replicatio. Secundum eſt, calumnias diluēti
parata lapidatio. Ibi: Reſpondit Ieſus. Si ego.

Circa primum duo ſunt notanda. Vnum eſt aduerſus ve-
ritatem iterata blaſphemia Alterū, Impoſita domino aro-
gantiæ calumnia. Ibi: Nunquid tu maior es.

Circa primum dicitur: Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cogno-
uimus quia dæmonium habes. Sufficiēter amouerat à ſe
Circus hanc contumeliam, ſed tamen eam replicat, ne
ſuccumbere videantur. Vndè & ratione ſuperati, de bene-
ficio oſtenſe veritatis peiores fiunt quemadmodum e con-
trario per contumelias boni efficiuntur meliores. Nam
accepta domini prædicatione dicentis. Amen amen dico
vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non vi-
debit in æternum, iterum Iudæi blaſphemant, dicentes:
Nunc cognouimus quia dæmonium habes.

Vbi aduertere eſt & cæcitatem pariter & impudentiam
Iudeorum. Nunc, inquiunt, cognouimus, quia dæmonium
habes. Id antè certò neſciebamus, nunc autem verè ſcim⁹
Vbi eorum ſtupiditatem palàm eſt cernere. Nam quando
annum de morte damnationis æternæ conſtat fuiſſe lo-
cutum, ipſi hoc ad corporalem mortem iniquè detorque-
unt. Vndè & dicunt:

*Abrabā mortuus eſt & Propheta, & tu dicis ſi quis
ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in
æternum?*

Verè ſtulti & maligni contentionis ſtudio aduerſus Dei
preſentiam dimicant, quæ ſint exordia ſermonis Dei, nec-
tam ſe ſcire oſtendentes. Vbi enim cor ſuum pariter & au-
res dereliquerāt, tam multa clamante ſcriptura de morte
peccatorum peſſima, verbi gratia, dum dicit: Quia non in
æterno conſitebitur tibi, neque mors laudabit te. Vel illud:
Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno
mortem quis conſitebitur tibi, & his ſimilia.

Nempe de hac morte vera, de hac morte peſſima dice-
tur veritas: Si quis ſermonē meū ſeruauerit, mortē nō vi-
debit in æternum. At illi quia iam æternæ morti inhæſe-
runt & eandem mortem cui inhæſerebant non videbant,
tam ſolam mortem carnis aſpicerent, in veritatis ſermo-
ne caligabant. Dixerunt ergo,

Nunc

A
Iudeorū
furor a-
trox.

B
Mors peſ-
ſima.

¶ Nūc cognouimus quia dēmonium habes. Et vnde o possesores stultitiæ, tantæ rei nacti estis notitiam? A maioribus (inquiunt) capimus argumentum. Abraham enim & propheta mortui sunt. Quasi dicant: Non maioris auctoritatis & efficaciam est tuus sermo, quàm sermo Dei.

*Obiectio
Iudæorum*

Sed obseruatores diuini sermonis mortui sunt, nempe Abraham & cæteri prophetae, ergo sermo tuus à morte non liberat. Quin nec te ipsum à morte poterit tuus sermo liberare, quātò minus potest alios facere immortales: Nisi fortè putes te esse maiorem Abraham & prophetis. Abraham autem mortuus est, qui tamen sermonem Dei in omnibus obseruauit, egrediens ad domini iussorem de terra sua & cognatione qui etiam propter sermonem domini præsto fuit immolare vnigenitum suum in holocaustum.

Denique & sermo eius tantæ fuit virtutis, tantumq; valuit apud dominum, vt ciuitatem & vniuersam regionem Sodomorum si ea decem iusti inueniri potuissent, ab impendente subuersionis pœna potuerit liberare.

¶ Et prophetae mortui sunt, qui Dei sermonem seruauerunt & in suo nihilominus potentes fuerunt sermone. Verbi gratia: Moyses, David, Samuel, Helisæus, Esaias, Ezechiel, Ieremias, Daniel, aque cæteri omnes. Et super hæc omnia tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum, loco eius quod dixerat, mortem non videbit, Isti dicunt non gustabit, & in idem redit quia tam videre mortem quàm gustare, accipitur pro eo quod est experiiri.

*Origenes
Mortuos
non esse
vuentes
Deo.*

¶ Notandum est autem Iudæos non verum dixisse de Abraham & de prophetis quòd mortui esset. Audiuit enim verbum Christi Abraham atque seruauit, & huius simile dices de prophetis, de quibus dicunt: Et prophetae mortui sunt. Nam ipsi verbum filij Dei custodierunt, quum verbum domini factum fuerit vel ad Osee, vel Esaiam. Ieremiam quod si quis alius custodiuit, ipsi prophetae custodierunt.

Mat. 12.

Mendacium ergo dicunt, mortuos esse asserentes. Vnde dominus in Euangelio cum Saducæis disputans, Non legistis, inquit, in libro Moyse, super rubum quomodo dixerit ei Deus, inquiens: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Iacob. Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Vnde & apud Lucam subiungitur: Omnes enim viuunt ei.

¶ Circa

¶ Circa secunda
calumnia, &

Nunquam
mortuus

sum facit

¶ Iudaicæ g

ari feminis

alio, & omni

tas, qui tan

ti sunt, qui

meliozem, n

Quem (in qu

ncipsum, v

rius mensu

lomo Galil

¶ Talis utiqu

as, nimis in

est, nisi is, in

ter, & omnis

est Ergo ca

te Iesus ic

car & diceba

totum clari

ud te. Mag

quum, sed qu

tu & ipse qu

na Dei exist

em Deo, se

diens, in simi

us vt homo.

meliam Ch

perbum ca

phetais.

¶ C

Respon

ria me

cat me.

¶ Hic ponitur

no dominus

¶ Circa secundum, quod est imposita domino arrogantiæ calumnia, subditur.

Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & prophetae mortui sunt? Quem teipsum facis?

¶ Iudaicæ gentis Abraham fuit pater, cui etiam primo futuri seminis repromissio facta fuit, à quo incepit & circūtertio, & omnes Iudæi secundum carnem ab eo descendunt, qui tamen (inquiunt) mortuus est, & prophetae mortui sunt, qui & maiores quàm tu, fuerunt, & sermonem Dei meliorem, magisque tuo sermone authenticum seruauerunt. Quem (inquiunt) teipsum facis? Quousque tendis supra te teipsum, vel ad cuius mensuram magnificas te teipsum, cuius mensuram nos omnes nouimus, uidelicet, quod sis homo Galilæus fabri filius?

¶ Talis utique percunctatio dicentium, quem teipsum facis, nimis iniuriosa est. Quid enim aliud seipsum facit quàm se, nisi is, in quo veritas non est, mendax & mendacij pater, & omnis hypocrita & nequam, qui utique ex parte eius est. Ergo cæcutientium fuit hæc prolatio, quoniam non se sentit Iesus id quod est, sed ex patre recepit ab æterno, sicut & dicebat ipse: Nunc clarifica me tu pater apud te teipsum claritate quam habui prius quàm mundus esset a te. Magnus itaque fuit, non quod ipsemet fecerit magnum, sed quia talem eum ab æterno genuit pater, Quamuis & ipse qui tantus erat semetipsum humiliauit, & in forma Dei existens, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Itaque nimis indignè mendacem hanc contumeliam Christo infligunt, quem quasi arrogantem atque superbum calumniantur, qui se Abraham anteponebat & prophetis.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est: Est pater meus qui glorificat me.

¶ Hic ponitur calumnias diluenti parata lapidatio. Vbi primo dominus falsam calumniam patienter diluit.

Secun-

¶ Circa

¶ Secundò maiorem se quàm Abraham ostendit. Ibi: Abraham pater vester. Tertiò, homicidarum duritia ad lapides decurrit. Tulerunt ergo lapides iudai.

B ¶ Circa primum, attende quali responso retusi sint, dente putido sapientiam commordentes, & dicentes, quem teipsum facis? Si ego, inquit, glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Hoc quantum ad eorum suspensionem dixit.

*Seipsum
glorificare
quid sit.*

Esaiæ. 14.

¶ Vbi hoc primò sciendum est, quòd nemo nisi alienæ tutor gloriæ, seipsum glorificare æstimandus sit. Qui enim se iactat & dilatat, confidens in corde suo, exemplo illius qui primus creatoris sui communionem contempta sibi in corde suo loquens, sededo, inquit, in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo, ille inquam qui iactando & dilatando se, hunc imitatur, glorificare seipsum dicendus est, ei que rectè dicitur: Quem teipsum facis? quia stultus est & iurgia concitat, dum supra semetipsum se extendit localem comparium charitatem deserens, inferiorumque charitatem fastidians. Ergo Dei filius non seipsum glorificat nam e contra, ut iam dictum est, quum in forma Dei esset semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, factus obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis.

Philip. 2.

ioan. 17.

¶ Dicat itaque: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est, id est quisquis supra semetipsum tedit, sicut vos de me calumniimini, dicentes, quem teipsum facis, gloria eius nihil est. Debemus enim concordem patris & filii charitatem nos imitari, qua & pater filium, & filius patrem glorificat. Ipso filio dicente: Pater clarifica filium tuum, ut & filius tuus clarificet te, ut mutua charitate fiat in nobis quod scriptum est: Honore inuicem præuenientes, & tunc gloria nostra nonnihil est.

¶ Est pater meus, inquit, qui glorificat me. Quibus verbis aduersus impios & obstinatos adhuc sese dominus aperit & manifestè diuinam suam maiestatem ostendit, docens eum sibi esse patrem, quem illi suum profitentur Deum, ut exinde eorum perfidia nullam prorsus habeat excusationem.

Lucæ. 3.

¶ Patet autem quemadmodum pater filium suum secundum humanam naturam glorificauit. Et primò quidem in baptismo voce cœlitus audita: Hic est filius meus dilectus, in quo michi complacui. Simili postmodum voce in sua

gloriosa transfiguratione in excelsa monte è nube audita
idem Dei filius à patre glorificatus est, dicente ei: Hic est
filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum
audite. Proinde insigni testimonio Ierosolymis paulò an-
te passionem suã filium suum pater glorificauit huiusce-
modi ad ipsum de cœlo voce dicente: Et clarificauit, & ite-
rum clarificabo.

Matt. 17

Ioan. 12.

Nam & in ipsa passione sua hunc admirandis prodigiis clarificauit, quãdo videlicet elementis luctum faciẽ-
bus obscuratus est sol & aër, & ab hora sexta vsque in
horam nonam (quoadusque videlicet in cruce viuens pe-
pendit) tenebræ factæ sunt super vniuersam terram.
Quando nihilominus terra mota est, & petræ scissæ sunt,
& monumenta sanctorum sese aperuerunt, sed & ve-
lum templi scissum est in duas partes, à summo vsque de-
uersum.

Denique in eius gloriosa resurrectione à mortuis, ac
einde in triumphali Ascensione in cœlum, sessioneq; ad
exteram patris, angelorum præterea multiplici attesta-
tione, & fide gentium Deus pater Iesum Christum filium
suum (quem Iudæi inhonorauerunt) magnificè glorifica-
uit, datus ei nomen quod est super omne nomen, vt in no-
mine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, &
infernorum. Sequitur:

Philipp. 2

Quem vos dicitis quia Deus noster est, & non cogno-
uitis eum, ego autem noui eum. Et si dixero quia non
scio eum, ero similis vobis mendax: Sed scio eum, & ser-
uonem eius seruo.

Non peregrinũ pro se aliunde testimonium adducit do-
ctus, sed contentus est illo paterno, quando & pater il-
leius quo fretus est, Deus erat Iudæorum, ne isti suspica-
rentur alienum Deum ipsum inducere velle.

G
chrysof.

Et non cognouistis, inquit, eum: Dices & Iudæos co-
gnouisse Deum, iuxta illud Psalmistę. Notus in Iudęa Deus,
in Israel magnum nomen eius. Ad quod responderetur, co-
gnouisse quidem Iudæos Deum, sed vt conditorem tan-
tam, & administratorem mundi, non vt eum qui per vnige-
nitũ filium suum Iesum Christum miracula operaretur, quia
sic Deum cognouissent, filium eius non crucifixissent.
Quod tamen intelligendum est more scripturarum, quo
appellat.

Iudeos
deũ nõ co-
gnouisse.
chrysof.

*Dei igno-
rare.* appellantur impij qui ita omnia agunt quasi Deum non
Esa. 1. agnoscant. Quo loquendi modo per Esaiam Dominus lo-
quitur, dicens: Israel autem me non cognouit, & populus
meus non intellexit.

¶ Proinde quisquis viam Dei non ingreditur, vñtato scri-
pturæ modo perinde habetur, ac si neq; Deum agnoscat,
1. Reg. 2. nec ab illo se putet agnosci, iuxta quod in Regum histo-
ria scriptum legimus: Filij Heli, filij Belial nescientes do-
minum, neque officium sacerdotum ad populum. Palam
est autem inde eos dici ignorasse dominum, quod impie

Titum. 1. vixerint. De huiuscemodi per Apostolum dicitur: Fate-
tur se nosse Deum, factis autem negant Bene ergo Iudæis
Deum suis malis operibus negantibus, ore veritatis dicitur:
Et nō cognouistis eum, tametsi iactitantes dicitis, quia
Deus noster est. Quem tamen verè cognoscebat ipse iux-
Matt. 11. ta quod ait: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem
quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Porro
de seipso Saluator subdit, dicens:

August. ¶ Ego autem noui eum. Secundum carnē iudicantibus po-
Veritati tuit & his arrogans videri, sed arrogantia non ita caueat-
Christus tur, vt veritas relinquatur. Propter quod subdit.

attesta- ¶ Et si dixero quia nō scio eum, ero similis vobis mendax.
tur. Quasi dicat: Sicut dicentes vos scire eum mentimini, ita
Rupertus & ego, si dixero me eum nescire. Frustra nāque veritas in
hunc mundum venisset, si seipsam negando, mendacibus
satisfecisset.

¶ Bene ergo quod mallet eligens dicit: Sed scio eum, &
sermonem eius seruo. Quod vtique maxima demonstra-
tio est quod ab illo sit missus. Hic autem, inquit, sermo
eius est, & hoc mandatum ille mihi dedit, vt non solum
vsque ad opprobria, sed & vsque ad mortem, testimonium
veritati perhibeam, quod ipse me misit, ad hoc quod quis-
quis sermonem meum seruauerit, mortem non videat in
æternum.

¶ Circa secundum, vbi maiorem se quàm Abra-
ham dominus ostendit, subditur:

*Abraham pater vester exultauit vt videret diem
meum, vidit & gausus est.*

H ¶ Refutato vanæ gloriæ conuitio, quo denotauerant eum
Rupertus aduersarij, dicentes: Quem teipsum facis, nunc demum

ad illud resp
retroguera
Abraham qu
exultauit vt
Magna sac
Abrahæ mo
quædicat teli
per diem me
der nostræ re
longam & la
quali tristitia
tæ expectat
¶ Promiserat
(quod ma
tine eius be
ne filium, p
Christus, spe
in terra al
habens hic n
¶ Hoc ergo
um, quod v
um appellat
estimonium
tationis pr
neum.
¶ Porro secu
uerit temp
tione, an die
sed ego, inqu
¶ Aut enim s
tore meo, &
tatio, nisi q
in carne Deu
¶ Proinde et
quando in fig
cepit. Quib
matus est, qu
tamen v
est.
¶ Quis autem

illud responderet, quod cum indignatione non parua interrogauerant, dicentes: Nunquid tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est? Abraham, inquit, pater vester exultauit vt videret diem meum.

*Maior
Christus
quam A-
braham.*

(Magna sanè & mira sententia, quia & magnum patris Abraham meritum, & longè magis propriae magnitudinis predicat testimonium. Quid enim est, exultauit vt videret diem meum, nisi illud, quod & nos in eodem patre fidei nostrae rectè miramur quia primus ad præceptum Dei longam & laboriosam sustinuit peregrinationem, non sic quali tristitiam aut necessitatem, sed vt verè magnæ lætitiæ expectationem.

(Promiserat enim illi Deus nullum habenti hæredè, imò (quod maius est) sterilem habenti vxorem, quod in semine eius benedicerentur omnes gètes, nec statim accepit filium, per quem illud semen benedictionis quod est Christus, sperare posset, sed potius exiit, nesciès quò iret, & in terra aliena in casulis habitando demoratus est, non habens hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirens.

Gene. 17.

(Hoc ergo magnum quidem est patris Abraham meritum, quod vtique (id est hanc eius obedientiam) Dei filius appellat exultationem. Sed longè maius est sui ipsius testimonium quod diem suum fuisse testatur eiusdem exultationis præmium dicendo: Exultauit vt videret diem meum.

Gene. 12.

Hebr. 13.

(Porro secundum Augustinum, incertum esse potest, vtum fuerit temporalem diem domini, quo erat venturus in carne, an diem domini qui nescit ortum, nescit occasum. Sed ego, inquit, non dubito patrem Abraham totum scisse. At enim seruo suo quem mittebat: Pone manum sub fœderis meo, & iura mihi per Deum cæli. Etgo quæ fuit illa ratio, nisi quia signabatur de genere Abraham venturum in carne Deum cæli.

*Diè christi
vt A-
braham
vidit.*

Gene. 24

Gene. 18.

(Proinde etiam tunc diem Domini Abraham vidit, quando in figura summæ trinitatis angelos hospitio recepit. Quibus profectò susceptis, sic tribus quasi vni locutus est, quia & si in personis numerus trinitatis, in natura tamen vnitas est diuinitatis. Vidit ergo & gaudium eius est.

(Quis autem pensare potest illud beati senis gaudium

quan-

quando accepit diutinæ expectationis suæ præmium, scilicet filium, veracis Dei testimonium, posteritatis initium, fundamentum generis, salutis argumentum, nascituri Christi seminarium. Quis, inquam, nisi quem eadem fides animavit, persentiscere potest gaudium amici Dei quo diligebatur anima eius quum staret familiariter cum illo sub arbore, à cuius facie timidè abscondit se reus Adam sub arbore, & cibus suis cum pasceret, quem ille per cibi rapinam offenderat, suamque radicem vetus oliua reuirescere conspiceret ad proferendum fructum, qui tandem vetiti ligni morsus expiaret.

¶ Rectè igitur hic filius Abrahamæ maior quàm Abraham loquitur, dicens: Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est.

¶ At illi carnales filij Abrahamæ, suos à carne oculos nō subleuant, & in eo solam carnis ætatem pensantes verba eius hæc intelligere nolebāt. Verba enim oris eius (nambrum iniqui Iudaici populi) iniquitas & dolus, & noluit intelligere vt bene ageret. Sequitur enim:

Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham Vidisti?

Simile. **K** ¶ Nō ignorabat veritas quicquid respōdisset, vertendum esse in calumniam. Sic enim insistebant aduersarij, quomodo luctatores improbi, qui virum fortissimū quia virtute deiicere non possunt, fraude vt in foueam ruere faciant, circumueniunt. Sic enim isti insidiosi vrgebant, vt verbum elicerent, quod pro blasphemia cōdemnare possent. At tamen respondendum à Christo ita illis erat vt totus mundus illis non audientibus, audiret, non neglecta scriptura quæ dicit: Ne effundas sermonem, vbi non est auditus, quum non tam propter illos qui persequebantur, quàm propter nos qui credituri eramus idem sermo funderetur.

Eccle. 32.

¶ Quinquaginta, inquit, annos nondum habes. Sanè triginta & trium duntaxat annorum tunc erat Christus. Et Abraham vidisti, qui iam ante annos circiter bis mille mortuus fuerat? Nec tamen dixerat Dominus se Abraham vidisse, sed econuerso, quia Abraham viderat diem Christi, nihilominus tamè secundum eorum intellectum

erro-

eroneum eadem utrobique erat difficultas. Verùm corpus oculis nec Christus ipsum Abrahã, nec ipse Abrahã Christum vnquam viderat, prout isti suo distorto intellectu Christum dicere calumniabantur. Itaque benigne retemptor noster à carnis suæ intuitu hos submouet, & ad diuinitatis suæ contemplationem trahit dicens:

Amen amen dico vobis: ante quam Abraham fieret

ego sum.

Antè præteriti temporis est, sum presentis. Et quia temporis præteritum & futurum diuinitas non habet, sed semper esse habet, nõ ait: Ante Abrahã ego fui, sed ante Abraham ego sum. Vadè & ad Moysen olim dixerat: Ego sum, & dices filius Israel: Qui est, misit me ad vos.

Antè ergo vel post Abrahã esse habuit, qui & accedere potest per exhibitionem presentis, & recedere per cursum temporis. Veritas autem semper esse habet, quia ei quequam nec priori tempore incipitur, nec subsequenti terminatur, sed sustinere ista æternitatis verba infidelium mentes nõ poterunt, imò noluerunt, sicut de hoc maximè iniustus & insipiente populo scriptum est: Quia noluit intelligere ut sermo ageret.

Circa tertium, quemadmodum videlicet homicidarum duritia ad lapides decurrit, subditur:

Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

Veritatis verba sustinere nõ valentes, ad lapides currunt. Et quem intelligere non poterant, vel potius intelligere dissimulabãt, obruere quebãt. Defecerant eis verba quibus Christo vltra exprobrarent, ergo currunt ad lapides. Quò enim tanta cordium duritia nisi ad lapides duritia recurreret?

Iesus autem abscondit se, non in angulum aut in locum secretiorem quasi timidus se recipiẽs, sed de sua conscientia sibi conscius & securus de medio eorum qui ei inhiabantur exiuit. Exiuit, inquit, de templo, in quo voluerunt ipsum lapidare.

Quis iam miretur Dei filium templum ipsorum relicto desertum, quod iam ei factum erat spelunca hiene? Quod enim est, quod Iudei nũcvsque in lóge sunt à salute,

L
Grego.
christus
se Deum
esse insi-
nuat.

Furenti-
bus christus
cedit.

Iud. ei in-
stè dereli-
cti.

DOMINICA IN PASSIONE.

Rupertus nisi quia Iesus, id est, Saluator ab illis abscondit se? Et quid
Est. 1. est quod ciuitas & templum super oculos, imò & super ca-
Malac. 2 dauera eorum cecidit, exterminantibus Romanis, & que-
 cunque illic Deo patrum suorum offerre vel celebrare
 consueuerant, holocausta arietum, & adeps pinguium, &
 sanguis vitulorum & agnorum & hircorum, neomeniæ,
 & sabbata, & aliæ festiuitates eorum, quasi steruus super
 vultus eorum projectæ sunt, Deo protestante & dicente:
Matt. 23 Iniqui sunt cæcus vestri, calendæ vestras & solennitates
 vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta. Quid
 est, inquam, hoc, nisi quia Iesus absconditus ab eis exiit
 de templo? dicens: Ecce relinquetur vobis domus vestra
 deserta.

¶ Quod autem quasi infirmus, se abscondit & exiuit, vi-
1. Cor. 2. storiæ totius perfectionem expressit (dicente Apostolo:
 Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus) quia non
 tam à lapidibus, quàm à lapideis Iudæorum cordibus
 fugit.

M ¶ Sed dicat aliquis: Mirum est quod dominus persequuto-
christi et res suos fugiendo declinauerit, qui si voluisset tacito iuru-
lerantia mentis suæ eos aut in suis ictibus ligaret, aut pœna subite
imitada. mortis obrueret. Sed qui pati venerat, exercere iudicium
Grego. nolebat. Certè sub ipso passionis tempore & quæ tunc ip-
 se posset ostendit, & tamen hoc ad quod venerat, ostendit.
Ioan. 18. Nam quum persecutoribus se quærentibus diceret: Ego
 sum, sola hac voce eorum superbiam percussit, & omnes
 in terram strauit.

¶ Qui ergo & in hoc loco potuit manus lapidantium non
 se abscondendo euadere, quum abscondit se, nisi quod ho-
 mo inter homines factus redemptor noster, quædam
 nobis verbo loquitur, quædam exemplo? Quid autem
 nobis hoc exemplo loquitur, nisi vt etiam quum resiste-
 re possumus, iram superbientium humiliter decline-
Roma. 12 mus? Vnde & per Paulum dicitur: Date locum iræ. Quan-
 ta humilitate iram proximi ferre debeat perpendat ho-
 mo, si furores irascentium abscondens se declinauerit
 Deus. Nemo ergo se contra acceptas contumelias eri-
 gat, nemo conuicia reddat. Imitatione enim Dei glorio-
 sius est iniuriam tacendo fugere, quàm respondendo su-
 perare.

¶ Sed contra hoc superbia dicit in corde: Turpe est, vt
 accepta in

D
 accepta in
 ps iniuria
 crimen ag
 patientiam
 dum in
 cirlo con
 Accepta
 Dei: Ego
 indicet.
 Ceterum
 rationis eiu
 predication
 fuerunt. Et
 eis ipsa veri
 tate? Eam q
 presentem
 Et quàm r
 sanctor, qui
 tamen qual
 operatio
 sanctor, sed co
 credere no
 lamus. D
 quisque
 tranqui
 ledere pos

D
 Vu
 vel
 Ma
 ha hac lecti
 tica pri

acce

accepta iniuria taceas. Nam quisquis conspicit quia accipis iniuriam & taces, non putat quia patientiam exhibes, & crimen agnoscis. Sed vnde vox ista in corde nostro contra patientiam nascitur, nisi quia in imis cogitatione fiximus: dum in terra gloriam quærimus, placere ei qui nos de celo conspicit, non curamus?

Accepta ergo contumelia meditemur in opere vocem Dei: Ego gloriam meam non quæro, est qui quærat & noceat.

Ceterum multa Christus Iudæis prædicauerat, sed prædicationis eius verba illi deridebant. Deteriores quoque ex prædicatione facti sunt, qui vsque ad iaciendos lapides protraxerunt. Et quid abscondendo se dominus signat, nisi quod ipsa veritas absconditur, qui eius sequi verba contemnit? Eam quippe quam non inuenit humilem, veritas fugientem.

Et quæ multi sunt hodie qui Iudæorum duritiam deridentur, quia prædicationem domini audire noluerunt, & tamen quales illos arguunt fuisse ad fidem, tales ipsi sunt ad operationem. Præcepta Dei audiunt, miracula cognoscunt, sed conuerti à suis prauitatibus renuunt. Ecce vocat credere nolunt, ecce sustinet, & eius patientiam dissimulamus. Dum ergo tempus est fratres, prauitatem suam quisque deserat, Dei patientiam pertimescat, ne quem tunc tranquillum despicit, iratum postmodum nequaquam valere possit.

N
Quib^o se
veritas
abscondit.

DOMINICA IN RAMIS PALMA- RVM.

Quum appropinquasset Iesus Ierosolymis & venisset Bethphage ad montem Oliueti.
Matthæi. 21.

In hac lectione tria comprehenduntur. Require supra prædicatione prima aduentus.

DOMINICA RESUR-
RECTIONIS CHRIS-
TI.

Quam transisset sabbatum, Maria Magdalene,
& Maria Iacobi, & Salome emerunt aroma-
ta, vt venientes vngerent Iesum.

Marci decimosexto.

¶ In hac sancti Euangelij lectione tria comprehenduntur.
Primum est, sanctarum mulierum erga Christum domini
morte peremptum obsequium & deuotio.

¶ Secundum est, triūphalis Christi à mortuis resurrectio,
ibi: Et dicebant adinuicem.

¶ Tertiū est, Resurrectionis Christi per mulieres sanctas
fœlix annunciatio, ibi: Sed ite.

¶ Circa primum tria notantur. Primum est, Iudaici sabbati
transitio. Secundum est, sanctarum mulierum deuota
obsecutio, ibi: Maria Magdalene. Tertium est, notandi tē-
poris designatio, ibi: Et valde mane.

Beda. **A** ¶ Circa primum dicitur: Quam transisset sabbatum. In
Euangelio secundum Lucam scriptum est, quod sancte
mulieres Christo iam sepulto reuertentes à monumen-
to parauerunt aromata & vnguenta, & sabbato quidem
siluerunt propter mandatum. Mandatum enim legis erat,
vt sabbati silentium à vespera vsque in vesperam serua-
retur, ideòque religiosę mulieres sepulto Domino quam
diu licebat operari (id est, vsque ad solis occasum) in un-
guentis præparandis erant occupatę. Et quia tunc præ-
angustia temporis opus cœptum explere nequibant, fe-
stinauerunt mox transacto sabbato, id est, occidente so-
le, vbi operandi licentia remeauerat emere aromata, sicut
in hoc Euangelio continetur, vt mane venientes ungerent
corpus Iesu. Neque enim vespera sabbati, præoc-
cupante iam noctis articulo, monumentum adire valuerunt.

Pie mulieres in lachrymis peruigiles ¶ Constat itaque quia in lachrymis peruigiles amore,
miūmq; longa retardantis sabbati mora fatigatę quo nec
operari (vt iam dictum est) nec plus mille passibus ambu-
lare licitum erat Iudæis, mox vt onerosum illud sabbatum

um abiit,
aut somn
perfolata
nam rapue
tunc decir
clauso ve
midiam) e
nocti.
(Circa sec
obsequio
Iacobi & S
he Marcus
minit, dice
tere sepulc
rom sabbat
mebraz est
tum memi
loquatę aut
venerunt m
corpus eius
de quibu
nerunt ad r
(Constat au
transisse mul
lectione
ctionis el
terant pec
Iacobi, ipsa
te Thada
monatus est
etazi, id e
hanc py
a putato,
tum nomen
Iesephum.
Craque ista
rentem fue
monument
etiam mort
(Nec satis
Nicodemus
tum

rum abiit, recessit, transiit, non quieuerunt nec dederunt somnum oculis suis, non luciferum ad proficiscendū perfolatae sunt. Noctem pro die, desiderium pro luce lunam rapuere pro sole. Luna quippe nocti non defuit, quia tunc decimasextima extitit. Porro decimasextima luna clauso vespere, paulò post (id est, ferè per horam & dimidiam) exurgit toti deinceps lumen suum ministratura nocti.

(Circa secundum, quod est sanctarum mulierum deuota obsequio dicitur in litera? Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome, emerunt aromata. Et quidem has tres sic Marcus commemorat, Matthæus duarum tantum meminit, dicens: Venit Maria Magdalene & altera Maria uisitare sepulchrum. Ioannes unius tantum, dicens: Vna autem sabbati Maria Magdalene venit mane quum adhuc tenebrae essent ad monumentum. Lucas verò nullius hanc meminit nominatim, sed tantum in genere dicēs: Subsequuntur autem mulieres quae cum eo uenerat de Galilaea uisitare monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius, & reuertentes parauerunt aromata & unguenta, de quibus subdit: una autem sabbati valde diluculo uenerunt ad monumentum.

Constat autem Euangelistas tantum eas nominatim exuisse mulieres, quae & praecipue & feruentiores in Christi dilectione fuerunt. Inter quas amplioris prerogatiua distinctionis elucet Maria Magdalene, cui à domino dimissa fuerant peccata multa quoniam dilexit multum. Maria Iacobi, ipsa est mater Iacobi minoris, & Simonis & Iudae Thadæi Apostolorum Christi, & Ioseph qui cognominatus est iustus. Salome uero, mater est filiorum Zebedæi, id est Iacobi maioris & Ioannis. Labuntur errore qui hanc putant uocari Mariam, & Salome cognominata putato, nescimus quo Salome ipsius patre. Salome enim nomen proprium est mulieris, nequaquam uiri. Vide Iosephum.

Itaque istae mulieres sanctae quae, ut iam dictum est, uiuentem fuerant Dominum sequuntur cum aromatibus ad monumentum uenerunt, & ei quem uiuentem dilexerant, etiam mortuo studio humanitatis obsequuntur.

Nec satis illis uidebatur quod Ioseph ab Arimathia & Nicodemus condiderant dominum cum lintheis & aro-

B
Piarum mulierum deuotum obsequium.

Praecipue inter mulieres piæ.

Salome nomen non uiri sed feminae. l. 17. an. cap. 3.

C
Obsequium

*titu christi
sto feruor
Rupertus* matibus ipsis presentibus & aspicientibus, nisi & ipse aliquid de suo superaddidissent.

Nota. ¶ Quo mysticè datur intelligi quemadmodum piis & fidelibus mentibus semper optabile est, ad ea quæ Apostoli vel Apostolici viri scripserunt de fide resurrectionis aliquid propriè superadiicere laboris. Faciuntq; hoc penè cunctis dictis aut factis, pauci etiam scriptis. Idcirco quemadmodum piis illis mulieribus viam se præbuit, & ut agnosceretur Mariam suo nomine vocauit, quod magnum est indicium suæ dilectionis. Vnde & ad Moylen noui te, inquit, ex nomine, sic omnibus tunc prope adertit quærentibus nunc eum in veritate, & nomina ipsorum ostendit illis scripta in libro vitæ.

*Mos animæ
suum.* ¶ Non ergo superfluum cuiquam videatur quod piæ mulieres voluerunt Christi corpus iam semel vinctum & cum aromatibus conditum & ipse denuò vngere, quia amantis est ut magis cupiat ipse proprium obsequium amato impendere, quàm ut hoc faciat alter. Itaque vis amoris in sanctis hæc agebat mulieribus, ut venerandum Christi corpus & tangere vellent & vngere, quàmquam prius vinctum (ut dictum est) nam minus actum eis videbatur, quicquid sine eis fuisset ab aliis domino sedulitatis impensum.

*De christi
stomortuo
horror nullus.* ¶ Proinde & si horridum sit videre mortuum, & amplius mortuum pertractare in monumento, præsertim in tenebris, adeò ut & mater mortuum exhorreat filium, nihilominus tamè in istis vsque adeò naturæ fragilitatè amor exuperabat, ut non solum minimè timeret, verùm insuper summo opere desiderarent mortuum domini corpus non solum videre, sed & tangere & vngere. Tātus enim fuerat earum amor ad viuū, quod non credebāt se posse horrere mortuū. Sed nec vlla eas habebat suspitio de fœtore sepulti, quas adeò delectauerat amor viuentis, quod credere nequibat vllum se fastidium de grauiore mortui odore habituras.

*cur &
christi
mater non
veneris.* ¶ Quæris forsitan cur & ipsa domini mater vnà cum aliis sanctis fœminis istis filij sui corpus vngere non venerit? utique quia cōstanti fide resurrectionem eius vel iam tunc factam, vel mox futuram credebatur. Fideli etenim mēte verbum ipsius cōseruabat quo se prædixerat tertia die à mortuis resurrecturum. Quinetiam piè credendum est quia dominus resurgens matri primùm apparuit, cuius animum passionis suæ gladius pertransiuit.

Et quis

(Et quis consequi verbis posset quantus torrens gaudij repente inundans, locūq; vulneris replens, animā eius ferens ante omnes mortales (materno virginem non defraudans honore) victoriā suā annūciavit, & dulcia iam suę carnis vulnera, carnīs, inquā quā ipsa genuit, præbuit de osculo? Quid ergo? repugnare ne hoc videbitur Evangelio referenti: quod Iesus surgens primo Matre Magdalene præparavit? Absit, Sed omnibus beatā virginē matrē excipimus, vel quos Christi resurrectionē decuit annunciare. Nūquid ergo decuit matrē ipsam filij sui nūciare resurrectionē, vt verba eius tanquā deliramenta viderētur Apostolis? Si enī extranearū verba fœminarū visa sūt eis deliramentis similia, quomodo nō magis matrem amore filij crederent delirare? Verissimè ergo matri filius resurgens apparuit, sed illa vt ab initio cœperat, ita & nūc conseruauit omnia verba hæc conseruens in corde suo.

Quod si idcirco verum non videtur, quia nullus Euangelistarum scriptis hoc testatur, cōsequens est, quod nunquā post resurrectionem suam visus sit matri: quia quando vel apparuerit illi, nullus eorū edixit. Sed absit hoc ab illo in lege sua patrem & matrem honorare præcepit, ab inquam, vt matrem propter se doloris gladio transficeret, tam dura negligentia, talis filius inhonorauit. Sed nōne vel tūc quando vndecim discipuli abierunt in Galilæam, in montem sicut constituit illis Iesus, hanc beatam de qua loquimur virginem matrem Euangelistę præterierunt & absque illa videntes adorauerūt? Imò nō alio loco q̄ in domū illius, nō alium in mōtem abierūt vt viderent eum, q̄ in illū super quē ciuitas Nazareth sita erat. Circa tertiū, qđ est notādi tēporis designatio, subditur:

Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole.

Et valde mane, inquit, quum videlicet secundum Ioan-
tam adhuc tenebrę essent. Et apud Lucam dicitur. Vna au-
tem sabbati valde diluculo. Sed quomodo fieri potuit, vt adhuc
tenebrę essent, orto sole? Responderetur:

Valde mane mulieres venerunt ad monumentum orto
iam sole, id est, quādo iā cœlū ab oriētis parte albesceret,

*Christum
matri pri-
mū appa-
ruisse.*

*cur euan-
gelistæ hoc
tacuerūt.*

Exo. 29.

Ruper.

*E
differēti-
a solnituro
Beda.*

quod utiq; non fit nisi oritur solis vicinitate, manentibus adhuc nocturnarum reliquiis tenebrarum.

*Per noctē
mulieres
ambulasse*

¶ Itaque deuota femine quæ (vt dictum est) viuū dilexit, & mortuū desiderabat, per noctē iuuate luna ambulantes venerūt ad monumentū. Per noctem enim ambulauerūt quæ dileculo venerūt ad monumentū. Nisi enim per noctē venissent, quomodo tā mane ad sepulchrū peruenissent? Verbi gratia: Maria Magdalene, cuius domus erat Bethanix, qui vicus quindecim stadiis distat ab ierosolymis, quomodo prima ante alias vna sabbati iuxta Ioannē, valde dileculo illō peruenisset, dū videlicet adhuc essent tenebræ. Sepulto quippe dño mulieres quæ illū sequuta fuerant, ierosolymis non remanserunt, sed quum aspexissent vbi poneretur, reuertentes (inquit Lucas) parauerunt aromata. Falsō igitur quidam Euangelistas calumniati sunt, quod cōtraria dixissent, in eo quōd Matthæus vespere sabbati, ceteri prima sabbati dileculo mulieres venisse dixerunt ad monumentum. Matthæus enim vt earū cōmendaret desiderium, quando venire cœperunt ceteri dixerunt, quando peruenerūt. Dicens enim. Vespere autem sabbati quæ lucefcit in prima sabbati, satis indicat quid intenderit, nepe non eas ad sepulchrum vesperi venisse, sed in illa vespera, id est, nocte quæ iam lucere incipit in sequentem diem. Vesperam ergo pro nocte intelligas.

¶ Valde manē (inquit) vna sabbatorum. Hoc est, prima sabbatorum, & est prima dies à die sabbatorum, id est, requietionum, quam nunc diē dominicam propter resurrectionē domini saluatoris mos Ecclesiasticus appellat.

¶ Sed quæ Euangelista quum posset prima sabbati dicere, maluit dicere vna sabbati, nisi propter singularem & vnicā gloriā eius diei? Est enim verē festa dies, verē beata dies, nobilitas anni, mensi decus, ornamentum dierum.

*Vt dies
dominica
sabbato
præstan-
tior.*

¶ Porrò quantū præponderet huius diei sanctificatio quæ nobis data est sanctificationi illi qua iudeis sabbatum dicitur, ex comparatione causarum vtriusq; sanctificationis aduertere licet. Imparibus enim longeque diuersis causis, & sabbatum creator noster benedixit, & primam sabbati idem ipse Saluator noster dedicauit: Causa nempe benedictionis sabbato fuit hæc, quia Deus in illo cessauit ab omni opere quod patrauerat. Causa verò benedictionis primæ sabbati, quōd Deus homo factus in illa resur.

resurrexit à mortuis. Quis hæc longiùs inter se differre
 nō videat? Si enim Dei requies causa sanctificationis diei
 est, consequenter vbi maior & verior eius requies, illic
 sanctificatio copiosior est. Ad hæc, vbi maiorem in operã
 labore attendimus, maiorem nihilominus in cessante
 requiem agnoscimus.

¶ Constat verò quia Deus cum compleret mundum fati-
 gatus non est, nempe qui omnia per verbum suum opera-
 tus est, & vniuersa componens de singulis dixit, fiat, & fa-
 ctum est. At ipse idem quū vt mūdum redimeret homo fa-
 ctus, vnus idemq; Christ⁹ Deus & homo passus & crucifi-
 xus & sepultus est, proculdubio fatigatione nō parua fati-
 gatus est. Qua ergò die resurrexit veram vtique requiem,
 gloria & honore coronatus, introiuit, ac longè excellenti-
 us requieuit qua tunc quando à mundi creatione cessauit.

De⁹ enim non in mundanæ creaturæ mole visibilis, sed in
 intellectualib⁹ cœlis id est, in sanctis animab⁹ quiescit
 Nulli ergo dubium quin prima sabbati tantò vberius san-
 ctificata sit, quãdò verius suã in requiẽ (quæ sanctificationis
 huius causa est) Deus & homo Christus resurgens introiuit.

¶ Relinquamus igitur Iudæis sabbathi sui vetus gaudium
 quod est illis de creatione mundi visibilis, cuius solius fru-
 ctu transitorio semper delectati sunt, cui⁹ solius prosperita-
 tibus semp lactari appetuerūt, pro cuius solius acquisitio-
 ne creatorẽ ei⁹ seruiliter timẽtes colere visi sunt. In tãtum
 terrenis semp inhẽserūt, vt quęcūq; de cœlestib⁹ il-
 lis promissa sunt, terrarū quas amãt semp velari oportuerit
 omnib⁹ rerū. Vndè est illud: Audi Israel præcepta dñi, &

in corde tuo quasi in libro scribe, & dabo tibi terrã fluẽ-
 tis lac & mel. Nã & ipsū Deū & dominū, p quẽ mūdus fa-
 ctus est in ppria venientẽ idcirco ipsi qui sui erãt, nō rece-
 perūt, nec intelligere voluerūt eum esse regem Iudæorum
 contra carnalis sensus eorū opinionẽ, beatitudinẽ pau-
 peribus, & vè pdicabat diuitib⁹, quū ipsi existimarẽt q; nũc
 somniãt. regnãte Christo aurẽã, gẽmatãq; Ierusalẽ
 in terris, stratãsq; auro mundo plateas eius se habituros.

¶ Porro noster sabbatismus hac die de septima transfer-
 ritur ad octauam quæ prima est. Nam eadem octaua dies
 est, quæ & prima. Idcirco autem iure in octauam transfer-
 ritur, quia de alio opere, quã de creatione mundi, nostrum
 (vt dictum est) gaudium sumitur.

¶ Vnde gaudere deant Iudæi.

¶ Dupla

¶ Dupla

*A graui-
 ori labore
 dulcior re-
 quies.*

*G
 Vnde gau-
 deant Iu-
 dæi.*

Eccle. 18.

Ioan. 11.

¶ Dupla namq; est operatio Dei. Prima est creatio mundi. Secunda saluatio mundi. Secundum creationē nihil nouū fit sub sole, quia qui uiuit in æternū creauit omnia simul. Secundū saluationē uero. Pater meus, inquit, vsque modo operatur, & ego operor. De creatione mundi sabbathizēt dilectores mudi, nobis autē de saluatione mudi gaudēdū est, quorū uita & requies in Deo cū Christo abscondita est.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, uiderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde.

¶ Hic cōsequēter describitur gloriose resurrectionis Christi declaratio. Vbi per ordinem quatuor notantur.

¶ Primum est, ingentis saxi à monumento reuolutio. Secundum est, angelici luminis pauentibus apparitio. Ibi: Et introeunt. Tertium est, trepidātium mulierum per angelum confortatio. Ibi: Qui dicit illis. Quartum est, dominicæ resurrectionis per angelum prædicatio. Ibi: Surrexit, non est hic.

H

*cur lapsi
di nouen-
do non re-
nerint di
sepulch.*

¶ Circa primum dicitur: Et dicebāt ad inuicem, nimirum mulieres sanctæ quæ essent in uia, & iam appropinquarent sepulchro: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Sed quū sepulchrum grandi saxo multorum uiribus admoto coram positæ claudi uidissent, quæ ad saxi reuolutionem non assumpserant secū Petrum & Ioannē uel alios quoslibet uirorū fidelium. Sed discipuli sciētes, quia cum armata custodia sepulchrum seruarietur, nō ausi fuissent illuc accedere, ne à custodibus hos furandī corporis gratia uenisse arbitratis, occiderētur.

*fiarū cō-
stantia se-
minarum
caus. 8.*

¶ Porro mulieres sanctæ amore uires animūq; suppeditante ne ipsos armatos quidem metuebant custodes. Fortis enim est ut mors dilectio. Itaque & si dubitabant quis lapidem illis ab ostio monumenti reuolueret, non tamen ab incepto destiterunt,

¶ Quod si custodes ipsos pecunia redimere præsto fuissent nec ipsi milites custodes signatum sigillis principum sacerdotum & pharisæorum sepulchrū ausi fuissent reserare. His omnibus nō obstantibus piæ mulieres sperabāt se ad domini corpus quod uingere uenerāt posse pettingere. Nā

ficus

non credenti nihil impossibile, ita & amati nihil esse difficile videtur. Siquidem vis amoris bonæ spei facit amantem, ita vt credat præstò esse quæ amantis desiderio suffragatur, iuxta quod quidam ait: Quid non speremus amantes?

Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Qualiter autem reuolutio lapidis facta sit, Matthæus patefacit, simul indicans quæ admodum & ipsi custodes iam auferant. Dominus post noctem mediam è sepulchro clauso & inuiolato à mortuis resurgente, terræ motus, inquit, factus est magnus. Angelus enim domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius, sicut nix. Præ timore autem exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Post paululum verò viribus resumptis auferunt trepidi, & venientes in ciuitatem nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Qui congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt ministris, dicentes: Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt auferati sunt eum vobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Circulatum est verbum istud apud Iudæos vsque in hunc diem. O mendacium ineptum, mendacium non tantum multa pecunia, sed etiam Iudæorum animabus dispendiosè redemptum. O testes robustos, qui de iis rebus testantur, quæ stertentibus ipsis gerebantur. Ridiculum est vnà cum testibus testimonium.

Mouerat autem angelus domini lapidem ab ostio monumenti, non vt egressuro domino ianuam paderet, sed vt hominibus sua daretur resurrectionis indicium. Antè enim cum angelus reuolueret lapidem, iam clauso domino exierat sepulchro. Nā quæ mortalis clauso virginis utero potuit nasci mundum ingredi, non est mirum si factus immortalis resurgendo è clauso signatoque sigillis saluis exire monumento, quemadmodum & ipse iam rediuius à morte clausis ad discipulos suos foribus ingressus est.

Et quæ mulieres sanctæ videntes reuolutum lapidem, mirate simul fuerunt, & gausæ, & territæ. Admirate quidem, quo modo, & à quibus, lapis esset reuolutus: gausæ autem, quia videbant reuolutum lapidem, propter

Virgilius

*I
Lapidem
angelus re
mouit.
Mat. 28.*

*ineptum
Iudæi vt
emerunt
mendacitè*

*clauso
Christus
exiit se-
pulchro.*

DOMINICA

propter quem suspicatae fuerat se impediendas ne vngenti gratia domini corpus intra sepulchri speluncam possent adire. Timidae vero fuerunt, ne forte domini corpus esset ablatum, & à Iudæis indignum aliquid perpeffum.

Circa secundum, quod est, angelici numinis pauentibus apparitio, subditur:

Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt.

K Monumentum appellat speluncam ipsam in qua erat sepulchrum Longè enim alterius schematis erat illud domini sepulchrum quàm sint nostri moris sepulchra, quæ effola tellure fouearum in modum excavantur, ad quæ non facile plures possent homines ingredi. Porro de hoc domini sepulchro Efaia vaticinio longè antè fuerat prænunciatum Et erit sepulchrum eius gloriosum.

*Esaia. 11.
Dominici
schema
sepulchri.*

Cuius schema huiusmodi extitit: Domuncula seu caverna fuit rotunda, excisa de superiacente rupe tanti ambitus (teste Remigio) vt vix decem caperet homines, & tanta altitudinis, vt homo recto consistens in pavimento, vix manu posset culmen attingere, Ab oriente habebat introitum, cui lapis ingens ostij loco erat aduolutus. Ad dexteram verò ingredientium, id est, à parte aquilonari erat excisum ex eadem rupe ipsum dominici corporis receptaculum, habens longitudinis pedes septem, & erat à pavimento tribus palmis sursum. Cuius patulum non de super, sed ex latere versò meridiem erat, sicut fieri solet in muris domorum rebus quibuscumque reponendis.

*Beda,
situs domini
corporis.*

Itaque mulieres sanctæ introeuntes in domum illam rotundam quæ in petra est excisa, viderunt angelum sedentem ad meridiana partem loci illius, vbi positum fuerat corpus Iesu, hoc enim erat in dextris. Quia nimirum corpus quod supinum iacens caput habebat ad occasum, dextram necesse est habere ad austrum. Habes apud Matthæum, quod angelum qui reuoluit lapidè ab ostio monumenti, primò viderunt super ipsum lapidè sedentem qui eas intrare in locum vbi dominus positus iussurrit, & videre quod iam resurrexisset à mortuis. Lucas duos commemorat angelos, eosque stantes. Ioannes verò refert Mariam Magdalenam duos vidisse angelos sedentes, vnum ad caput, alterum ad pedes vbi positum fuerat corpus Iesu.

Quib'

Quibus cor
Euangelio
pastoribus
stam post
locum psall
na domini
tam g
& ipse dom
Itaque mo
apparitione
pro se quisq
in quorum m
na ferem m
Viderunt,
angelus san
et à iocund
mortuis, r
tam genus
reburum. M
tam, sed at
Coopertum
vite fulger
micia salu
Moyfes
quis angeli
in sepulchro
in regno è
m est sol, m
tibus filium D
bitum salu
Vnde Greg
na, stola ca
te gaudia t
nunciat nost
cremur ve
emptoris n
nos ad immo
quia nos
Ita obstupu
tem & decli
tate muliere

Quibus concordandis labore opus non est, quandoquidē
 in angelo teste constat, quia nato domino angelus vnus
 pastoribus apparuit annuncians illis Christi natiuitatē, &
 statim postea multitudo quoque visa auditaque est ange-
 locum psallentium. Vnde & pie credendum est etiam nunc
 in domini resurrectione cōplures apparuisse angelos eius-
 dem tam gloriose nūcios resurrectionis, præsertim quum
 & ipse dominus à monumento non abesset.

Itaque modis omnibus credendum est istas angelorum
 apparitiones factas esse singulas, ita vt singuli Euangelistę
 pro se quisque peculiare aliquid ex historia sint comple-
 tur, quorum si scripta singula coniungas, completam histo-
 riam seriem teneas.

Viderunt, inquit, iuuenem sedentem in dextris. Apparuit
 angelus sanctus in ætate iuuenili, quæ vtique ætas florida
 est & iocunda. Nam ipsa domini caro in ea ætate resurgēs
 à mortuis, re floruit. Quo nihilominus ostenditur vniver-
 sum genus humanum in tali ætate in nouissimo die resur-
 cturum. Nescit enim resurrectio senectutem aut infan-
 tiam, sed ætatem floridam & iocundam.

Coopertū, inquit, stola candida. Pro quo Lucas habet. In
 veste fulgenti, & in idem redit. Sanè iocunditatis & gaudij
 indicia salutiferę resurrectionis fulgens amictus præten-
 dit. Moyses enim plagas Aegyptiis præparans in flamma
 ignis angelum perspexit, sed nō tales visi sunt mulieribus
 in sepulchro, sed mites & hilares, quales decebat conspi-
 ci in regno & gaudio domini. Et sicut in passione eclypsa-
 tus est sol, mœroris & angustię signa promens crucifigen-
 dus filij Dei, ita angeli vitę ac resurrectionis præcones,
 habitum salutiferi festi, candidati designabant.

Vnde Gregorius: Angelus dominicę resurrectionis nun-
 tius, stola candida coopertus apparuit, quia festiuitatis no-
 tię gaudia nunciauit. Cādor enim vestis, splendorem de-
 nunciat nostrę solennitatis. Nostrę dicamus an suę? sed vt
 creamur veriūs, & suę dicamus & nostrę. Illa quippe re-
 emptoris nostri resurrectio, & nostra festiuitas fuit, quia
 nos ad immortalitatē reduxit: & angelorū festiuitas exti-
 tet, quia nos reuocādo ad cœlestia, eorū numerū impleuit.
 Et obstupuerunt. Vbi Lucas habet: Quum timerent au-
 tem & declinarent vultum in terram, Exterritę nimirum
 sunt mulieres & (vt est dictum) admiratę, quod & lapis ab
 ostiō

*cōcordā-
 tur euāge-
 lia.*

*L
 Angelus
 quæ spe-
 cie appa-
 ruit.*

*Eusebius
 Cur in sto-
 la candida*

*M
 Cur obstu-
 puerunt.*

ostio monumenti reuolutus erat, & domini corpus in sepulchro non inueniebatur. Tantum faseie aderant & sudaria, quibus etiam angelus assidebat. Et quia magnus & ardens in domini dilectione sanctarum erat mulierum animus, & quod eis acciderat magnum & insolitum erat, merito super iis & obstupuerunt & expauerunt: nempe quae nec oculus viderat vnquam, nec auris audierat, neque in cor vllius vnquam hominis ascenderat.

Grego.

¶ Matthaeus autem angelum apparuisse describens (pro cuius iam dictum est.) Erat, inquit, aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix. In fulgure enim terror timoris est, in niue autem blandimentum caritatis. Quia verò omnipotens Deus & terribilis est peccatoribus, & blandus iustis, rectè testis resurrectionis eius angelus, & in fulgore vultus, & in candore habitus demonstratur, ut ipsa sua specie & terreret reprobos, & mulceret pios.

¶ Sed quid venientes sanctas foeminas affatur audiamus.

¶ Circa tertium itaque, quod est trepidantium mulierum per angelum confortatio, sequitur:

Qui dicit illis: Nolite expauescere. Iesum quaeritis Nazarenum crucifixum.

N ¶ Pauorem à mulierum mentibus remouet, ut gloriâ resurrectionis intelligant. Vnde & sermone consolatorio eas alloquitur, dicens: Nolite expauescere. Ac si aperte dicat: Paueant illi qui non amant aduentum supernorum ciuium. Pertimescant qui carnalibus desideriis pressi, ad eorum societatem pertingere posse desperant. Vos autem cur pertimescitis, quæ vestros conciuues videtis?

*Quæ si-
gnificati-
onem malum
angelum di-
scernas.
Luc. 1.*

¶ Hoc signo angelus bonus à spiritu maligno discernitur quia hic pauentes terret horridius, ille autem pauefactos benignè consolatur. Vnde ad Zachariam angelo viso timore concussum ab eodem angelo dicitur: Ne timeas Zacharia, exaudita est oratio tua. Et rursus idem angelus ad Mariam: Ne timeas, inquit, Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Similiter & iste dominicæ resurrectionis nuncius angelus sanctus, primum mulieres pias à metu liberat, deinde bonum eis de resurrectione nuncium affert. Sed & obsequium illarum erga Christum commemorat, dicens: Iesum quaeritis Nazarenum crucifixum. Iesus saluator interpretatur. Porro multi hoc nomine tunc dici

poterit.

¶ Circa

*Surre-
eum.*

¶ Quasi die
parite à m
mento, v
mor angeli
inquit, f
quam de
verum dice
locus vbi pe
nis, vacuo
Decuit sat
Primò p
sic confi
pturas. S
nos dies, in
fuit, in
noctibus
eius & tri
ram de n
e fuisse
pellam
nis homio
ortem tri
Secundò c
sua pot
est quan
tholus T
sicut c
lem quo
larima ver

poterat, non tamen substancialiter, sed nuncupatiuè. Ideò-
que locus subiungitur, vt de quo Iesu dictum sit manifeste
Nazarenum, neque crucem domini sui reformidans
subiit. Crucifixum. Iam enim glorificata crux erat, & Chri-
sti morte cohonestata. Siquidem humani generis salutem
in ea fuerat operatus.

¶ Circa quartum, quod est dominicæ resurrectionis
per angelum prædicatio, subditur:

*Surrexit non est hic. Ecce locus vbi posuerunt
eum.*

Quasi dicat: Nolite quærere crucifixum & mortuum, sed
quærere à mortuis rediuuium. Non est hic, scilicet in mo-
nimento, vnde nec hic quærendus. Vnde apud Lucam di-
xit angeli: Quid quæritis viuentem cum mortuis? Nō est
hic, inquit, scilicet in sepulchro per præsentiam carnis, qui
nullquam deest per præsentiam maiestatis. Et vt probet se-
verum dicere quod surrexit & ibi non sit, subiungit: Ecce
locus vbi posuerunt eum, vt si meis sermonibus non cre-
ditis, vacuo credatis sepulchro.

¶ Deicit sanè Christū à mortuis resurgere plures ob cau-
sas. Primò propter scripturarum impletionem. Vnde san-
ctæ confitetur Ecclesia: Et resurrexit tertia die, secundū
scripturas. Scriptum est enim in Osee: Viuificabit nos post
quatuor dies, in tertia die suscitabit nos. Hinc & ipse domi-
nus ait, inquit, sonas in ventre ceti tribus diebus & tri-
bus noctibus, sic erit filius hominis in corde terre tribus
diebus & tribus noctibus. Hoc dicens pater ostendit scri-
pturam de naufragio ionæ meram de sua futura resurre-
ctione fuisse prophetiam. Nec tamen mox post mortem
impellam decebat Christū reuiuiscere, ne putaretur nec
verus homo, nec verè fuisse mortuus. Veram autem ipsius
mortem triduaana probat sepultura.

¶ Secundò decebat Dominum à mortuis resurgere pro-
pter suæ potentie manifestationem. Magna sanè poten-
tia est quando viuus homo suscitatur mortuum, vt Petrus
propheta Thabitā: Maior quando mortuus suscitatur mor-
tuum, sicut corpus Helisæi mortuum, cadauer mortui in
sepulchro quo situm est sepulchro, suo contactu viuificauit.
Maxima verò potētia est si mortuus suscitatur semetipsum.

¶ Quod

○
Angelus
Christi re-
surrectio-
nē primò
prædicat.

Resurre-
re Chris-
ti &
cur deicit

Osee. 6.
Matt. 12.

Christi po-
tentia ma-
nifestata.
Actu. 9.

¶ Quod utique nemo potest, nisi qui Deus pariter & homo est, qui & ex humanitate mori, & ex diuinitate mortē superare possit & resurgere. Hoc, inquam, illius tātum est qui ait: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam.

crucifixi dignitas. ¶ Tertio hoc ipsum decuit, propter Christi crucifixi dignitatem: Quum enim domini corpus esset diuinitati cōiunctum, non decebat ut vsque ad generalem resurrectionē sub terra iaceret. Vndē & per Psalmistā ex persona ipsius fuerat pręnunciatum: Non dabis sanctū tuum videre corruptionē. Et licet in illo triduo diuinitas non fuerit à Christi corpore separata, non tamen Christus tunc homo fuit, nec propter cōiunctam diuinitatem corpus illud vivebat, imò si resurrectio ipsius non fuisset accelerata per actionem causarum naturalium quę ordine suo permixta fuissent agere nouo cessante miraculo domini corpus resolutum tandem fuisset & incineratum.

Ue fides nostra firmetur. ¶ Quarto oportebat Christum resurgere propter nostre fidei confirmationem. Si enim non resurrexisset, fides suę diuinitatis vel recepta nequaquam fuisset, vel certē recepta perisset. Quis enim Deū esse crederet qui à morte superatus esset atque subactus? Siquidem ob perpessam à se mortem, fides suę diuinitatis in suis quoq; discipulis iam fuerat euacuata. Vndē & spe iam amissa dicebant: Nos autem sperabamus quòd ipse redempturas esset Israel. Porro per ipsius à mortuis resurrectionem, spes nostra in ipsum fidesque firmatur.

Sansonus christi typus. ¶ Sanè typum Christi resurgentis cōuenienter quondam Sanson gessit. Ille enim (ut dicit Augustinus) crines septē habuit, id est, floccellos crinium. Huic septiformis spiritus fuit. Illi virtus omnis in capite fuit. Huic virtus omnis ex Deo est. Caput enim Christi Deus. In illo virtus obscura, in hoc celata diuinitas. Sanson iter faciens manibus Leonem necat, & Dominus ac saluator per susceptū corporis sacramentum, Leonē diabolum extensis in cruce manibus interemit. Sanson de ore Leonis fauē mellis abstraxit, Christus dominus de faucibus diaboli plebem suam eripuit. Saluauit Sanson populum Israel hostibus sic bellatis, Dominus excussis dæmoniis populum suum de morte perpetua liberauit. Sanson obseratis portis clauditur in ciuitate, dominus signato clauditur monumento.

Sanson

Sanson fractus
animus infers
liber egr

Sed ite,

Chic ponit

Sed ite annu

de resurre

am domini

Quia pra

Circa prin

Solite, suba

dominicæ re

Siquidē

ibi abscon

paradiso vir

nuncuncia

transferi ser

eres angelo

opolis. Vn

rethorū eius

uerunt ha

Cyrillus.

mandū resu

Adeptu

olutionem

reatus opp

transfud

Sed ite, inqu

nam ab al

telligentiā n

nam veni

vt annunc

iam non

est me. Ill

Petrus, q; i

quere à ind

Vnde Greg

eremeter, q

non aud

Sanſon fractis ſeris ſubtractiſq; portis ſecurus euadit, do-
minus inferni ruptis obicibus receptoque corpore à mor-
te liber egreditur.

¶ Circa tertium principale dicitur:

Sed ite, dicite diſcipulis eius, & Petro.

Hic ponitur reſurrectionis Chriſti per mulieres ſanctas
ſemel annunciatio. Vbi duo tanguntur. Vnum eſt, nunciã-
re reſurrectioni mulierum deſtinatio. Alterum, viuentis
domini, in aſſerto loco diſcipulis promiſſa cõſpectio,
Quia præcedet vos in Galilæam.

(Circa primum per angelum ſanctis dicitur mulieribus.
Sed ite, ſubaudis, feſtinãter. Ergo muliebri ſexui gaudium
dominice reſurrectionis annunciandum viris committi-
t. Siquidẽ (vt ait Beatus Gregorius) humani generis cul-
pa tibi abſconditur, vndẽ proceſſit. Quia enim mulier in
paradiſo viro propinauit mortem, à ſepulchro mulier vi-

ta annunciauit vitam, & dicta ſui viuificatoris narrat, quẽ
ſerpentis verba narrauerat. Inſtructę enim mu-
lieres angelorum affairibus, accelerantes ea retulerunt di-
ſcipulis. Vndẽ apud Lucam ſcribitur: Et recordatę ſunt
tororũ eius, ſcilicet angeli, & reſſeſſę à monumento nũ-
merant hæc omnia illis vndecim & cæteris omnibus.

Cyrillus: Fœmina quẽ quondã mortis fuit miniſtra, ve-
randũ reſurrectionis myſterium prima percepit & nun-
ciat. Adeptum eſt igitur fœmineum genus & ignominia
ſolutionem, & maledictionis repudium. Vt enim perpe-
tratus opprobriũ apud viros non ſuſtineret, quã culpã
pro transfuderat, transfudit & gratiam.

Sed ite, inquit, dicite diſcipulis eius cõmuniter, & Petro.
nam ab aliis diſcipulis vt præcipuum ſegregat, ac ob-
ſtinentiã nominat præ aliis, vel quia negauerat Petrus.
nam veniſſent mulieres & dixiſſent q̃ præceptũ eſſet
vt annuſciarent diſcipulis, dixiſſet Petrus: Ego negaui
iam non ſum illius diſcipulus. Abiecit me, abomina-
uit me. Illius igitur gratia apponit, & Petro, ne deſpe-
ret, q̃ ipſe nõ meruerit verbũ, vtpote qui negarit, &
propterea indignus qui aliis diſcipulis connumeretur.

ſed Gregorius: Si Petrum angelus nominatim non
connumeret, qui magiſtrum negauerat, venire inter diſci-
pulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine, ne deſperet

Q
Cur per
mulierem
reſurre-
ctio chri-
ſti nun-
ciatur.

R
Theoph.
Cur Pe-
trũ chri-
ſtus ſegre-
gat.

DOMINICA

*Petrus
cui nega-
re permis-
sus.*

ex negatione. Qua in re considerandū nobis est, cur omni-
potens Deus eum quē cunctę Ecclesię præferre disposue-
rat, ancillę vocem pertimescere, & negare permisit. Quod
nimirū magnę actum pietatis dispensatione cognoscimus,
vt is qui futurus erat pastor Ecclesię in sua culpa disceret
qualiter aliis misereri deberet. Primus itaque eum ostēdit
sibi, & tunc præposuit cæteris, vt ex sua infirmitate co-
gnosceret quā misericorditer aliena infirma toleraret.
¶ Circa secundum, videlicet, viuentis iam domini in affec-
to loco discipulis promissa cōspectio, subditur:

*Quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis,
sicut dixit vobis.*

S ¶ Præcedet vos, inquit, in Galilæam, & ideo vos eum illō
sequamini. In Galilæam eos mittit eripiens à tumultu Iu-
dæorum. Ibi, inquit, eum videbitis sicut dixit vobis. Hoc en-
nim dominus post illam cum suis discipulis cœnam nouā
simam eis prædixerat: Post quā, inquiens, resurrexero præ-
cedam vos in Galilæam. Præcessit sanè dux vitæ, mortis
triumphum gloriôsæ deferens.

*Matt. 26
Discipuli
in Gali-
læam ire
iussi.*

¶ Notandum verò est q̄ non solū iuxta hūc Euangelistam
angelus nūciauit mulieribus præcepitq; vt euntes diceret
discipulis vt dominum conspecturi irent in Galilæam, ve-
rum etiam apud Mattheum ipse dominus per semetipsum
id nunciij per sanctas mulieres eisdem discipulis suis man-
dauit. Quum enim exissent citò de monumento cū timore
& gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius, ecce
Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Quūmq; accedentes te-
nuissent pedes eius & eum adorassent, ait illis: Ite, nuncia-
te fratribus meis, vt eant in Galilæam. Ibi me videbunt.

*Matt. 28
Christus
prima die
quinq; die
visus.*

¶ Quod igitur & per angelos & per semetipsum tā studio-
sè discipulis, & tam sæpe præcipit vt vadāt in Galilæā, illic
eum visuri, nō sine causa nec absq; diuini pondere cōsiliij
factū est, quum & Ierosolymis sese illis ostēdere potuerit,
imò & quinq; die ipsa die qua resurrexit, ibidem visus sit.
¶ Quòd si non aliud q̄ latus, pedes, & manus palandos
cōtrectandos illis in Galilæa ostendere disponit, hoc sine
ratione videbitur agi, quod omnino diuinæ maiestatis non
congruit. Hoc enim tam secundum Ioannem q̄ secundum
Lucam, hac eadem die Ierosolymis fecit, quum reuersus Ie-
rosolymam duobus discipulis quibus ostensus fuerat eun-
tibus

ibos in En-
nantibus
his Et quum
Hoc ergo
velicet, qu
solumorum
sios in præ
fecit qu
in terra: Eum
nominē pat
qua transmi
nominē. Ma
retata, tran
as gentes,
nini gratia
tatenus nu
Magna san
ois edice
modmod
bis suis su
re veniens
alem gen
ois signifi
Apostol
tizantes e
idem grat
uit per Ga
re. Siqui-
er Iudeis
manifestū e
est, prima s
per se
Matthe
am prima s
tis, & hāc e
ois octo iter
ut enim id
ois in Ga
est quidam
hois & lat
demonst

ibus in Emmaus, & referentibus que viderant, illis secum
 mirantibus stetit Iesus in medio eorum, & dixit eis: Pax vo-
 bis. Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.

Hoc ergo in Galilæam euocatis ostendit discipulis, vi-
 delicet, quod reprobaturus erat & terrenam ipsam Iero-
 solymorum ciuitatem pariter & templum, & quod hinc
 in prædicationem gentium esset ablegaturus. Quod
 & fecit quum ait: Data est mihi omnis potestas in cælo &
 in terra: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in
 nomine patris & filij & spiritus sancti. Et hæc est illa ma-

gnifica transmigratio quam Galilæa suo quoque commendat
 nomine. Magna sanè transmigratio Christo discipulis im-
 perata, transmigrasse de Iudæis ad baptizandas & docen-
 das gentes, & de vetustate circuncisionis ad nouam ba-
 ptizandam gratiam: cuius nunc regulam eis præscribit quam
 antenus nusquam tradiderat.

Magna sanè causa & digna quam Dominus non solum
 præcipere ediceret, sed & factò presenti præfiguraret. Nam
 eademmodum ante passionem suam plerisque dictis aut
 factis suis similitudines adhibere consuevit. Verbi gratia:
 ante veniens ad passionem vt genus humanum redimeret,
 salutem generis humani redemptionem per asinam & pul-
 uerem significauit solutionem, sic etiam post resurrectio-
 nem Apóstolis suis, dicens: Euntes docete omnes gentes,
 baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti,
 eandem gratie sue ad gentes transmigrationem significare
 voluit per Galilæam, quæ Latinè transmigrationem signi-
 ficat. Siquidem ad Ecclesiam de gentibus, id est, ad nos, sa-
 tis ex Iudæis hoc præcepto transmigravit.

Manifestum est igitur quod hac die qua resurrexit Dominus,
 scilicet, prima sabbati, discipulos in Galilæam inuitauit, sed
 ad se non satis liquet qua die illuc abeuntes iuxta Eu-
 angelium Mathei illum videres adorauerint. Verum beatus Hier-
 onimus prima sabbati, id est, octaua die hoc esse factum ad-
 ducit, & hæc eandem esse apparitionem de qua Ioan. ait. Et post
 octo iterum erant discipuli intus, & Thomas cum eis.
 Hic enim idem Hieronymus: Post resurrectionem Do-
 minus in Galilæa monte conspicitur, ibique adoratur,
 sed quidam dubitent. Tunc manifestius ostenditur
 manus & latus lancea vulneratum, clausisque fixas ma-
 nus demonstrat. Et verè licet nonnulli numerando

T
 Portentum
 futurorum.
 Mat. ult.

T
 Transmi-
 gratio sa-
 lutis ad
 gentes.

V
 Quando
 & ubi
 Christus
 in Galilæa appa-
 ruit.

vices quibus dominus post resurrectionē visus esse deseri-
bitur aliter sentire videantur: attamen hunc tanti doctoris
sensum improbandum esse non arbitramur.

*Ratio cō-
firmans.*

¶ Sed & ipsa ratio admittit q̄ discipuli eadē die, qua domi-
nus resurrexit toties in Galilæam ire iussi non vltra dies
octo distulerint, presertim quum eadē die serō illū vidētes
quādo Thomas nō erat cum eis, spem festinatissimā iterū
vidēdi eum, ardentiusque desyderiū concipere poterint.

*In monte
nazareth
Christum
apparuis-
se.*

LUC. 4.

¶ Nihil enim est in quo Hiero. autoritas Euāgelica refra-
getur. Nā quod ait Ioannes: Post dies octo iterum erāt di-
scipuli intus, nō coarctat nos vt eodē loco intus eos fuis-
se fateamur. Intus quidē erant, sed in mōte, id est, ciuitate
Nazareth quę in mōte Galilææ sita est. Sic enim apud Lu-
cam scriptum est: Venit Nazareth vbi fuerat nutritus. Et
quum dixissent ei: quāta audiimus de te facta in Caphar-
naum, fac & hic in patria tua, ipseque respondisset eis: In
veritate dico vobis quia multę viduę erant in Israel, & ad
nullā earum missus est Helias nisi in Sarepta Sydoniæ ad
mulierem viduam: quum, in quā, hæc dixisset Euāgelista, sta-
tim sequutus, repleti (inquit) ira surrexerunt, & eiecerunt
eum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsq; ad supercilium
montis suprā quem ciuitas illorum erat ædificata vt præ-
cipitarent eum. Non ergo alium in montem quā in Na-
zareth quę super montem sita erat, dominum præcepisse
& discipulos suos euocasse putandum est.

¶ Itaq; nulla (vt dictū est) autoritas Euāgelica Hiero.
refragatur. Intus enim erāt post dies octo, sed non in ea-
dem domo, nec in eadem ciuitate. Et pulchrè quidem vbi
primam persecutionē pertulit primòq; desertionem Iu-
dæorum & trāsitum ad gentes præfigurauit, dicente Euan-
gelista: Iesus autē trāsitens, per medium illorum ibat, ibidē
post omnes persecuciones Iudæos deseruit, ritūque
eorum mutauit circuncisione aboleta omnes gentes præ-
cipiēs baptizari in nomine patris & filij & spiritus sancti.

ibidem.

FERIA II. PASCHAE.

DVo ex discipulis ibant ipsa die in castellū quod
erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem,
nomine Emmaus. Luc. 24.

¶ In hac sancti Euāgelij lectione quinque comprehen-
duntur. Primum est, Christi de se loquentibus per viam
appa-

apparitio.
gati cum
num est, V
ibid. Et ipse
per gratul
lo. Quin
tio, ibi: &
¶ Circa pri
apparitio,
doorum di
luntū mut
Christi inc
¶ Circa pri
mini Iesu,
hic tamen
¶ Misera e
mutatem &
mutę soci
des essent.
fimal quā
sq. Nam si
modo cale
quispiam p
¶ Alterius i
terant aute
similitate
Lucas nec
malus, sed
¶ discipulo
prologo Eu
ne sui Euan
cipisse ex
tatio ipsi v
rim & Lu
tant, non vi
¶ ibant, inq
re prima fa
Ierusalem f
tate stadiu
viginti quin
aginta sta

apparitio. A principio lectionis. Secundū est Christi incogniti cum discipulis sermocinatio, ibi: Et ait ad illos. Tertium est, Vacillantibus in fide scripturarum interpretatio, ibi: Et ipse dixit ad eos. Quartum est, Christi ad hospitium per gratulantes inuitatio, ibi: Et appropinquauerunt castello. Quintum est, Christi tandem cogniti repentina disparitio, ibi: & factum est.

(Circa primū, quod est Christi de se loquentibus per viā apparitio, tria notantur. Primū est, Ad Emmaus castellum duorum discipulorū secessio. Secundum per viam ambulantiū mutua colloquutio, ibi: Et ipsi loquebantur. Tertiū, Christi incogniti colloquētibz apparitio, ibi: & factū est.

(Circa primū dictū est: Duo ex discipulis eius, nimirū domini Iesu, qui licet iam essent sine domino & magistro, adhuc tamen illius seruabant imperium bini ambulantes.

Miserat enim iam olim binos ante faciē suam in omnē ciuitatem & locū quo erat ipse venturus, videlicet propter mutuę societatis solatium: & vt alterutrius vitę inuicē teles essent. Vndē per sapientē dicitur: Melius est duos esse simul quā vnū, habent enim emolumentū societatis. Nam si fuerint duo, fouebūtur mutuo. Vnus autē quomodo calefiet? Et si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Et si vnū preualuerit contra vnū duo resistent ei.

Alterius itaq; discipuli nomē ponitur infra Chleophas. Erant autem qui putant alterum fuisse Lucā ipsum, & ex humilitate suum nomen subtrixisse, quandoquidem ipse Lucas nec Christū in carne viderit, nec ipsius fuerit discipulus, sed post domini glorificationem factus sit sectator & discipulus Apostolorum, vt patet per Hieronymum in prologo Euāgelij ipsius. Quin ipsemet Lucas in prefatione sui Euāgelij hoc ipsum testatur, dicens se Euāgelium scripsisse ex auditu, sicut tradiderunt, inquit, nobis qui ab initio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis. Marcus enim & Lucas (vt dicit Greg.) Euāgelium quōd scripserunt, non visu, sed auditu didicerunt.

Stabant, inquit, ipsa die, scilicet resurrectionis Christi, nēpe prima sabbati, in castellum quod erat, id est, distabat ab Ierusalem spatio stadiorum sexaginta, ad occidentem. Est autē stadium octaua pars miliaris, & cōtinet passus centū viginti quinq; miliarē verō mille passus perficiūt. Ergo sexaginta stadia septem miliaria & dimidium cōplent, id est

DD iij leucas

Eccles. 4.

Discipuli
cur mittētur
bini.

Lucā non
fuisse vnū
ē. 72.

Li. 1. dia.

Stadium.

FERIA SECUNDA

Emmaus leucas tres & quartam vnius leueæ parrem. Emmaus au-
rem, inquit Beda, ipsa est Nicopolis, ciuitas insignis Pale-
stinæ, quæ post expugnationem Iudææ sub Marco Aure-
lio Antonio principe restaurata, cum statu mutauit &
nomen.

¶ Circa secundum, quod est horum discipulorum per viam
colloquutio, subditur:

*Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus que
acciderant.*

Theoph.

¶ Loquebantur sanè inter se isti de omnibus que acciderat
non vt credentes, sed vt dubitantes, & de rebus mirabili-
bus stupentes, nec statim reuerti ita admirandæ sententiæ suæ
accedentes. Loquebantur ergo de Iesu conuersione, do-
ctrina, signis, ipsius per Iudam prodicione, captione, ligu-
tione, verberibus, illusionib⁹, calūniis, cōtumeliis, passio-
nibus, admirandis in ipsius passione signis, de emissionē
spiritus, de mortui sepultura, & de facta mulieribus an-
gelorum apparitione, maximè dolentes quia innocentem
nouerant dicitur crucis supplicio interemptum. Amabāt san-
tè, & nihilominus dubitabāt. Nam (vt dicit Aug.) sic dili-
guntur amici, vt absentes desiderētur, cū molestia, & susci-
piantur venientes cum lætia. Sed ipsa absentia molestia
memoria eorum & sermonibus adleuiatur, presentia vero
mille motibus gratissimæ conuersionis sic delectat ani-
mum, vt sit dimidium vitæ & felicitatis humane. Hinc pa-
tet hos discipulos Christi veros amatores fuisse, qui & ip-
sius tristem suspirabant absentia, & hanc mutuo de Chri-
sto colloquio quoad fieri potuit adleuiabant.

4 confes.

¶ Circa tertium, quod est Christi incogniti de se loquenti-
bus apparitio, subditur:

*Et factum est, dum fabularentur & secum quæreret,
& ipse Iesus appropinquans, ibat cum illis.*

Beda.

*Quibus
inuerst
christus.*

Matth. 18

B ¶ Loquentes de se dominus appropinquans comitatur, vt
& fidem suæ resurrectionis eorum in mentibus accendat,
& occultæ presentia maiestatis semper se quod promissit
impleturum designet. Dixerat enim: Vbi sunt duo vel tres
congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et
factum est, inquit, dum fabularentur. Et meritò diffiden-
tium sermones fabulæ nuncupantur. Et secum (id est, ab
inui-

amicem) quærent. Omnium cæterorū oblit, toto mentis conamine de Christi gestis quæ nouerant mutuo sermone quærebant.

(Verbi gratia: Si Dei filius ipse non fuit quomodo tanta signa potuit efficere, qualia sunt, illuminatio cæci à natiuitate, resuscitatio quatrinduo mortui, imperio ventos & mare coercere, dæmonibus imperare, in vinum aquam uertere, exiguâ escâ in immensam augere. Quis enim posset hæc signa facere nisi esset Deus cū eo? Nec iis obstat quod quidam phetarū, vt Moyses, Helias, Helisæus, & alij nonnulli homines sancti & ipsi signa fecerunt, quū illi nō nisi orando, Christus autē tanq̄ virtutē in se habens, nō autē hęc aliūde deposcēs, aut imperio verbi, aut quod est mirabilius, solo uoluntatis tacitus signa fecerit. E diuerso sibi ipsis opponētēs, si (inquiūt) ipse De^o aut fili^o Dei fuit, quomodo indigna morte periit, p̄sertim quū ipse hęc mirū in morte horrendis, pro ipsius euitatione Deū supplex in terram p̄strat^o etiā tertio, & cū sudore sanguineo fuerit deprecatus. Quin & in cruce moriēs querebatur se à Deo fuisse delectū, quū tamē de quolibet electo loquatur De^o, & dicat Quoniam in me sperauit liberabo eū protegā eū quoniam conuocauit nomē meū, Clamauit ad me, & ego exaudia eū, cū uocauit me in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Ceterum rursus ab hac suspitione resiliētēs ipsius sanctam & inprehensibilem recolūt uitā, conuictū dulcissimū, & super omne solatiū amabilem familiaritatem, & actuum ipsius ac conversationis vsq; ad eō cōspiciā innocentiam vt etiam inimicos testes habuerit. Questus est enim tādē proditor iudas, dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. Sed & iste iudex iniquus non semel testatus est se nullam mortis causam in ipso reperire potuisse.

Quæruunt itaq; dolentes vnde tanta potuerit esse eorum malicia, qui hunc tam indigna morte perdidērūt. Recolunt p̄sertim ipsius amore & compassione faucij quæ & quāta suo recessu discipulis signa dilectionis ostēderit, quō supra omnia prouiderit, capiētibus se nō solum nō obstiterit sed & ad mortē cōprehēdere quæretibus se tulerit obuiū. Memorāt quæ tāta fuerit Apostolorū q̄ tum aderant puerilitas, q̄ nō modò nō defenderunt, sed & ipso delecto suggerūt vniuersi, at ipse cōprehēsus quasi malefactor ligat^o & rapt^o fuerit ad p̄cipes sacerdotū, illicque testibus

Dubitantium de Christo colloquiū.

Christi cōuict^o quæ-

Mat. 17.

falsis grauatus, cōsputus, & nimis indignè quasi falsus propheta acerbo iudibrio derisus. Quanta ipsius inter hæc & alia multa fuerit mansuetudo, innocentia, & obedientia vsq; ad mortē, mortem autem crucis. Quæ ad modum inter sceleratos reputatus iam in cruce pendens orauerit pro crucifixoribus, qualis fuerit obscurato sole la gentibus elementis facies huius mundi.

¶ Quærebat secū quid foret agendum, ad quem recurre-
rent illo iam mortuo in quo relictis omnibus spem collo-
cauerāt, & quod vitæ genus eligerent, quū iam essent abs-
que gubernatore, & Iudæorū odus propter dominum quasi
oues sine pastore luporum morsib⁹ expositæ. Deniq; cum
esset possibile qd resurgeret, an fortè quod magis timebāt
corpus furto sublatum esset è monumento, & an verum
esset quòd mulieres dixerant à monumento reuerisā, vide
licet se visionem angelorum ad monumentum vidisse. De
his omnia, multis cum suspiriis, ac ingenti cordis dolo-
re, mutuo loquebantur Quoniam ergo multa de domino
inter se mutuo quærebāt quæ nescirent soluere, is de quo
sermocinabātur, clementer apparuit, utiq; magister & do-
ctor, discipulorū ignorantia instructurus. Et quia iam ille
spirituale corpus habebat, nulla eum impediēbat loci dis-
stantia quò minus in iis quibus volebat adesset.

¶ Et ipse Iesus appropinquans, ibat cum eis. Ergo bonum
& salutiferum est de domino Iesu vel cogitare vel loqui.
¶ Non illorum obliuiscitur, qui eius secum ferunt memori-
am. Itaq; ut & ipsi per huius vitæ viam Christum nobiscū
habeamus, & non modò presentem, sed etiam nos docen-
tem, sicut istis discipulis cum quibus ibat & aperiebat scri-
pturas, frequenter atque libenter de ipso sermocinemur.
Præcipuè tamen de ipsius passione, vel cogitantes vel lo-
quentes ipse comitari dignatur, eo quòd ei vel maximè
placeat in nobis recordatio eorum quæ pro nobis ipse
passus est.

Humilis Christi benignitas. ¶ Elucet nihilominus mira ipsius benignitas & humilitas
amplectenda, quādoquidem ipse iam victor mortis & om-
nium dominus, cui iam tunc data fuit omnis potestas in
cælo & in terra cum his duobus discipulis per viam
quasi vnus ex illis incedere nō dedignatur, qui tamen de-
numero Apostolorum non erant, sed inferioris electionis,
nempe de numero septuaginta duorum discipulorum.

Illorum

Theos.

*Christi
presentiā
quis mere-
tur.*

*Humilis
Christi be-
nignitas.
Mat. vi.*

Illorum fa-
cipis viris
na nequa
quidem ip
iudiciorib
tam cum
quæ nullis
reuelaturu

Oculi a

¶ Quobus d
simbus, se
fel eis spec
quæ foris de
pobatur int
onus & am
presentia m
re speciem
quibus tunc
Soquidem
malis line
corpus suum
tenebant
¶ Quod utiq;
reuelaret
quòd, vt ce
nissim fuer
esset om
feri. Terti
tis non ve
tam conuen
in hominib
quæred, in t
interfabim
licet tal
tis, qualis
natur ergo
mens ima
ta, vel etia
one Satana
ista quo mi

Illorum sanè confundit superbiam, qui non nisi cum præcipuis viris ambulare, aut qui docentes ampullosa verba sua nequaquã inter paucos spargere dignantur, quando quidem ipse qui Dei virtus & Dei sapiëntia est, etiã duobus auditoribus archana sua loqui non putat indignum, qui eam cum Samaritide sola ad puteum loquens ea pandit quæ nullis Iudæorum principibus aut legisperitis fuisset revelaturus. Sequitur:

Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. E

Quobus discipulis ambulantes in via: non quidem crederentur, sed tamen de se loquentibus, dominus apparuit, sed eis speciem quam regnoscerent nõ ostendit: Hoc ergo quod foris dominus in oculis corporis, quod apud ipsos apparebat int^{us} in oculis cordis. Ipsi nãque apud semetipsum & amabant & dubitabant. Itaque de se loquentibus speciem exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis speciem abscondit: Nam ex lineamentis corporis in oculis tunc apparebat non permittebatur illum agnoscerent. Siquidem (vt Marcus inquit) in alia forma apparuit & in aliis lineamentis. Non enim ultra naturalibus legibus corpus suum regebat, sed spiritualiter & supra naturam, & tenebantur oculi eorum ne eum agnoscerent.

Quod utiq; factũ est, primò, vt totã suam dubiam mentem revelarent, & vulnus detegentes recipiant medicinã, secundò, vt cognoscerent quod quãuis ipsum idem corpus quod factum fuerat resurrexerit, non tamen ampliùs tale erat, sed esset omnibus visibile, sed tantum his à quibus vellet videri. Tertiò, vt non dubitent quare iterum in mediis positus non versetur, considerantes quod eius post resurrectionem conuersatio longè alia sit, & non cõmunis, nec qualis hominum, sed diuinior, qua nec mortales essent digni. Quartò, in typũ resurrectionis futurã, in qua sicut angeli resurrexerimus & filij Dei. Sed & alia causa assignatur, quia scilicet talè se illis demonstrauerit exteri^{us} in oculis corporis, qualis apud illos erat interiùs in oculis cordis. Tenebantur ergo oculi eorum ne eum agnoscerent, vel quia veritas imaginatio mortis ei^{us} tollebat eis credulitatem, vel etiam (vt dicit Aug.) in ipsis oculis eorum, operatione Satanz caligo quædam erat fluxu alicuius humoris facta, qua minus Christum agnoscerent.

¶ Circa

I. Cor. 1.

Ioan. 4.

Gregori^o.

Theoph.

Cur discipuli Christi non agnoscebant.

Gregori^o.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos cōfertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes?

¶ Hic ponitur Christi incogniti cum discipulis sermocinatio. Vbi tria sunt cōsiderāda. Primum est, Christi ad tristes dispensatiua interrogatio. Secundum est, discipulorum ad ignorū, quasi ignorantem, responsio. Ibi: Et respondens vnus. Tertium est, denuò rogatorum trepida vacillansque confessio. Ibi: Quibus ille dixit.

F ¶ Circa primum dicitur: Et ait ad illos. Prior eos alloquitur. Ad eò enim intēti erant mutuis de Christo sermonibus vt non aduenterent aliquē colloquentibus esse præsente. Prior itaque ipse loquitur, vt eos ad colloquium prouocaret. Ergo benignitatis suæ dispensatione eos interrogat, dicens: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes & estis tristes? Non quasi ignorans interrogat, sed vt eorum responsione, incredulitas ipsorum conuenientiùs arguatur. Et estis tristes, inquit, Conferebant enim inter se mœsti saluatore perempto dolore pleni, desperantes se hunc viuente exinde visuros. Et quidem hanc tristitiam discipulis ille prędixerat, dum ait: Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos verò contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

Discipuli
vnde tristes.

Ioan. 16.

¶ Circa secundum, quod est, discipulorum ad ignotum, quasi ad ignorantem responsio, subditur.

Et respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrin⁹ es in Ierusalem, & nō cognouisti que facta sunt in illa his diebus?

G ¶ Cleophas ergo hominem vt putabat ignotum, non sine quadam indignatione quasi obtusioris ingenij, nempe qui omnibus nota vnus ipse ignoraret, redarguit. Quasi dicit: Inter tot millia peregrinorum qui ad diem festum venerunt Ierosolymam, & omnes nouerunt quæ illic facta sunt, tu solus hæc ignoras? Putabant sanè remotæ regionis esse hominem, cuius vultum non agnoscebant, qui & ipse inter alios ad diem festum paschæ venisset Ierosolimam.

Tu solus
peregrin⁹.

Pere vera (vt dicit Beda) peregrinus erat eis, à quorum natura fragilitate percepta iam resurrectionis gloria longè distabat. Peregrinus erat eis, à quorum adhuc inde (vt potè resurrectionis eius nescia) manebat extraneus. Proinde vere huic mundo peregrinus erat, cuius iam conuersatio cū mortalibus amplius non erat.

Et non cognouisti, inquit, quæ facta sunt in illa his diebus? inaudita nempe & tam recenter. Mirabatur sanè (vt dictum est) Cleophas, quod tantarum rerum magnitudo eorum solum lateret, ea enim publica erant, & vsque adeo cunctis manifestata, vt hinc tota ciuitas commota fuerit. Regem enim latere potuissent (vt de cæteris taceam) signa Iherosolymis moriente ostensa? Ad hæc, quum peregrini rerum conuenticibus perquirendis consueuerint esse solliciti, iusta Cleophas fuit admiratio, quod tantarum rerum euidentia peregrinorum hunc lateret. Cæterum quia tantus ei erat dolor cordis, doloris sui causam cunctis notam esse putabat.

Quarta tertium, quod est denuò rogatorum trepida vacillansque confessio, subditur:

Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt. De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo.

Quasi extraneus & gestarum rerum ignarus dominus loquebatur, dicens: Quæ sunt ista quæ facta sunt in Iherosolymis diebus? Nemo plenius ipso ea nouerat, & tamen eis audire uoluit vt earum rerum narratione in suam mentem magis accèderetur, & vt ex eorum uerbis occasio eos hos instruendi accipiat. Quin etiam delectabatur ipse narratibus audire quæ gesta fuerat tametsi ea nosset (vt dictum est) sicut matrem delectat loquentem auerit filium, & magistrum iuuat audire discipulum disputantem. Interrogati ergo de rebus gestis quæ illis tristitiæ causauerat discipuli uia comiti responderunt.

De Iesu Nazareno, subaudis, adinuicem sermones conuenticibus, is enim nobis tristitiæ causa est. Qui fuit vir Prophetam magnum fateantur & filium Dei tacent videlicet nondum perfectè credentes, vel solliciti ne in manus persequentium Iudæorum, quia nesciebant esse cū quo loquebatur, quod uerè credidere cælantes. Quædam (inquiunt) in opere uidelicet languoribus sanandis,

Cleophas
unde mi-
ratur.

Cur christus quæ
nouit in-
terrogat.

Beda.
Trepidantium
confessio.

dis, eiiciendis dæmoniis, mortuis suscitandis, cæterisque; ad mirandis operibus quæ nemo vnquam alius fecit. Nec solum in opere potens, sed etiam in sermone, nam solo sermone quæcunq; voluit effecit, nec quisquam illius sermo, ni resistere præualuit, iuxta quod Lucas perhibet, dicens:

Lucæ. 4.

Stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo eius. Vbi Theophylactus:

*Opus ser
moni præ
mium*

I ¶ Primum, opus, & deinde sermo Nullus enim sermo doctoris firmus est, nisi prius docens se factorem declarat. Potens igitur esto primum in opere, deinde & verbi sollicitudinem habeto. Si enim & Deus cooperabitur tibi, prius enim opus, & deinde contemplatio ac illustratio. Nisi speculum purificaueris in labore & sudore, neuriquam concupit tam pulchritudinem in speculo suscipies. Beati enim mundo corde, hoc fit per opera, quia ipsi Deum videbunt, hæc contemplationis est finis.

¶ Coram Deo (inquiunt) & omni populo Oportet esse potentem in opere & sermone, primum coram Deo, & tunc coram omni populo. Prius enim placere debemus Deo, deinde curandum quantum est possibile innocentia apud homines, ut præcedente diuino cultu viuamus sine scandalo cæterorum. Vnde per Apostolum dicitur: Prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Patet igitur quam sincera dilectione discipuli isti Christum amabant, quæ adeo multipliciter & studiosè commendabant. Deinde passionem ipsius memorant, quæ totius eorum fuit causa tristitiæ, dicens:

Rom. 12.

Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.

*Mortem
Christi do
lent.*

¶ Quasi dicant: Ad inuicem conferimus, quomodo summi sacerdotes & primores nostræ gentis, qui talem ac tantum prophetam venerari debuerant, per inuidiam tradiderunt Pôtio Pilato præsidi, & gêtibus, qui vitæ auctorem morti tradiderunt, & non qualicumq; morti, sed morti crucis, nam & crucifixerunt eum. Morte (inquiunt) turpissima cõdemnerunt eum. Hinc est vox illa Pilati: Gens tua & pôtifices tradiderunt te mihi. Subditur autem desperantium vox quum dicitur

Sap. 3.

Ioan. 19.

Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel.

Spera-

Sperabam
desperamus
rum. Planè
sperabam
seipsum su
lit. Et p
rant iudæi
pocess salu
spondetur,
lic redempt
ret seruitu
re regem t
ipse redem
tus sentent
no tristes i
lunt quod
mortuum v
nimè doleb
nocentem.

Et nun
hec facta
ruerunt no
& non in
tiam visi
are.

¶ Recolere
turum, qu
tradixerat
entes sibi
eres terr
no corpore
nam de nu
dum quo r
quint, qua
que Christo
uerunt Ma
Marcus tes
¶ Non in
tionem a

erisq; ad
t. Nec so-
lo ser-
as sermo.
et, dicens:
sermo e.

Termo do-
clarat. Po-
i sollicitu
i, prius e-
Nisi specu
m concupi
enim mū-
ebunt, hic

et esse po-
eo, & tunc
mus Deo,
entia apud
ne scanda-
videntes
omnibus
e discipuli
& studio-
memorant,

ardotes &
& crucifi-

o summi sa-
ac tantum
radiderunt
rem morti-
ucis, nā &
lemnemus
es tradide-
um dicitur
lempurw

Spera-

esperabamus, inquit, eo viuente, quasi dicant, A modò
desperamus, ac si mors domini similis esset mortib⁹ alio-
rum. Planè semetipfos arguunt quòd in ipsum sperassent.
Sperabamus q̄ ipse & alios saluaturus esset, & ecce neq;
seipsum saluauit, ita parum nostræ expectationi respon-
dit. Et penè eadem dicebant quæ & in pendentem dixe-
rant Iudæi blasphemantes: Alios saluos fecit, seipsum nō
potest saluum facere. Quid est autem redēmi Israel? Re-
sponderetur, quòd Christum expectabant Iudæi saluatorem
& redemptorem à malis quæ eis impendebant, iugo scili-
cet seruitutis Romanorum, sperabantque eum regnaturū
in regem terrenum, & ideo dicunt: Nos sperabamus quòd
ipse redempturus esset Israel, & ipse neque iniustam mor-
tis sententiam contra se latam effugit. Vndè Beda: Meri-
tò cristes incedebāt, quia & seipfos quodam modo argue-
bant quòd in illo redemptionem sperauerint, quem iam
mortuum viderant, nec resurrectorum credebant. Et ma-
ximè dolebant eum sine culpa occisum, quia nouerant in-
nocentem. Et consequenter addunt, dicentes:

*Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quòd
hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris, ter-
ruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum,
& non inuento corpore eius, venerunt dicentes se
etiam visionem angelorum vidisse qui dicunt eum vi-
tere.*

Recolere videntur quòd prædixerat tertia die resurre-
ctorum, quasi dicant. Hodie deberet resurgere iuxta quòd
prædixerat. Promissam tamen tacent resurrectionem ca-
uentes sibi ab eo cui loquebantur. Et meritò dicuntur mu-
lieres terruisse eos quorum mentibus plus de non inuen-
to corpore dominico mæstitiam quam dolebant addere,
quàm de nunciata per angelos eius resurrectione gau-
dium quo recrearentur indere potuerunt. Mulieres, in-
quunt, quædam ex nostris, hoc est, de nostro consortio,
quæ Christo fuerant familiares sicut & nos. Istæ mulieres
fuerunt Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Salome: vt
Marcus testatur.

Non inuento corpore eius, venerunt dicētes se etiam
visionem angelorum vidisse. Vndè apud Matthæum: Exie-
runt

Theophi.
Discipu-
lorū spes
collapsa.

Matt. 27

Beda.

Marc. 16
Matt. 28

runt citò de monumento cum timore & gaudio magno, & venerunt nunciare discipulis. Et de visione angelorum, in præcedentibus dicitur: Ecce duo viri adstiterunt secus illas in veste fulgenti, qui & dicebant: Quid queritis viuentem cum mortuis? Non est hic, sed resurrexit, itaque discipuli isti relata à mulieribus resurrectionis famam dubia fide commemorant. Et quia hoc dicunt quasi non credentes, hinc & territos dicunt & stupefactos. Non enim quod eis relatum erat firmum æstimabant, aut angelicam reuelatione fuisse, sed stuporis & formidinis inde causam sumebant Vbi Theophylactus.

L
Discipuli
vt dubij.
 ¶ Videntur viri isti in valde ambigua esse sententia, & neque valde discredere, neque rectè credere. Nam dicentes Sperabamus quòd redempturus esset Israel, incredulitate indicant, quòd autem dicunt esse diem tertium, hominum est qui probè recordentur quod dixerat eis: Die tertia resurgam. Et quòd exterruerunt nos, hoc signat, quòd incredulitas eorum concutiat. Et omnino si considerentur, sermones humani sunt, & magnam habent dubitationem, & hominum perplexorum & ignorantium quid agant propter miraculum resurrectionis. Et subdunt.

Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non inuenerunt.

IOAN. 20. ¶ Isti fuerunt Petrus & Ioannes, sicut apud Ioannem legitur: Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus quem diligebat Iesus, & venerunt ad monumentum. Et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, scilicet monumentum apertum & vacuum, & linteamina posita, ipsum verò non inuenerunt, vnde factum est, vt existimarent corpus dominicam esse ablatum, iuxta quòd & Maria dixerat: Tulerunt Dominum meum de monumento, & nescio vbi posuerunt eum. Itaque testimonium Petri & Ioannis non certè æstimabant dum dicerent, non quidem vidisse se Dominum, sed resurrectionem eius coniciere ex eo quòd corpus in sepulchro non iacebat.

Ibidem:

HO.

E Tip
 cre
 Lu

(In hac I
 cendum. P
 scripturaru
 per gratula
 b. Tertium
 no, ubi: Et f
 (Circa pri
 cam fide n
 per Christu
 i Moysè.
 (Circa pri
 quam, in fi
 O stulti &
 quati sunt
 de stulticia
 (De stultit
 uerant p
 illomious
 tum nec f
 Denique v
 continent
 non intelle
 passus est, p
 nis fuere p
 ego vision
 mulatus su
 cunit, quia
 tum esset v
 pheratum
 plicatè su
 na sit script
 ram & pat
 memolatio
 alius figuris
 sunt alsimil
 ¶ Vade in.

HOMILIA ALTERA.

E T ipse dixit ad eos : O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetae.
Lucæ vigesimo quarto.

(In hac Euangelicæ lectionis parte de tribus superest dicendum. Primum est, confirmandis in fide vacillantibus scripturarum apertio. Secundum est, Christi ad hospitium per gratulantes inuitatio, ibi: Et appropinquauerunt castello. Tertium est, Christi tandem cogniti repentina disparatio, ibi: Et factum est.

(Circa primum duo sunt consideranda. Vnum est, ob tardam fidem discipulorum increpatio. Alterum scripturarum per Christum facta discipulis interpretatio, ibi: Et incipiens i Moysè.

(Circa primum dictum est: Et ipse dixit ad eos. Ad eos, inquam, in fide diuinitatis & resurrectionis suæ vacillantes: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetae. De duobus eos reprehendit videlicet de stultitia & tarditate ad credendum.

(De stultitia, quia nullam aliam quam temporalem sperauerant per Christum futuram redemptionem. Erant nihilominus de stultitia redarguendi, qui putabant Christum nec se nec alios posse saluare, quia fuit crucifixus. Denique vt stultos redarguit, quia scripturas quæ plenè continent mysterium passionis & resurrectionis domini non intellexerant. Omnia enim quæ Christus vel fecit vel passus est, præannunciata prophetarum sermonibus, vel typis fuere præfigurata. Vndè per Osee loquitur, dicens: Ego visionem multiplicauit, & in manu prophetarum adsimilatus sum. Et quidem prophetarum visiones multiplicauit, quia ab initio seculi vsque ad Christum quid futurum esset vel patrum typis (vt iam dictum est) vel prophetarum vaticiniis prænunciare non destitit. Itaque multiplicatæ sunt visiones super numerum, vt his vniuersa plena sit scriptura. Et in manibus, id est, operibus prophetarum & patrum adsimilatus fuit Christus. Verbi gratia in similitudine Isaac, in venditione & principatu Ioseph, & ceteris figuris innumeris passio Christi & eius resurrectio fuit adsimilata.

(Vndè in Actibus Apostolorum per beatum Petrum dicitur

*Discipuli
arguuntur
stultitiæ.*

Osee. 12.

*Christus
vt typis
præfigu-
ratus.*

Actu. 3. citur: Deus qui prænucliauit per os omnium prophetarū pati Christum suum impleuit sic.

B ¶ *Tarditas vt arguuntur.* Secundò, redarguit eos de tarditate ad credendum. Sordes enim & pigri fuerunt ad credendum ea quæ sanctæ mulieres à Christo ad eos nunciandæ resurrectionis suæ gratia destinatæ, tam audita quàm visa narrauerunt. Quin & tardi fuerant ad credendum his quæ ab ore ipsius Christi de sua morte & resurrectione non semel audierant. Denique nec his acquiescere poterant quæ de Christo ex lege nouerant & prophetis.

C ¶ *Theophi.* Et notanter ait: Tardi ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt prophete. Nam duobus modis contingit credere quæ loquuti sunt præphete, videlicet particulariter quædam, & non vniuersaliter omnia, quod est ex parte credere, & credere in totum.

credere contingit dupliciter. Verbi gratia, particulariter credit seu ex parte qui credit quæ de Christi cruce dicuntur à prophetis, quale est illud: Foderunt manus meas & pedes meos, verum quæ ad resurrectionem eius spectent non credunt, sicut est illud: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et illud: Inter mortuos liber. Et illud: Educis vinctos in fortitudine, & eos qui habitant in sepulchris. Tales non habent perfectam fidem, sed credunt ex parte. Oportet autem in omnibus tam his quæ gloriæ sunt quàm quæ ignominia de Christo credere prophetis. Oportebat enim & Christum pati, quod est ignominia, & intrare in gloriam suam, quod est honoris & gloriæ. Itaque postquam eos vt stultos & tardos ad credendum redarguit, exinde mox salubriter informat, dicens:

Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

¶ Quasi dicat: Nō putetis quoddam ideo ipse non sit Christus quia passus est, quia sic oportuit fieri.

D ¶ *Intentio p̄sanda. Isidorus.* Sed dicat aliquis: Si oportebat Christum pati, quomodo peccasse censentur qui eum occiderunt, quum in hoc Dei voluntatem (vt videtur) implerent? Sed non satagebant perficere quod Deus disponebat. Vnde & eorum exequutio fuit impia, Dei verò dispositio prudentissima, qui nequitiam corū in beneficia generis humani conuertit

phetarū
um. So-
que fan-
ectionis
auerunt.
re ipsius
el audie-
de Chi-
s que lo-
git crede-
ri er que-
te crede-
e qui cre-
quale est
m que ad
est illud:
abis fan-
mortuos
os qui ha-
in fidem,
s ram his
o credere
est igno-
ris & glo-
credendū
as:
ntrare in
Christus
quomo-
ni in hoc
non fata-
& eorum
ntissima,
i conuer-
tit

ne, quasi utens vipereis carnibus ad anthidoti salutiferi
confectionem.

Primo, propter utilitatē suam. Siquidē perpeffione mortis
gloriā resurrectionis promeruit, iuxta quod per Apostolū
dicitur: Christus factus est pro nobis obediēs vsq; ad mor-
tem, mortē autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit
illum, & donauit ei nomen quod est super omne nomen.

Secundō, oportuit Christum pati, propter communem o-
miniam salutem. Nam per mortem eius sumus Deo recō-
ciliati, dicente Apostolo: Quum inimici essemus, reconci-
liati sumus Deo per mortem filij eius.

Tertiō, propter nimiam debitorū quantitatem, quā tan-
ta erant q̄ nisi sanguine Christi solui non poterant. Vndē
per beatum Petrū dicitur: Sciētes q̄ non corruptibilibus
auro vel argento redēpti estis, sed pretioso sanguine quasi
agni immaculati Christi & incontaminati.

Quartō, propter scripturarum quę hoc pręnunciauerūt
completionem. Non enim potest solui scriptura. Sed futura
Christi innumeris scripturę locis fuerant prędicta. Verbi
gratia: Tanquam ouis ad occisionem ducetur.

Quintō, propter imitationis exemplū, vt videlicet pro-
pter Dei gloriam fideles nec pati nec mori formident, di-
cente Domino: Nolite timere eos qui occidunt corpus, &
hoc non habent amplius quid faciant. Et iterum: Ex-
emplum, inquit, dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vo-
scita & vos faciatis.

Sextō, oportuit Christum pati, vt qua via ad patriam
peruenire possumus ostenderet: quia videlicet per multas
tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Ergo
metipfos irridēt qui sine tribulationū perpeffione per
pna mundi huius gaudia & delicias atq; voluptates car-
nis in Christi gloriam putant intrare, quum ille non nisi
per supplicium & ignominiam crucis in suam introierit.

Ubi etiam hanc gloriam filiis Zebedæi petentibus pas-
calis calix obtenditur, dicente Domino: Nescitis quid
petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?
Nam plerisque delectat culmen honoris, quos nondum
percipit materia laboris. Caput nostrum Christum per
tribulationum angustias cælum introire videmus, & nos
in umbra eius alia nobis itinera somniamus? Monstruosa

EE res

*passionis
christi
causamul
ta.
philip. 2*

Roma. 5.

1. Petr. 1.

*Isa. 53.
E*

*Matt. 10
Ioan. 13.
Via qua
Christus se
quamur.*

Actu. 14.

Matt. 20

FERIA SECUNDA

res est si per vnum foramem caput transire videmus, per aliud corpus. Pudeat sub spinoso capite membra fieri delicata.

¶ Circa alterum, quod est scripturarū per Christum facta discipulis interpretatio, subditur:

Et incipiēs à Moyses & omnib⁹ prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant.

F ¶ Volens Christus informare discipulos & ostendere ea omnia quæ de ipso contigerant non fortuito, sed dispensatione diuinæ providentiæ fuisse prædestinata, scripturas earum rerum prænunciat & oracula prophetarum adducens interpretatur. Et incipiens, inquit, à Moyses, à quo scriptura legis habet exordium, interpretabatur ea quæ de ipso erant. Vndè alio loco ad Iudæos loquens, ait: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Verbi gratia.

Lignū vitæ. ¶ Interpretabatur eis mysterium ligni vitæ in medio paradisi typum fuisse ligni crucis, in quo Christus operatus est salutem in medio terræ.

Eua de latere Christi. ¶ Productionem Eux de latere Adæ dormientis figuram fuisse productionis Ecclesiæ de Christo somno mortis in cruce sopito.

Fenestra arcæ. ¶ Fenestram in dextro latere arcæ Noë, qua genus humanum fuit saluatum, præfigurasse vulnus quo dextrū Christi latus in cruce lancea militis fuit apertum.

Sacrificiū Abrahæ. ¶ Mysterium sacrificij Abrahæ quando dimisso Isaac aries fuit immolatus, typum extitisse immolationis Christi super lignum crucis, vbi humanitas eius mortem pertulit sine vllō suæ detrimento diuinitatis.

Serpens æneus. ¶ Serpentem æneum sanandis mortiferis serpentum moribus in palo sublimi eleuatū, Christi exaltationem in cruce saluandis à peccati veneno fidelibus significasse.

G ¶ Agnum saluandis à seruitute Pharaonis filii Israel, mandante Deo immolatum, manifestum fuisse mortis Christi (vtique agni qui tollit peccata mundi) typum.

Testimonia de christo. ¶ Prophetarum etiam vaticinia quæ de ipso erant discipulis admirantibus interpretabatur. Verbi gratia illud Moysi: Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, ipsum sicut me audietis. Omnis anima quæ non audierit verba prophetæ illius, peribit de populo suo.

¶ Rursus

¶ Rursus Christus
per diem p
os tuos, &
quem ea q
perizasse p
not manus
pererunt n
tem meam
par, poraue
es est prop
nostra. Sicut
quia ipse
percussit eun
sic vndè ap
tas occide
negaturus e
tolle, cruce
inde nequ
stem apud
tus captus e
tu viuemus
discipulis p
nois conse
ni amoris
ni quis nan
magistru
tare, sed &
trum teneb
tu audient
solūm o
per aspe
iebantur
A verbis ar
¶ Circa
Et approp
uit longiū
hic ponitur
Vbi duo
dispensatio. A
coactio, il

Christus in cruce pendentem & Iudaicæ gentis perfidiam prænuncians, ait: Erit via tua pendens ante oculos tuos, & non credes vitæ tuæ, id est, Christo.

Deut. 32

Quæ ea quæ Propheta Dauid de Christi passione euangelizasse potius quàm prophetasse videtur, adduxit: Foderunt manus meas & pedes meos. Considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et rursus: Et in siti mea, inuicem potauerunt me aceto. Et apud Esaiam: Ipse vulneratus est propter delicta nostra, attritus est propter scelera nostra. Sicut ovis ad occisionem ducetur. Et illud: Oblatus est, quia ipse voluit. Et rursus: Propter scelus populi mei percussus eum.

Dauid.

Et vnde apud Danielelem: Post hebdomadas sexagintas occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum argaturus est. Quod quia Iudæi fecerunt, clamantes: Tollite, crucifige eum. Non habemus regem nisi Cæsarem, quoniam nequaquam ultra ipsius populus sunt.

Daniel.

Daniel. 9

Item apud Ieremiam: Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus: In umbra viuemus in gentibus. Hæc igitur & his similia Christo discipulis per viam familiariter interpretante quis posset verbis consequi quanta illi afficiebantur dulcedine, quantum amoris Christi incendebantur. Admiratione stupentis quisnam esset ille peregrinus qui tantæ sapientiæ verum magistrum quem lugebant peremptum non solum æquare, sed & superare videbatur. Sed (vnde dictum est) oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent, alioqui sic loquentes audientes dicturi fuissent: Hic ipse est Christus. Ergo non solum oculi eorum tenebantur ne ipsum cognoscerent per aspectum, sed etiam eorum aures non minus imbecillabantur ne hunc agnoscerent per auditum, cuius uocem & uerbis audiendis fuissent assueti.

H

Ieremias.

Thre. 4

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et appropinquauerunt castello quod ibant, & ipse se contulit longius ire.

Hic ponitur Christi ad hospitium per gratulantes inuitatione. Vbi duo notantur. Vnum est, instruendi gratia Christi inuitatio. Alterum est, Christi ad hospitium per discipulos coactio, ibi: Et coegerunt.

EE ij

¶ Cir-

¶ Circa primum dicitur: Et appropinquauerunt castello quod ibat. Christi sermonibus supra quam credi potest delectati non modo nullum vitæ rædium aut laborem senserunt, sed etiam citius quam optarent ad itineris sui metam peruenierunt. Et ipse dispensatione sapientiæ suæ finxit se longius ire, id est, præcedit habitum longius abeuntis. Vbi est notandum (vt dicit Augustinus) non omne quod fingimus mendacium esse. Sed quâdo id fingimus quod nihil significat, vtique mentimur. Quum autem fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Alioqui omnia quæ à sapientibus & sanctis viris, vel etiam ab ipso domino figuratè dicta sunt, mendacia deputabuntur, quia secundum vñtatum intellectum non consistit veritas in talibus dictis. Sicut autem dicta ita etiam finguntur facta sine mendacio ad aliquam rem significandam.

*nō omnis
fictio mē-
dax.*

I ¶ Itaque vt eum discipuli supplices ad hospitium inuitarent, finxit se velle longius ire. Voluit autem inuitari vt eiusdem inuitationis merito discipuli forent non indigni qui dominum cognoscerent. Simile aliquid apud Marcum habes: *Marc. 6.* Nam videns discipulos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare, & volebat praterire eos, videlicet dispensatione suæ sapientiæ, nempe vt cōsuebati, sed continuo liberandi plus suæ liberationis stuperet miraculum, & ereptori suo maiores referrent gratias.

Grego. ¶ Itaque Dominus fingens se longius ire nihil ipse qui est simplex veritas per duplicitatem fecit, sed talem se exhibuit discipulis in corpore, qualis apud illos erat in mente. Et quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat à fide, ire se longius finxit. Probandi autem erant, si hi qui eum & si necdum vt Deum diligere, saltem vt peregrinum amare potuissent. Sed quia esse extranei à charitate nō poterant, hi cum quibus veritas gradiebatur, eum ad hospitium quasi peregrinum vocant.

¶ Circa secundum, quod est Christi ad hospitium per supplices coactio, subditur:

Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum quoniam aduersa scit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis.

Coegerunt, inquit, illum videlicet retinendo manibus, & supplicâdo verbis. Mane inquit, nobiscū, quin & rationem allegant dicentes: Quoniã aduesperascit, & inclinata est iam dies, scilicet ad occasum. Ex hoc exemplo colligitur quia peregrini ad hospitium non solum inuitãdi sunt sed etiam trahendi Hinc enim per Paulum dicitur, Caritas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatẽ nolite obliuisci Per hanc enim quidam placuerunt, angelis hospitio receptis Hinc Petrus ait. Hospitales inuicem sine murmuratione Hinc ipsa veritas dicit: Hospes fui & collegistis me Exemplum refert Gregorius, dicens:

Gregori^o.

Heb. 3.

I. pet. 4.

Mat. 25.

Quidam paterfamilias cum tota domo sua magna hospitalitatis studio seruebat Quumq; quotidie ad mensam suã peregrinos susciperet, quodã die peregrinus quidã inter alios aduenerat, ad mensam ductum est Dũq; paterfamilias ex humilitatis cõsuetudine aquã vellet in eius manibus fundere cõuersus vrceũ accepit sed repẽte eũ in cuius manib⁹ aqua fundere volebat nõ inuenit. Quũq; factũ hoc secũ ipse miraretur, eadẽ nocte ei dominus p visionẽ dixit: Cãteris diebus me in mẽbris meis, hesterno autem die me in memetipso suscepisti. Ecce in iudicium veniens K loquitur. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Vbi nota-
Cãterum quoniam & dies huius nostrã mortalis vitẽ ad mortem festinas vergit in vesperam, assiduis & nobis dominus exorandus est precibus, vt & ipsi dicamus. Mane noscum Domine, quoniam aduesperascit. Quin & mundus iste in maligno positus errorem tenebris & vanitatibus quasi in æternam vergens noctem quodam modo aduesperascit, & quasi diurni solis feruor tepescit quandoquidẽ discernere est) abundat iniquitas, & refrigescit charitas multorum.

Vbi nota-
ster vt ad
nespera-
sit.

Et intrauit, inquit cum illis, nempe vt exorabilis, & benignus.

Proinde horum exemplo discipulorum fidelis, quisque propinqua sibi morte, & ipse Christum suppliciter deprecetur & dicat: Mane nobiscum domine, quoniam aduesperascit. Inuitet ad se Christum, suscipiat eũ in domũ suam in hospitium cordis sui, cõplectatur eum quasi quibusdam brachiis, ac si dicat: Tenui eum nec dimittam Di-
cei, Non dimittam te nisi benedixeris mihi. Sic enim ipse vult teneri, sic se præcepit exorari. Ipse est lignum

Christus
vt tenẽd^o

Cant. 3.

Gene. 32.

FERIA SECUNDA

Luc. 19: vite his qui apprehenderint eum & qui tenuerit eum beatus: ita ut & de illo dici possit: Hodie huic domui salus facta est.

¶ Circa tertium principale dicitur:

Et factum est dum recumberet cum eis accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & recognouerunt eum.

L Hic ponitur Christi tandem cogniti repentina disparitio, ubi sunt tria notanda. Primum est, in fractione panis Christi recognitio. Secundum est, Christi cogniti repentina disparitio, ibi: Et ipse euauit. Tertium est, lata nunciantium & festina regressio, ibi: Et surgentes eadem hora.

¶ Circa primum dicitur. Et factum est dum recumberet cum eis. Ergo ad eorum inuitationem & coactionem benignè cum eis hospitium intrat. Illi mensam alacres ponunt, & cibos offerunt, cupientes eum corporali cibo reficere, à quo iam fuerant ipsi spiritali cibo refecti. Ipse autem (ut sibi moris erat) accepit panem & benedixit ac fregit, & porrigebat illis, tanquam dispensator & maior in mensa. Consueuerat enim suis ministrare discipulis sicut in Euangelio loquitur, dicens: Ego in medio uestrum sum, sicut qui ministrat.

*Christi
suetudo.
Luc. 24.*

¶ Legitur panem in manibus accepisse, benedixisse, fregisse, & distribuuisse. Primum in quinque panum multiplicatione. Secundum in septem panum distributione. Tertium in sui corporis consecratione. Quartum presenti loco, in discipulorum illuminatione.

*Chryso.
De conc.
Euang.*

¶ Et aperti sunt, inquit, oculi eorum, quod non de oculis carnis accipiendum est, sed sensu mentali. Unde Augustinus: Neque enim clausis oculis ambulabant, sed inerat aliquid quo non sinerentur agnoscere quod videbant, quod scilicet & caligo & aliquis humor efficere solet. Non quia Dominus non poterat transformare carnem suam ut alia re vera esset effigies quam solebant intueri, quandoquidem & ante passionem suam transformatus est in more ut facies eius claresceret sicut Sol. Sed non ita nunc factum est. Non enim incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Sathana fuisse, ne agnoscerent.

keretur Te
ambiguan
ne ut vni
gaur imp
Consentit
lucrum p
quam enim
(At verò i
puli isti, D
cognouera
go præcept
sunt, quia
sed Deum
gaur audi
potuit, op
tum loque
Stane hosp
a posse ho
manibus ab
ere exhibe
pis ab eo
nois ei qu
tezitati en
nuras. Et q
a expositio
fractione co
Porro mo
torum ord
gi, & porrig
cedo dicator
nummum igit
discend
paris, dis
ia in iis qu
emur in ap
conat, ita v
ut intellig
allis in Ch
ind plange
raem & no

eum bea-
nui salus

pit panē,
Et aperti

disparitio,
is Christi
a dispari-
antium &

cumbetet
onem be-
lacres po-
cibo reli-
ti. Ipse au-
ixit ac fre-
x maior in
ulis sicut
rum sum,

e, fregisse,
licatione.
n sui cor-
discipulo-

de oculis
dē Augu-
ed inerat
idebant,
solet. Nō
em suam
eri, quan-
tus est in
ita nunc
s hoc im-
ne agno-
scere-

feretur Iesus. Sed tātū à Christo (propter eorum fidem
ambiguam) facta est permissio vsque ad sacramentum pa-
nis vt vnitate corporis eius participata remoueri intelli-
gatur impedimentum inimici, vt Christus posset agnosci.
Consentit Theophylactus: dicēs: Innuit quōd sumentibus
sacrum panem aperiuntur oculi vt eum agnoscerent. Ma-
gnam enim & ineffabilem vim habet domini caro.

At verò inter hæc illud prætereundum non est, quia disci-
puli isti, Deum quem in sacra scripturæ expositione non
cognouerat, in panis fractione cognoscunt. Audiendo er-
go præcepta Dei illuminati non sunt, faciendo, illumina-
ntur, quia scriptum est: Non auditores legis iusti sunt a-
d Deum, sed factores legis iustificabuntur. Quisquis
igitur audita vult intelligere festinet ea quæ intelligere
potuit, opere implere. Ecce dominus non est cognitus
tam loqueretur, & dignatus est cognosci dum pascitur.
Sanè hospitalitatis officio ad Dei cognitionem perueni-
re posse homines intimauit, vt quum longius ipse ab ho-
minibus abscesserit super omnes cælos, cum eis tamen sit
hæc exhibens seruis eius. Tenet ergo Christum ne lon-
gus ab eo eat, quisquis cathēzizatur verbo qui in omnib⁹
locis ei qui se cathēzizat, communicat. Et isti quidem ca-
thēzizati erant verbo quum eis dominus exponeret scri-
pturas. Et quia hospitalitatem sectati sūt, eum quem in ip-
sorum expositione scripturarum non cognouerunt, in panis
fractione cognoscunt.

Porro moraliter non modò verba hæc sed & verborum
horum ordo notandus est: Accipit panem, benedixit, fre-
gisse, & porrigebat discipulis. Hoc exemplum Christi fidelis
predicator studeat imitari. Panis enim est verbum Dei.
Primum igitur panem hunc ipse predicator accipiat tam
discipulo, quàm faciendo, iuxta illud Sapiētis: Ante quàm
loquaris, discite. Secundò oret & orare faciat, vt prædicatio
eius in iis qui audiunt efficaciter operetur, & vt ei sermo
eius in apertione oris. Tertio frāgat, id est, minutim ex-
ponat, ita vt etiam paruuli, id est, rudes & simplices pos-
sint intelligere ad imitationem illius, qui ait: Tanquàm par-
uulus in Christo lac potum dedi vobis nō escam. Alioqui
vult plangentis etiam nunc verificabitur: Paruuli petierūt
panem & non erat qui frangeret eis.

M

Gregori⁹
Operã do
bona illu-
minamur
Rom. 2.

Aug. de q.
Euang.

Hinc di-
scet præ-
dicator.
1. Cor. 4.

1. Cor. 3.

Tre. 4.

EE iij

Quartò

Quartò, post præmissa verbi cœlestis panem porrigat pijs auditoribus tanquã esurientibus, prædicando. Si iam hoc schemate Dei verbum (vtiq; panis animæ) fidelibus prædicando porrigeretur, forsan etiam eorum oculis quibus Christum cognoscerent aperirentur.

¶ Circa secundum, quod est, Christi recogniti repentina disparitio, subditur:

Et ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?

N ¶ Quærat aliquis & dicat: Quare Christi⁹ iã discipulis istis *Cur christus cognitus, mox ab eorum aspectu euauit, quos utpote amicos, ipsum & amâtes & desiderâtes sua corporali præsentia cõueniebat cõsolari? Sed ita fieri oportebat vt dispareret. Primùm, vt animos eorum sui desiderio amplius inëderet. Rursus, ne sua præsentia horrois occasionem discipulis afferet, & putarent eum etiam post resurrectionem à mortuis tale corpus habere quale priùs habuerat. Deniq; subtrahitur eorum oculis species infirmitatis, vt mentibus incipiat apparere gloria resurrectionis. Quin etiam mores in structurus post quàm benedictum à se & fractum panem illis porrexerat euauit vt tu cum bene feceris laudes hominum non requiras. Vndè ipse in Euangelio præmonet, dicens: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis.*

Mat. 6.

discipuli
vt affecti.

¶ Et dixerunt ad inuicem, vtique nimia rei admiratione stupentes & arguentes semetipfos, quia eum quem tantòpere desiderauerant, nec in comitatu viæ, nec in verbis, nec in mensa priùs cognouissent.

¶ Nonne cor nostrum ardens erat in nobis acsi dicat: Quare aspectum eius non cognouimus, quur in verbis suis nõ aduertimus ipsum esse de quo per viam loquebamur? Quare eum non apprehendimus & tenuimus quem desiderabamus? præsertim quum totum cor nostrum ipsius amore incenderet, & ex parte videretur nobis quòd esset ipse dum loqueretur in via aded familiariter, dulciter, amicabiliter, sublimiter, & sapienter, aperiret nobis scripturas?

¶ Accen-

Accendeb
mirabili atq
teremiam p
quasi ignis,
reni mitter
quippe dor
thi cor carn
nam in suis
piscencias p
Vndè Greg
Exaudito
frigas rece
bet præcept
tribus infla
cacia dicitur
um torpen
de quodam
et iterum: I
nos Christe
habeamus i
sentias hui
ualis inter
nobiscum,
caremus.
¶ Dicunt erg
liquidem vt
paras, perce
rebat dom
ares vsq; in
cur esset C
interrogare
¶ Circa terti
is, subditur:
Et surge
& inuen
ipsis erat
apparuit
Surrexerunt
pures hora

Accendebant sanè prolati à Salvatore sermones ardore
 mirabili atque ineffabili mentes auditorum, sicut ipse per
 terentiam perhibet, dicens: Nunquid non verba mea sunt
 quasi ignis, & quasi malleus cõterēs petras? Ignem, inquit
 veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Ignem
 quippe dominus in terram misit, quum afflatu spiritus san-
 cti cor carnalium incendit. Et terra ardet, quum cor carna-
 lum in suis priùs voluptatibus frigidum relinquit concu-
 piscencias præsentis seculi, & incenditur ad amorem Dei.
 Vnde Gregorius:

Exaudito quippe sermone inardescit animus, corporis
 frigus recedit, fit mēs superno desyderio anxia, audire li-
 bet præcepta cœlestia, & quod mādatis instruitur, quasi tor-
 rido inflammatur. Hinc per Psal. de verbis cœlestis effi-
 cacia dicitur: Emitteret verbum suum & liquefaciet ea, nimi-
 um torpentia atq; gelida corda. Vnde rursus per eundem
 quodam dicitur: Eloquium domini inflammavit eum.
 Iterum: Ignitum eloquium tuum vehemēter. Hoc igne
 nos Christe Iesu semper accende, vt & ipsi de te corardēs
 habeamus in via, vt hoc tuo igne inter ignes & concupi-
 scencias huius seculi qui zabuli flatibus excitantur, muniti
 quasi inter Babylonici fornacis incendia Deo præsentē
 nobiscum, illæsi, hymnum laudis Deo iugiter & ipsi de-
 cantemus.

Dicunt ergo: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?
 loquidem vt dicit Theophylactus, Christo disserente scri-
 pturas, percellabatur intrinsecus cor eorum, q̄ ille qui dis-
 crebat dominus esset. Verba enim Christi intrabant per
 aures vsq; in cor eorum, & innuebant quòd ipse qui loque-
 batur esset Christus, & licet arderent desyderio, non tamē
 interrogare eum audebant aut tangere.

Circa tertium, quod est, læta nunciantium festina regres-
 sio, subditur:

*Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem,
 & inuenerunt congregatos vñdecim, & eos qui cum
 ipsis erant, dicentes quòd surrexit dominus verè, &
 apparuit Simoni.*

Attulerunt quidem eadem hora: peruenerunt autem post
 plures horas sicut oportebat sexaginta stadia transeūtes.

Non

O
 VITUM
 VERBORUM
 CHRISTI.
 Luc. 12.

Preccatio.

gat piis
 am hoc
 us præ-
 quibus

pentina

ad inui-
 dum lo-

ulis istis

apote a-

ali præ-

vt dispa-

amplius

ationem

irrectio-

abuera-

tatis, vt

s. Quin

à se &

um bene

in Euan-

stram fa-

iratione

in tantò-

in verbis,

cāt: Qua

s suis nò

mur? Qua

desydera-

us amo-

efficitur,

luciter, a-

t nobis

Accen-

*Neglecta
cœna festi
ni redeit.*

A. R. e. 7.

¶ Non ergo iã spiritualiter & ineffabiliter alloquio Christi refecti corporalis cœna curę fuit, nec tardat eos vel imminens vespera, vel via longa, vel ipsa propter quam venerant in castellum causa, quò minus sine mora læta fratribus nunciaturi in Ierusalẽ reuenterentur, quasi & ipsi illud dicerent: Hęc dies boni nunciij est, si tacuerimus & noluerimus nunciare vsq; manẽ sceleris arguemur.

¶ Et inuenerunt congregatos vndecim Apostolos in cœnacula, vbi cum illis ante mortem suam Christ⁹ conauerat, & eos qui cum ipsis erant, alios scilicet viros fideles discipulos domini & mulieres sanctas, inter quas vero simile est etiam ipsam Christi matrem affuisse, dicentes, nimirũ cum ingenti gaudio, quòd surrexit dominus verè, nõ fictè, non fantastice, non tantũ apparenter, sed verè eodem in corpore quo fuerat crucifixus, ipsa eadem quam morte posuerat, anima resumpra.

*Beda.
vitorum
prim⁹ Pe
tr⁹ videt.
I. cor. 15.*

¶ Et apparuit (inquiunt) Simoni. Omnium ergò virorum primò dominus apparuisse intelligitur Petro, ex his dõtatur omnib⁹ quos Euangelistæ quatuor & Paulus Apostol⁹ commemorant. Vndè ad Corinthios loquitur, dicens de domino: Sepult⁹ est, & resurrexit tertia die secũdum scripturas, & quia apparuit Cephæ, & postea vndecim. Primum ergo illi apparuit, qui primus ipsum esse Christum filium Dei viui fuerat antè confessus. Sed & primò ei apparuit, ne propter negationis culpam desperaret, non vltà crediturus discipulum Christi se esse quem ipse negasset.

¶ Ergo quòd dominus Petro apparuit, vel huius loci autoritate probatur, de modo autem huius apparitionis aut loco, nihil habetur, Verisimiliter tamen creditur Christum ei apparuisse postquam à mulieribus audiuit dominum resurrexisse & viuere, & cucurrit ad monumētum, vt Lucas testatur.

*Cur nõ si-
mul omni-
bus appa-
ret.*

¶ Cæterũm (vt dicit Chryl.) non simul omnibus se manifestauit Christus, vt sereret fidei semina Nam qui primò viderat, & certus erat, aliis referebat. Deinde sermo prodicẽs, preparabat animum auditoris visioni. Et ideo primum digniori omnibus Petro apparuit. Post Petrum verò aliis apparuit, quandoque paucioribus, quandoq; plurib⁹ quòd hi duo discipuli confitentur. Sequitur enim:

Eripsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo

modo co
Apoitolisc
dominus v
scipuli nar
tia, quia
acciderant
titix ipfor
lis causam
tue cordis
prophetas
prophetaru
quomodo
fuit se lon
us coegera
cepit, bene
cognouerun
Certi inqu
non nisi in f
quam se Ch
urticeps ne
mento pan
num co

FE

Vn
Lu
¶ P
morte ian
mò de se
madò, resur
Et dixit
um ignota
Circa prim
ad inclu
entibus pa
um est, pau
mò.

(Circa prim
emiserat l

modo cognouerunt eum in fractione panis.

Apostolicum ingenti gaudio asserentibus quia surrexit dominus verè & apparuit Simoni, vicissim illis hi duo discipuli narrauerunt Christi apparitionem sibi factam in via, quia videlicet loquentibus ipsis de his omnibus quæ acciderant, ipse Iesus appropinquans iuerat cum illis trinitate ipsorum causam interrogans, & quemadmodum ipsorum causam hanc referentibus, arguerat stultitiam & tarditatem cordis eorum ad credendum ea quæ de Christo per prophetas olim fuerant prænuntiata, & scripturas legis & prophetarum quæ de ipso erant, illis fuerat interpretatus, & quomodo appropinquantibus castello quò ibant, ipse finit se longius ire, & ipsi eum multis precibus inuitantes coegerant secum manere, & quemadmodum panem accepit, benedixit, fregit & ipsis porrexit, & quomodo tandem cognouerunt eum in fractione panis. Vbi Beda:

(Certe inquit, mysterij causa factum est vt eum discipuli non nisi in fractione panis cognoscerent, videlicet, ne quisquam se Christum agnouisse arbitretur, si eius corporis particeps non est, id est, Ecclesiæ, cuius vnitatem in Sacramento panis commendat Apostolus, dicens: Vnus panis & vnum corpus multi sumus.

Q
Narratio
rei gestæ.

*Cur nisi
in fractio
ne panis
non cogno
scitur.*
1. Cor. 10.

FERIA TERTIA PASCHAE.

*D*um hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorum.

Luch. 24.

Præsens sancti Euâgelij lectio refert Christum morte iam rediitum, circa discipulorum tria fecisse. Nam modo de se loquentibus præsentiam suam exhibuit. Secundò, resurrectionis suæ argumenta dubitantibus ingessit. Et dixit eis: Pax vobis. Tertio, scripturarum intelligentiam ignorantibus aperuit. Ibi: Tum aperuit.

Circa primum tria notantur. Primum est, miranda Christi ad inclusos ingressio. Secundum est, discipulis patientibus pacis annunciatio. Ibi: Et dicit: Pax vobis. Tertium est, patientium error & conturbatio, Ibi: Conturbati estis.

Circa primum dicitur: Dum hæc autem loquuntur, Apparuerat Euangelista, quemadmodum duo ex discipulis do-

*Appari-
tionis hu-
ini tēpus.*

Mat. 18.

Ioan. 20.

*Difficul-
tas solui-
tur.*

Beda.

*Resurre-
ctio Chri-
sti paula-
tim aperi-
tur.*

lis domini quibus ipse apparuerat in via, regressi à castello Emmaus, inuenerunt cōgregatos vndecim (nēpe Apostolos) & eos qui cū ipsis erāt. dicentes, q̄ surrexit dominus verè, & apparuit Simoni. Dū ergo de huiusmodi loquerentur venit Iesus, & stetit in medio eorū. Dixerat enim vnicuique duo vel tres forent congregati in nomine suo, se illis interfuturū. Et est notandū q̄ hanc domini apparitionem intelligitur & Ioānes cōmemorare, dicēs: Quam esset serò die illo vna sabbatorum, & fores essent clausæ vbi erant discipuli cōgregati propter metum Iudæorum, venit Iesus & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.

¶ Quod autem dicit Ioannes nō cum illis tunc fuisse Apostolum Thomam, quum secundum hunc Euangelistam illi duo iam memorati discipuli regressi Ierusalem inuenerūt congregatos vndecim, proculdubio intelligendum est, quòd inde Thomas exierit antè quàm eis dominus hæc loquentibus appareret.

¶ Itaque gloriā suæ resurrectionis dominus & redemptor noster paulatim discipulis per incrementum temporis ostendit, quia nimirum tanta erat virtus miraculi, vt hæc repente totam capere fragilia mortalium pectora non possent. Consulens igitur ipse imbecillitati quærentium: primò venientibus ad monumentum fœminis suo amore feruentibus, & viris, reuolutum lapidem, & ablato suo corpore linteamina quibus inuolutum fuerat, sola posita per angelos monstrauit. Deinde curiosiùs quærentibus faminis, & de eo quod inuenerant mente consternatis, angelorum visionem ostendit, qui illum resurrexisse certa manifestatione patefacerent, ac sic præcurrente fama patratæ resurrectionis, tandem ipse apparens quanta potentia mortem quam ad horam gustauerat deuicisset, aperuit.

*B
Christus
prima die
quinq̄
visus.*

Mat. 28.

¶ Et quidem quantum ex Euāgelicæ serie lectionis inuenimus, quinq̄ ipsa qua resurrexit die, visus est hominibus. Primò, Mariæ Magdalenæ ad monumentum quando ei de sideranti pedes eius amplecti, dictum est: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Deinde duobus à monumento currentibus nunciare discipulis, quæ ab angelis de peracta eius resurrectione didicerant, de quibus scriptum est, quia accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.

Appa.

Apparuit enim ipso die duobus (vt iam dictum est) discipulis euntibus in castellum Emmaus, qui eum ad hospitium vocantes in panis fractione cognouerunt. Apparuit & *Pe-* *Luc. 24.*
 tro, quod & si Euangelista quando vel vbi factum sit minime designauerit, tamen quia factum sit Lucas non tacet. Ac deinde subiungit quintam eius apparitionem que presentilectione est comprehensa. Vbi de se loquentibus sese presentem manifestare dignatus est.

Ad confirmandam nanque fidei nostre veritatem, quod *Beda.*
 semper agit presentia sue diuine pietatis, aliquando etiam presentia voluit corporalis ostendere visionis. Nam & de *christum*
 nobis quamuis procul infra pedes Apostolorum iacentibus, *ad esse*
 hoc ipsum eius misericordia fieri considerare debemus, ipsum *suum.*
 videlicet esse in medio nostri quotiescunq; conuenientes in nomine illius congregamur. Nomen quippe illius est Iesus, id est, Saluator. Et quum de acquisitione perpetue salutis loquuntur conuenimus, constat quod in nomine Iesu congregamur. Nec dubitare fas est de his que ipse amat confertibus eum nobis esse presentem, & vti que tanto verius, quanto ea que ore proferimus perfectiori corde retinemus.
 Circa secundum, quod est discipulis pauentibus pacis annunciatio, subditur:

Et dicit: Pax vobis.

Vbi notandum quia dominus in medio discipulorum stans, *Beda.*
 solito pacis affatu eorum turbam sedat, ostendens quod ipse idem est magister eorum qui hoc verbo gaudebat, quod etiam eos muniuit quum eos ad predicandum misit. Itaque apprensus Saluator discipulis, pacis eis statim gaudia mandauit, id ipsum iam immortalis iterans, quod ad passionem mortis iturus quasi pignus eis speciale salutis ac vite commendauerat, dicens: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Cuius gratiam muneris eo quoque nato visi mox *Ioan. 14.*
 pulcoribus angeli predicabant laudantes Deum, & dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra: pax hominibus bonae voluntatis. Quia nimirum tota redemptoris nostri in *C*
 carne dispensatio, mundi est reconciliatio. Ad hoc quippe *vt pacem*
 incarnatus, ad hoc passus, ad hoc resuscitatus est a mortuis, *Christus*
 vt nos qui peccando in iram Dei incidimus, ipse reconciliando ad Dei pacem reduceret. Vnde & recte a propheta *nunciat.*
Luc. 2.
Isa. 9.
 pater futuri seculi: princeps pacis nominatur.

Facta est autem per ipsum pax Dei ad hominem. Vnde
 Apostolus

D Apostolus de eo scribens his qui ex gentibus crediderant, ait: Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem his qui prope, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrē. Et rursus alibi: Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deum. Sed non est pax impiis dicit Dominus: Verūm, pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.

Pax cum Facta est etiā per ipsum pax hominis ad hominē, nempe
homine. Iudæi ad gentilem & econuerso, sublato quod interstabat pacis impedimēto, id est, lege & circumcissione à patre Iudæorū, & idololatria ex parte gentium. Ad hanc pacē nos

Roma. 12. hortatur Apost. dicens: Si fieri potest quod ex vobis est cū omnib⁹ hominibus pacē habētes. Et bene dicit: Si fieri potest propter illā pacem utiq; pacem malā de qua voce Saluatoris dicitur: Nō veni pacē mittere, sed gladiū. Nō enim

Matt. 10. fas est cū his qui oderūt dominum pacis fœdera iungere. Reprehensus enim fuit in sermone domini rex Iosaphat, alioqui bonus, dicente ad eū viro Dei: Cū his qui oderunt dominū amicitia iungeris, & idcirco iram quidem domini merebaris. Quum autē dicit: Quod ex vobis est, simile est ei quod alibi dicit: Nemini dantes vllam offensionem.

2. Par. 19. Vndē Gregorius Nissenus: pudeat ergo nos pacis munus deferere quā nobis hinc discedens Christus reliquit. Pax, & res & nomen dulce, quam & Dei esse accepimus, iuxta illud: Pax Dei, & eius esse Deum, iuxta illud: Deus pacis, ipsam esse Deum, iuxta illud: Ipse est pax nostra. Pax bonum commendatum ob omnibus, obseruatum autem à paucis. Quę autem est causa? Fortassis ambitio Domini, aut facultatum, aut liuor, aut contemptus, aut aliquid huiusmodi ex his quę Dei ignarus videmus incurrere. Dei quippe præcipua pax quę confœderat omnia, cuius nihil est aded proprium sicut vnitas naturę & pacificus status. Transsumitur verò ab angelis & diuinis potestatibus, quę ad Deum & ad inuicem pacificē se habent. Diffunditur verò per totam creaturam, cuius est decor tranquillitas. In nobis autem manet secundum animam quidem per inuestigationem virtutū & cōmunicationem. Secundū corpus verò, in membrorū & elemētorum cōmensuratione, quorum alterū pulchritudo, alterū sanitas appellatur. Hęc ille. Deniq; per Christum facta est pax homini ad semetipsum, de qua per Psalmistam dicitur: Loquetur dominus pax

**Pax cū se
metipso.**

cem

in plebem suā, & super sanctos suos, & in eos qui cō-
uertuntur. Vide dominicam in albis.

Est proinde & pax quædam hoīs ad seipsum mala: de qua
per Psal. dicitur: Zelavi super iniquos pacē peccatorū vi-
vens quia nō est respectus morti eorū, & firmamentum in
roga eorū (subaudis) non est. In labore hominū non sunt,
cetera quæ sequūtur. Sequitur: Ideo tenuit eos superbia
operē sunt iniquitate & impietate sua. Cogitauerūt & lo-
quuti sunt nequitiā, iniquitatē in excelsis loquuti sunt. Au-
diant qui eiusmodi sunt dominū, dicentem: Et quidem in
die tua, quæ ad pacem tibi. Nunc autem abscondita
sunt ab oculis tuis (subaudis) superuentura tibi mala.

Porro quoad eam pacē quæ nobis à Deo & cōmendatur
præcipitur cum obseruanda proximo, notandū est hanc
tribuari. Primò, propter scelerū licentiam & impunitatem.
Sicut est opus iustitiæ pax, ita & iniustitiæ opus discor-
dia est. Porro quia nō citò profertur cōtra impios senten-
tiam filij hominum absque vllō timore perpetrant mala.

Secundò, perit pax propter diuitiarum abundantiam, iux-
ta quod scriptum est: Facta est rixa inter pastores gregum
Abraham & Loth. Vbi & dicitur: Non poterat eos capere
terra, vt habitarent simul. Erat quippe substantia eorum
multa, & nequibant habitare communiter.

Tertiò, perit pax, & mutuis inimicitiis inter se decertāt
homines, quia bella salutaria nō gerunt aduersum dæmones
& peccata. Compertū est, canes mutuis moribus cōrixan-
tes, viso lupo, ppter cōmunē hostē abigendū, mox inuicē
pericari. Ait quidā: Cū vitis bellū, cū hoībus pacē habeto.

Quartò, perit pax inter homines, quia Dei mandatis ho-
mines nō acquiescūt. Vndē per Prophetā dicitur: Quid est
israel quod in terra inimicorum es? Et subdit: Si in via Dei
ambulasses, habitasses utiq; in pace super terrā. Nam (vt
in loco scriptū est) quum placuerint viæ hominis Deo,
amicos quoq; eius conuertet ad pacem. Et quis aliud ad
pacis impedimēta quàm inimicus pacis diabolus mor-
talis sollicitat? In Apocalypsi scriptum est: Quum aperuis-
set sigillum secundū exiuit equus rufus, & qui sedebat su-
per eum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & inuicē
interficerent homines, & datus est ei gladius magnus.

Ad ad litteram redeundo, pace denunciata quid subiun-
git attende. Sequitur enim:

E
Pax inte-
rior mala

Luc. 19.

Pacis im-
pedimēta

Isa. 32.
Eccle. 8.

Gene. 13.

F
Baruc. 3.

Prou. 16.
Pacis ad-
uersarius
diabolus.
Apoca. 6.

¶ Ego

Ego sum, nolite timere.

¶ Quasi dicat: Ego sum, qui sum. Ego sum & *ω*, principii & finis. Ego sum dominus, & absq; me non est Saluator. *Exod. 3.* Nō suspicemini q; alius ego sum qui resurrexit à mortuis, *Apo. 21.* ab eo qui pependit in ligno crucis. Nolite ergo timere de eius p̄sentia quē debetis amare. Nam timor non est in *Esā. 43.* charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. *1. Ioan. 4*

¶ Sanè per hoc quod discipulis apparēs & pacem nunciat & securos esse iubens tollit eis timorem, satis probat se non esse (quod quidam eorum suspicabantur) spiritum malum, à quo prorsus vtrunq; horū alienum est. Ipsius enim est & pacem perturbare, & pauentes amplius terrere.

¶ Circa tertium, quod est pauentium terror & conturbatio subditur:

Conturbati vero & conterriti, existimabant se spiritum videre.

G ¶ Quod heretici Manichæi de Christo suspicantur & credunt q; non erat vera caro sed spiritus erat, hæc prima cogitatio surrexit in cordibus Apostolorum. Et illi quidem Manichæi nunquam credunt Iesum fuisse hominem. Discipuli autem nouerant eum verum fuisse hominem, eum quo tanto tempore fuerant conuersati. Sed postea quam mortuus est quod nouerant, quando crederent hoc potuisse resuscitari quod potuit mori? Apparuit ergo oculis eorū talis, qualem illum nouerant. Et non credentes tertio die potuisse veram carnem de sepulchro resurgere, putauerunt se spiritum videre. Agnoscebant quidem Dominum esse qui apparuit, sed putabant quia non in corporis eum sed in spiritus sui substantia viderent, id est, quia non corpus suum quod defunctum & sepultum nouerant, iam resuscitatum à morte cōspicerent, sed spiritum potius quem relicto corpore in manus patris cōmendauerat, præ oculis haberent. Simile aliquid apud Matthæum legitur, ubi *Matt. 14* scriptū est: Videtes eum discipuli super mare ambulantes, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est. Similis error *A. C. 12.* inuasit illos de quibus in Actibus scriptū est: Currēs puella nunciauit Petrum stare ad ostium. At illi dixerunt ad illam: Insanis. At illa magis affirmabat sic se habere. Illi autem dixerunt: Angelus eius est.

¶ Credebant sanè Petrus & Ioannes & discipuli illi quibus

Beda.
Manichæorum
error.

eum spiritum esse
putabāt.

has apparu
plene cred
adducti v
no potuisse
bros? Prim
ons parti
tione cre
corpore ve

Et dixit

dom in cor
¶ Hic descr
is argume
nlyderan
redargu
tēto, ibi:
am que pr
¶ Circa prin
stendunt i
¶ Quia per
discipulorū
cognosce
cogitatio
restra. C
remitio: a
non esset ve
ret: Quod
tantau. In
cogitatio
ipso cord
dentissim
eodem qu
sepulchro
quid eoru
¶ Et bene ai
tam cogita
ta, quomoc
tū: Om
tūsum ef
tates erron

hos apparuerat euntibus in Emmaus, verum alij nondum plene credebant. Vnde Ambrosius.

Ad ductivirtutū exemplis credimus Petrum & Ioannem non potuisse dubitare. Quis ergo Lucas inducit fuisse turbatos? Primò omnium, qua paucorum opinionē sententia maioris partis includit. Deinde, quia etsi Petrus de resurrectione crediderat, turbari tamen potuit quod se dominus cum corpore vestibulis obseratis improvisus infunderet.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?

Hic describit Evangelista quemadmodum suę resurrectionis argumenta Christus discipulis ostendit. Vbi tria sunt consideranda. Primum est opinionis erroneę in discipulis defectus. Secundum est, veritatis suę carnis multiplex confessio, ibi: Videte manus meas & pedes. Tertium est, eorum quę prædixerat rememoratio, ibi: Et dixit ad eos.

¶ Circa primum dicitur: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?

Quia per verbū pacis non est sedata turbatio in animo discipulorum, aliundē indicat eis se filium Dei esse qui mentem cognoscebat arcana, nempe turbationē cordis eorum & cogitationes. Et cogitationes, inquit, ascendunt in corda vestra. Quales utique cogitationes, nisi falsę, morbidae, & invidiosę? Perdideret enim Christus fructū passionis, si non esset veritas resurrectionis. Ac si bonus Agricola diceret: Quod ibi plantavi, inueniam. Non spinas quas non plantavi. In cor vestrum descendat fides, quia desuper est.

Cogitationes autem istę non desuper descendent, sed proprio corde sicut herba mala ascendent. Hoc igitur evidentissimum fuit signum quod non est alius qui videtur, sed eundem quem viderant in ligno mortuum & postmodum in sepulchro, quem (sicut nec ante mortem) non latebat quid eorum quę erant in homine.

¶ Bene ait: Et cogitationes ascendunt in corda vestra. Cogitationes bonę à Deo descendunt in corda non modo sicut quomodo semen bonum desuper in terrā iacitur, iuxta illud: Omne datum optimum & omne donum perfectum est descendens à patre luminum. Porro cogitationes erroneę & falsę, non desuper iaciuntur, nec descen-

Matt. 15. dunt in cor, sed à corde ascendunt velut herbae malae. Hinc Saluator in Euangelio loquitur, dicens: De corde exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae. Haec sunt quae coinquinant hominem,

¶ Circa secundum, quod est veritatis suae carnis multiplex ostensio, sequitur:

Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum.

I ¶ Inter ceteras Christianae fidei veritates maioris difficultatis ad credendum fuit veritas resurrectionis ex mortuis, non modò apud gentiles & mundi huius sapientes philosophos, verum etiam apud Apostolos & discipulos Christi. De Apostolis hoc patet in Euangelio. De philosophis autem in Actibus apostolorum legitur, quia quum apostolus Paulus Athenis predicaret Iesum philosophis & resurrectione ex mortuis annuntiaret, quem eatenus toleranter audierant, iam deridebant, dicentes: Quid vult seminiverbium hic dicere? Alij dixerunt: Novorum demoniorum videtur annunciator esse: pro indubitato retinentes, quia privatione non est regressus ad habitum. Verbi gratia: A caecitate ad visum, à morte ad vitam. Unde Propheta de Christi passione & resurrectione loquens: Aspiciete, inquit, in gentibus & videte, & admiramini & obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris quod nemo credet cum narrabitur. Et undè rursus per Esaiam: Domine, quis credidit auditui nostro? Propter hoc resurrectionis suae veritatem Christus multis argumentis Apostolis suis voluit declarare, videlicet:

Actu. 17.
Resurre-
ctio mor-
tuorum dif-
ficile cre-
dita.

Abacuc

Esai. 52.

Ostendit se
ipsum esse
per visum.
Beda.
Cur ostendit man-
us & pedes.
Ioan. 20.

¶ Primò per visum, quum dicit: Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Non sine causa manus suas & pedes potius quàm vultum quem aequè nouerant, eos videre ac recognoscere iubet, sed ut visis clauorum signis quibus cruci fuerat affixus, non solum corpus esse quod videbant, sed ut ipsum domini sui corpus esse quod crucifixum nouerant intelligere possent. Unde & Ioannes dominicae apparitionis memoriam faciens, laetus quoque suum quod à milite fuerat vulneratum discipulis eum ostendisse perhibet, ut quò plura notissima passionis, ac susceptae mortis indicia cognoscerent, eò certiori patratæ iam resurrectionis ac deuitæ mortis fide gauderent.

¶ Vbi

Vbi admir
ping; legi
ctas, & vic
sui ex non
quam, esse
nois Dei
si iuuen
um, Dixit i
Ged & arca
quinetiam c
mento cont
uionem mo
Saluator au
ales quod vi
bus arca v
nam vt vid
meas &
ce, quia e
pulochio. H
tes terre sa
uit: Parau
mum gen
Secundo, v
declarauit
Palpate e
det, sicut
tag; resur
metis per
gandâ de c
rextione t
non preber
taria resurr
tati corp
biguitate
tis ossa car
nois, quæ
Negaquã
erit imp
turu esse d
gialis pot

Ubi admirandā est attendere filij Dei dignationem, ma-
 gnamq; legis & gratiæ distantia. Nam quū Moyſes Deo di-
 ctus, & vique ad eū dilectus vt ei diceret Deus: Te ipsum
 non ex nomine, inuenisti enim gratiā coram me, quum,
 equam, esset in mōte cum domino fruens colle quo ser-
 uauit Dei diebus quadraginta, & supplex rogaret, & dice-
 ret: Si inueni gratiā in conspectu tuo, ostende mihi faciem
 tuam, Dixit illi dominus: Nō videbit me homo & uiuet.
 Sed & arcam testamenti vetitum fuit non solū Leuitis
 minetram ordinis non supremi sacerdotibus sine vela-
 mento contueri, ne morentur, quomodo propter ipsius
 rationem mortui sunt viri ciuitatis Bethsames.

Exod. 33.

1. Reg. 6.

Saluator autē corpus suum iam glorificatum & immor-
 tale (quod utique veri & perpetui fœderis Dei cum homi-
 nibus arca uiua fuit) non modò videri non prohibuit, sed
 ut viderent discipulis præcepit dicens: Videte ma-
 nus meas & pedes meos, & in his clauorum loca recogno-
 scite, quia ego ipse sum qui pependit in ligno & iacuit in
 calchro. Hinc per Psalmistam dicitur: Viderunt omnes
 terre salutare Dei nostri. Et alibi per Prophetam di-
 citur: Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis
 omnium gentium.

Esa. 52.

Secundo, veritatem suæ resurrectionis Christus discipu-
 lis declarauit per tactum, dicens:

Declarat
per tactū

*Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non
 habet, sicut me videtis habere.*

Itaque resurrectionē suā certā & verā multis & variis do-
 ctis persuadere dignat⁹ est ppter edificandā fidem, &
 erigendā de corde perfidiā, omnēq; dubitationē de sua re-
 surrectione tollendā. Parū fuit oculis se videndū prabere,
 sed præberet etiam manibus contrectandum, quatenus
 resurrectionis prædicaturi modum quoq; nobis re-
 ferenti corporis nostri qualis esset sperādas, absq; omni
 ambiguitate mōstrare valerent. Dum enim palpāda disci-
 pulis ossa carnēq; præmōstrat, apertē statū veræ resurre-
 ctionis, quæ & in se facta & in nobis est futura, significat.
 Nequaquā ergo in illa resurrectionis gloria corpus no-
 strum erit impalpabile, ventis aëréq; subtilius, sicut heretici
 opinati esse delirauerūt: sed subtile quidē erit per effectum
 diuinae potentia, & palpabile per veritatem naturæ.

L.
Beda,

Distantia legis & gratia. ¶ Caterum, attendendum est etiam hoc loco quanta sit distantia legis & gratia, & quàm sit amplectèda benignitas dignationis Christi. Quum enim legis tempore nefarium esset passim aut temerè arcam testamenti cōtingere, vnde & Oza sacerdos hanc contingens mox in eodem loco percussus à domino mortuus est, tempore reuelata gratiæ Christus verus Deus à morte iam rediuiuus, sanctum corpus suum (vtique vt iam dictum est arcam vitæ) non modò discipulorum manibus tangi & contrectari permisit, sed etiam præcepit, ostendens planè, quia potius amari vult quàm timeri.

2 Reg. 6.

¶ Vnde cum magna fiducia beatus Ioannes apostolus auditores suos ad sequenda fidei & veritatis quam didicerat arcana prouocat, dicens: Quod fuit ab initio, quod audimus & vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manû nostrâ contrectauerunt de verbo vitæ.

1. Ioan. 1.

Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes.

Cyrillus.

M
Theoph.

¶ Cōprobans dominus deuictam in se esse mortem, & huiusmodi naturam iam in ipso corruptione exuisse, primò ostendit eis manus & pedes & foramina clauorû Ac si dicat: Vos me spiritû esse putatis, id est, phantasma, sicut interdum circa sepulchra videri putantur. Sed scitote quod spiritus illi neque carnem habent neque ossa. Ego autem carnem & ossa habeo. Quod ideo dixit, vt specimen nobis futuræ resurrectionis ostenderet. Nâ quod palpatur corpus est. In corpore autem resurgemus. Sed illud corpus subtilius, hoc crassius, vt pote adhuc terrene labis qualitate concretum.

Ambro.

Non ergo per incorpoream naturâ, sed per resurrectionis corporeæ qualitatem clausa penetravit, vt iam dictum est. ¶ Ostendit, inquit, eis manus & pedes. Nec solum manus & pedes quibus indita clauorum claruere vestigia, sed etiâ latus quod lancea foratum fuerat ostendit. Vt videlicet ostensa vulnerum suorum cicatrice, dubietatis atque infidelitatis eorum vulnus sanaret. Quis autem in suo iam immortali corpore dominus passionis suæ signa seruauit, habes dominica in albis.

¶ Tertio, veritatem resurrectionis suæ carnis ostendere dignatus est per esse etiam comestionis. Vnde subditur:

Adhuc illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur?

cetur? At illi obtulerunt partem piscis asii & fauam mellis. Et cum manducaisset coram eis, sumens reliquias dedit eis.

Quia enim infirma adhuc discipulorum præcordia nouitatem tantæ potentia capere nequeunt, magisque mirari præ gaudio quod videbant quam credere quod docebantur accipiunt. Dominus ne quid in eorum mente resideret ambigui, sumptis etiam epulis comedit coram eis, ut si visibus oculorum si suorum tactibus non crederent digito, tum, vel alimentorum carnalium perceptione carnem esse quæ apparebat cognoscerent.

Comedit sanè, nõ quidẽ nisi post resurrectionẽ cibo indigens, nec quasi eos in resurrectione quã expectamus cibis regere significas, sed vt eo modo naturã corporis resurgẽtis adstrueret, ne illud nõ corpus sed spiritum esse arbitrarentur, & sibi non solidè sed imaginaliter apparere.

Nullus ergo putet vel Christi domini nostri corpus exortatũ à mortuis sustetaculo eguisse ciborũ, vel nostra post resurrectionem corpora in vita & cõuersatione spiritali cibus reficienda carnalibus, vbi diuinę cõtemplatio claritas refurire & sitire, sicut & bonorũ cæterorum penuriã parum nullatenus finit. Vndè & ardentissimus vitæ illius amator sua certus deuotione Deo spẽ lætabũdus loquitur: Ego cum iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor dum manestabitur gloria tua. Et Philippus eodem feruens amore,

Complaciter itaque & piè sciendum est, resuscitatũ à morte & immortale iam factum corpus dominicum, nullam quidẽ necessitatem, attamen facultatem habuisse vescendi, vbi oportunitas probãdæ substantiæ naturalis exhibeat cibis esse refectũ, qui nimirũ cibi nullũ sanguini aduentum vt mortalium corporibus solent illi præbuerint. Quomodo lo in ignem missa aqua, ita mox comesti, spiritali eius sint virtute assumpti. Sed & nostra post resurrectionem corpora cœlesti gratia prædita credendum est ad quicquid voluerint agendum esse potentia ad peruenientiam vbicunque voluerint esse promptissima. Sed quia nec nulla manducandi necessitas vel vtilitas aliunde potest incurrere, nullatenus immortale seculum cibis mortalibus esse fruiturũ, vbi filiis resurrectionis nõ aliud esca

*Beda.**cur comedit.**A Post resurrectionem non esse opus esca.**ioan. 14.**Quomodo christus comedit.*

FERIA TERTIA

& potus q̄ vita & salus, gaudiū, pax, & omnia bona, quàm illud nimirum sit quod in Psalmo canitur: Beati qui habitant in domo tua domine, in seculorum laudabunt te.

O Sanè compertum est magos apparēter mortuos suscitasse, id est, effecisse dæmonū occulta virtute vt ambularent, loquerētur, aliōsque motus corporales ostenderent; verū vt comederent nunquam facere potuisse. Manducavit autem Christus ante passionem pro supplenda nature mortalitatis inopia māducauit post resurrectionem pro manifestanda potentia, nec tamen (vt iam dictum est) in substantiam vescentis esca transiit, sed virtute gloriæ corporis consumpta est. Nam sicut aliter consumit aquam terra sitiens, & solis radius calens & lucēs, & ita acceptum cibum mortale corpus indigens, & immortale corpus iam cibo non egens: sequitur:

¶ At illi obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis. Quid signare credimus piscem assum, nisi ipsum mediatorem Dei & hominum, hominem passum? Ipse enim latere dignat^r in aquis generis humani, capi voluit laqueo mortis nostræ, & quasi tribulatione assatus est tempore passionis suæ. Sed qui piscis assus fieri dignatus est in passione fauus mellis nobis extitit in resurrectione. Vel certè qui in pisce assus figurari voluit tribulationem passionis suæ in fauo mellis vtranque naturam exprimere voluit personæ suæ. Fauus quippe mellis in cera est, mel verò in cera est diuinitas in humanitate.

¶ Offeramus itaq; & ipsi Christo pro nobis passo nosmet ipsos carnalis vitæ mortificationē quasi piscē assū. Siquidē aquis Aegypti (id est, vanis mūdi huius gaudiis) in sanguinem vertis (id est, animarū saluti mortiferis) omnes pisces Aegypti mortui sūt: offeram^r ei & fauū mellis, hoc est mel incera (id est, piæ deuotionis dulcedinem) in opere bono

¶ Quid autem sibi vult quod quū manducasset coram eis, sumēs reliquias dedit eis, nepe vt ipsi inde reficerentur, nisi quia & que ei offerim^r dignāter acceptat, & qui à nobis refici non eget (quippe qui honorum nostrorum non indiget) obsequia nostra (tametsi debita) etiam longè suprā q̄ meremur remunerans nobis vt inde in aeterna beatitudine reficiamur clementer quodammodo redonat?

¶ Circa tertium, quod est, eorum quæ antè discipulis prædixerat remuneratio, subditur:

*Not ipsi
vt p̄ se
assus.
Exod. 3.*

Reda.

*Christus
piscis assus*

Et di.

*Et dixit
ad vos,
est imple
prophet*

*Sub mem
in ipso con
luit: Quasi
te contigit
non sem
quibus fuer
re ascendim
re scripta
sunt gentib
& post q
surget.*

*Quam ad h
morralli i
re suscita
re. Et cum
inginta die
re, sed t
re.*

*Quoniam
re Moysi V
um legem
re secundum
re mortuu
re mentur
re gainem i
re iuuenta.*

*receden
re prophet
requitur: De
re pati Ch
re & resur
re possit d
re domine
re psalleba
re omnem it
re iouis, va*

Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ loquutus sum ad vos, quum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me.

Quæ memoriam eius reuocat quæadmodum vniuersa quæ ipso contigerat prius quàm euenirent nõ incertus prædicat: Quasi dicat: Hæc quæ siue de moriente siue resurgente contigerunt, sunt illa ipsa quæ vobis ante mortem memoravi non semel prædixi. Hæc sunt verba, inquit, id est, res de quibus fuerunt verba quæ loquutus sum ad vos, dicens: Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & post quàm flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget.

Quum adhuc, inquit, essem vobiscum (subaudis) in carne mortali in qua estis & vos. Tunc enim in eadem carne resuscitatus erat, sed cum illis in eadem mortalitate nõ erat. Et cum illis quidem postea quàm resurrexit fuit quædam viginti diebus (vt legitur) exhibitione corporalis presentie, sed non cum illis fuit consortio fragilitatis humane.

Quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi. Vndè licet cæca mente & malignanter, secundum legem tamen dixerant Pilato: Nos legem habemus, secundum legem debet mori. Ideo autem secundum legem mortuus est, vt nouæ legis in suo sanguine conderet testamentum. Vndè per Apostolum dicitur: Per proprium sanguinem introiit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Et ideo noui testamenti mediator est, morte præcedente.

Et prophetis, inquit, Nam (vt in Actibus beatus Petrus loquitur:) Deus qui prænuñciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic. Et psalmi. Vbi passio eius & resurrectio manifestissimè prædicatur, vt ipse merito possit dicere: Ego sum psalmus eorum. Redde eis vt dominum domine iuxta opera manuum suarum. Et alibi: Et in psalms allebant qui bibebant vinum.

Omniem itaque magister veritatis tollit scrupulum simulationis, vndique iura veritatis confirmat, videtur, pal-

P
Christi
mysteria
vt prænuñ-
ciata.
Lucæ. 18.

10an. 19.
Heb. 9.

Actu. 3

Thre. 3.

Beda.

patitur, conuescitur, sermo exhortationis per singula præbetur. Tum ne solum eius testimonium minus sufficere putaretur, vel ne in aliquo sensus humanos ludificasse videretur, misit manus ad scripturas. Quasi dicat: Quod videris, antè prouisum est, quod cernitis, antè prædictum est: Audi filia & vide. Audi prædicta. Vide completa.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.

¶ Hic ostenditur, quemadmodum scripturarum intelligentiam discipulis reuelauit. Vbi tria notantur. Primum est, discipulorum intrinsecus illuminatio. Secundum est discipulorum extrinsecus verbalis informatio. Ibi: Et dixit eis Tertium est Euangelicæ gratiæ mandata prædicatio, ibi: Et prædicari in nomine eius.

Beda. ¶ Circa primum dicitur: Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Ne forsan enim ad intelligenda horum (nimirum legis, prophetarum, atque psalmodum) mystica dicta tardi remanerent, sensum quoq; illis quo hæc intelligere possent aperuit. Quo facto, nihil vltra præscripta dubietatis in eorum mente reuidere permisit. Sanè quum eis antè passionem suam ea quæ sibi erant superuentura prædiceret (vti Lucas testatur) ipsi nihil horum intellexerunt.

Lucæ. 18. Quin Ioannes ipse ad monumentum veniens, quum corpus Iesu non inuenisset, sublatum credidit quo errore etiam cæterorum corda discipulorum perstringebantur. Cuius erroris causam mox assignat, dicens: Nondum enim sciebant scripturas. Aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas, ne quis præsumat per se metipsum se posse scripturas intelligere. Qui enim hoc præsumperunt, in errores lapsi hærefes condiderunt.

Diuinitas Christi argumentum ¶ Porro dominus immortalis iam carnem suam discipulorum & manibus cõrectandam & videndam oculis exhibendo, verum utiq; se præbat hominẽ, verum vt scripturas possint intelligere homines, eatenus sine literis, intellectum eis aperiendo, Deum se esse manifestat. Quis enim hoc sine mora posset efficere nisi Deus? Vndè scriptum est: Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Vndè & per beatum Ioannem dicitur: Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius.

Iob. 33.

1. Ioan. 5.

Sanè

Sanè inter
interest, qu
alterius mo
illuminare
præbere, &
ere noui
sine pari. V
Christus.

¶ Circa secun
verba infor

Et dixit
tebat
tertia.

¶ Ideo aute
is, quia in
no veniret,
sunt diuin
una virtute
rum subeu
de re surre
(Quo enim
participand
quàm qu
immortalit
¶ Quo effice
que pro
sunt pro c
morum, & i
¶ Qua ratio
ent, quàm
eius corpori
ita, citius
itaque p

¶ Quo effice
que pro
sunt pro c
morum, & i

¶ Qua ratio
ent, quàm
eius corpori
ita, citius

¶ Ita que p

¶ Ita que p

¶ Circa terti
pocibus præ

Et prædi
nem pec

*Christus
ut docet.*

Sane inter Christum doctorem, & docetes homines hoc inest, quod homo doctrine verba proferens exteriorem aliter mouet auditum, interius autem intellectum eius illuminare non potest. Christus vero & ingenium docile praeberet, & sine temporis interuallo sapientiae lucem infundere nouit, utique magister singularis & vnicus & doctor sine pari. Vnde in Euangelio dicit. Magister vester vnus est Christus.

Mat. 23.

Circa secundum, quod est, discipulorum extrinsecus per verba informatio subditur in litera:

Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis die tertia.

Video autem Christum pati & surgere oportebat a mortuis, quia impossibile erat mundum saluari nisi Deus homo veniret, qui in hominis habitu appareret, & homines quaeserent diuina instrueret, & mortem ut homo suscipiens diuina virtute reuiuisceret, sicque in se credentes, & ad contemptum subeundae mortis accenderet, & certitudine sperantiae resurrectionis ac vitae perpetuae animaret.

*R
Beda.**cur oportebat pati
& resurgere
Christum.*

Quo enim apertius exemplo poterant homines ad fidem participandae gloriae & promerendae vitae immortalis eripi, quam quum ipsum Deum cognoscerent humanitatis mortalitatis suae factum fuisse participem?

Quo efficacius ordine ad toleranda pro salute aduersa, & praeuocarentur, quam quum authorem suum didicerent pro eorum salute innumera ab impiis genera proferentem, & ipsam mortis subiisse sententiam.

Qua ratione congruentius spem resurrectionis acciperent, quam quum eius se sacramentis ablutos & sanctificatos suis corpori adunatos meminissent, qui pro ipsis morte guttata, citius exemplum resurgendi a morte praeberet? Oportebat itaque pati Christum & resurgere a mortuis die tertia.

Circa tertium, quod est, Euangelicae gratiae mandata in scripturis praedicatio, subditur:

Et praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.

Post

S Post commendatam sui corporis veritatem, commendat Ecclesie unitatem, quæ nimirum per hoc est effecta, quia tam à Iudæis quàm à gentibus illud receptum est. Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Non enim dicebat amplius bipartitum esse genus humanum (cuius naturam, iam Deus assumpserat) in Iudæos & gentiles. Et ideo vt omnes in vnum veniret, mandauit incipere sermonem ab Ierusalem, & ad gentes terminari, mox subiungens: incipientibus ab Ierofolymis.

Peda, Et merito sic oportebat vt ministri sermonis qui in nomine Christi crucifixi & resuscitati à mortuis penitentiam erant & remissionem peccatorum in omnes gentes prædicaturi ab Ierofolymis inciperent, non solum quia credita sunt illis eloquia Dei, & quia eorum est adoptio filiorum, & gloria, & testamentum & legislatio, & obsequium, & promissa, & quia eorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula, verum etiam vt geres quæ variis erant erroribus & facinorosis implicata, hoc maxime diuinæ pietatis ad spem veniæ prouocaret, quod eis quoque qui filium Dei crucifixerunt non tantum veniam reatus à patre, sed & vitæ æternæ gaudium viderent esse donatum.

Chryf. Insuper ne dicerent aliqui, quod omisissis notis, iuerunt Apostoli se ostentaturi ad extraneos, ideo primum apud ipsos occisores pandunt resurrectionis signa in eadem ciuitate in qua prorupit temerarius ausus: Vbi enim crucifixores credere videntur, resurrectio plurimum demonstratur.

T Oportebat, inquit, prædicari in nomine eius penitentiam. Et attende tam Ioannis quàm Christi prædicationem hoc vnam atque idem exordium habuisse: Penitentiam agite appropinquabit enim regnum cælorum. Erubescant ergo & confundantur hæretici penitentiam peccatorum irritantes. Et bene præmittit penitentiam peccatorum remissioni, dicente Christo in Euangelio: Dico vobis, quia nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Non enim nisi penitentiam agentibus dimittuntur peccata. Et bene dicit, quod in Christi nomine prædicari oportebat penitentiam & remissionem peccatorum, quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum,

*Ecclesiæ
vnt ut per
quid.
Ephes. 4.
Theop.*

*Peda,
car inci
picndam
ab Ierofolymis.
Rom. 9.*

Chryf.

*Matt. 3.
G. 4.
Hæretic
hinc eru
bescat.
Luca. 13.*

1. Ioan. 12

rum, sed & p
in Actibus A
monium
per nomen
nomen sub
salo fieri.
Iste enim
cans immo
in lege mar
no peccator
Paulus in A
te vobis viri
his remissio
non potuisti
codit iustifi
Nec in vn
tate terra r
muerum i
Christum fil
Iulianus ad
tendas. E
que ad ext

M A
di
dit, Prim
Secun
Manifest
fectionis e
Circa prim
nisti locus
tus, ibi: Ma
ntium ce
Circa prim
ualatione

FERIA QVARTA

IOAN. 3.

les sunt ipsi deprehendantur latere potius volūt quā manifestari, sed non sic hi qui faciunt veritatem. Veritas enim non quærit angulum. Vndè Saluator in Euangelio: Omnis inquit, qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguatur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem, vt manifestentur opera eius quia in Deo sunt facta. Quoniam ergo Christi ex mortuis resurrectio vera fuit & sine vlla simulatione aut falsitate, non semel,

Cur non assidue cū discipulis.

sed multoties, non vno in argumento, sed in multis suis se discipulis manifestare dignatus est, non tamen assidue cū illis visibiliter cōuersando, ne putarent eum ad talem vitam qualem antè egerat resurrectisse, sed ad spiritualem & diuinam. Manifestauit autem se & locis vbi, & temporib⁹

Quib⁹ ap paruit.

IOAN. 14.

quando placuit discipulis apparere. Ipsi enim digni erant quibus ipse appareret, nempe qui & amabāt & desyderabāt, prædixerat enim: qui diligit me, diligitur à patre meo & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Porro laudis ipsum odientibus non legitur post resurrectionem suam apparuisse.

Chryf.

¶ Et bene dicitur quod manifestauit se, quia corpus Christi, quum iam esset incorruptibile & gloriosum, non videbatur indifferenter à quibuscunque, sed ab illis tantū quibus se voluit manifestare. Et quia potestas manifestationis erat in ipso, ideo, non dicit Euangelista quòd manifestatus est quasi ab alio, sed quia seipsum manifestauerit.

Cur ad mare Tiberiadis.

¶ Ad mare Tiberiadis, hoc est, mare Galilææ. Conueniens erat locus iste huic manifestationi. Nā quia rem quālibet meliùs in eo loco cognoscimus vbi eam videre consueuimus, Christus autem ante suam passionem sæpe versatus fuerat vā cum discipulis circa mare hoc, vndè etiam vel præcipuos Apostolorum piscaturæ deditos vocauerat, ideo vt pristinæ conuersationis ipsius non immemores certius ipsum ac familiarius cognoscerent, tali loco se illis voluit manifestare.

¶ Circa secundum quod est, discipulorum quibus apparuit actus, subditur:

Manifestauit autem sic: Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & filii Zebedæi, & alii ex discipulis eius duo.

Name:

Numerum
gnauit, qu
quod eis L
nem sic, vid
simul, nepe
rate con
dixerat,
omnibus in
ceteris dub
miserat, qu
Didymus e
la videlicet
persecutari
Apostoli
fuerit prim
mitate n
dicens: Ra
inquit, à Ca
tererat, Er
nes. Reliqu
iis fuit v
ponit: Ecce
tes in vnus

Dicit ei
mus & no
Piscatum
rot. Neq; e
spiritus dat
ecoles in p
de cōcessa,
omnifsim
at; & seque
Postea ve
tate, spiritu
tes dicunt: N
ministrar
testimoni
orationi
Proinde
Christo red

Numerum hunc discipulorum sanctus Euangelista designat, quia tantus est ut rectè manifestatio dici possit, quod eis Dominus apparuit. Ait itaque: Manifestauit autem sic, videlicet, sicut in subsequentibus narratur. Erant simul, nepe sicut loco vno, ita & in vna sancti spiritus charitate coniuncti: Simon Petrus, qui plus ceteris Christum dilexerat, & Thomas qui dicitur Didymus, quem ceteris omnibus in fide resurrectionis Christi confirmandis, plus ceteris dubitare & rei veritatē perscrutari Dominus permisit, quod etiam cognomen eius designare videtur. Didymus enim interpretatur geminus. Nā geminato sensu videlicet & tactu veritatem resurrectionis in Christo perscrutari voluit. Et Nathanaël, qui fuit germanus Philippo Apostoli in lege & prophetis eruditus, quem Philippus prius adduxerat ad Iesum, qui mox tam Christi similitudinem quàm ipsius regiam confessus est dignitatem, dicens: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. Qui erat, IOAN. I. inquit, à Cana Galilææ, vbi dominus aquas in vinum converterat, Et filij Zebedæi, scilicet, Iacobus maior, & Ioannes. Reliquorum duorum discipulorum nomina tacentur. Solus fuit vnus spiritus & vna fides. De quibus verè dici potuit: Ecce quàm bonum & quàm iocūdum habitare fratres in vnum.

Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venite & nos tecum.

Piscatum ibant discipuli, quia non habebant quod facerent. Neque enim Christus semper cū eis cōuersabatur, neque minister datus erat (scilicet quomodo postmodū in die Pentecostes in plenitudine donorum) neque doctrina perfecte cōcessa, ideo suā artem sectabatur Petrus enim quum studiosissimus esset nō ferebat ocium, sed in opere feruebat, & sequebantur ceteri, eo quod coniuncti essent.

Postea verò quàm dona sancti spiritus perfecte receperant, spiritualibus exinde operibus prorsus sese mancipantes dicunt: Non est æquum nos derelinquere verbum dei, & ministrare mensis. Considerate ergo viros ex vobis boni testimonij quos constituamus super hoc opus. Nos vobis laborationi & ministerio verbi instantes erimus.

Proinde quod iam ad piscaturam discipuli absente Christo redeunt, quod minimè fecerant ipso præsentem, hoc

*Theoph.
cur ibat
piscatum*

Actu. 6.

Luc. 22. hoc utique in causa fuit, videlicet, quia quandiu cum illis ipse esset, nihil illis defuit. Quoniam autem ablato ab eis Christo cœperant egere, necessitatibus suis consulentes, ad consuetam vndè prius vixerant attem se denuo transfulerunt.

August. ¶ Quod si fecissent discipuli defuncto Iesu prius quàm resurrexit à mortuis, putaremus eos illa quę animos eorum occupauerat desperatione fecisse. Nunc verò post eum sibi de sepulchro redditum viuum, post inspecta vulnerum loca, post acceptum eius insufflatione spiritum sanctum (videlicet in remissionem peccatorum) subito fiunt, sicut fuerant, non hominum, sed piscium piscatores.

¶ Sed nōne hoc fuit aspicere retrò post missam manum ad aratrum?

C ¶ Respondendum est non eos fuisse prohibitos ex arte sua licita victum necessarium querere, apostolatus sui integritate seruata, si quando vndè viuerent aliud non haberent. Alioqui videbitur Paulus Apostolus qui & ipsa manum suam ad aratrum miserat retrò aspexisse qui labore

Rupertus

August.

CUR PAULI MANIBUS OPERATUR.

manuum suarum victitans, quum concessa posset uti potestate (maximè apud Corinthios) de Euangelio nolebat viuere, ne videlicet, gētes à Christi nomine prius alienas doctrina eius quasi venalis offenderet. Quin magis ipse aliter educatus, artem quam non nouerat, didicit. Ut dum suis manibus transigitur doctor, nullus grauaretur auditor, quantò magis beatus Petrus qui iam piscator fuerat quod nouerat fecit, si ad præsens illud tempus, aliud vndè viueret non inuenit?

Matt. 6. ¶ Quod si dicat quispiam: Et quur non inuenit quum dominus promiserit, dicens: Quærite primùm regnum Dei & iustitiam eius & hæc omnia adiicientur vobis? Vei que dominus quod pmissit impleuit, nam quis àlius pisces qui caperentur apposuit?

¶ Qui non ob aliud credendus est eis ingressisse penuriam quæ compellerentur ire piscatum, nisi dispositum volens exhibere miraculum?

Luc. 9. ¶ Non ergo Petrum ceteròsque cum eo discipulos illa in Euangelio sententia cōprehendit qua dicitur: Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retrò aptus est regnò Dei. Quia negotium quod ante conuersionem sine

Grego.

peccato extitit, hoc post conuersionem repetere culpa non

non fuit. Na
narium sci
nem Petrus
non refedit.
ere, aliud r
aque nego
nemus poss
necesse est v

(Circu terti
inutilis,

Et exier

ubil prend

facta est d

piro venie

ita diuinun

ore ceperu

gens captio

orro, myl

acceptab

urgente à

lex & p

mandi. Reti

es ad littus

ante euerun

um non edu

¶

Mane au

ouerunt e

Hic descri

per ordi

Primum e

um est, app

dit eis: M

gnitio, ibi

etri ad Chr

et, ceteroru

rem discip

non fuit. Nam piscatorem Petrum, Matthæum verò teloneum scimus. Et post conuersationē suam ad piscationem Petrus rediit, Matthæus verò ad telonei negotiū non rediit. Quia aliud est victum per piscationem quaerere, aliud telonei lucris pecunias augere. Sunt ergo plerumque negocia quæ sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum implicat ad hæc necesse est vt post conuersionem animus non recurrat.

*Inter op^o
& opus
distingue
dum.*

¶ Circa tertium, quod est discipulorum piscantium conatus inutilis, subditur:

Et exierunt, & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt.

Hæc est discipulis piscationis magna difficultas, vt matutino veniente fieret admirationis magna sublimitas. Et quia diuinum eis deerat auxilium, nihil piscium casto labore ceperunt. Quod Deo dispensante factum est, vt sepe captio verè miraculosa esse monstraretur.

*D
cur nihil
piscium
ceperunt.
Grego.
Mysticè.*

Porro, mysticè, antè quàm mane veniret, ante hoc tempus acceptabile diemque salutis, qui sole iustitiæ Christo surgente à mortuis ortus est nobis, prædicauerunt quidam lex & prophetæ, sed non effecerunt salutem totius mundi. Retia quidem miserunt, sed non etiam captos pisces ad littus adduxerunt, quia sacram quidem scripturam contulerunt, sed per eas homines ad æternæ salutis portum non eduxerunt.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Mane autem facta stetit Iesus in littore, non tamen conauerunt discipuli quia Iesus est.

Hic describitur ipsa Christi in littore stantis apparitio. Quæ per ordinem quinque notantur.

Primum est, Christi incogniti benigna apparitio. Secundum est, apparentis, & incogniti perutilis instructio, ibi: Mittere eis: Mittere tertium est, ex euentu mirando Christi recognitio, ibi: Dicit ergo discipulis. Quattum est, Simonis ad Christum properatio, ibi: Simon Petrus. Quintum est, cæterorum discipulorum ad Iesum nauigatio, ibi: Alij autem discipuli.

¶ Circa

E *mysticè.* ¶ Circa primum dicitur: Mane autem factò stetit Iesus in littore. *Mysticè,* Venit mane, & dominus Iesus stetit in littore, quia post resurrectionē suam iam immortalis & impassibilis dominus noster firmiter extra fluctus mortalitatis nostræ stare cœpit. Vndè Gregorius.

cur Iesus in littore stetit. ¶ Quæri potest quare discipulis in mari laborantibus post resurrectionē suam dominus in littore stetit, qui ante resurrectionē suam coram discipulis in fluctibus maris ambulavit? Cuius rei ratio festinè cognoscitur si ipsa quæ nunc inerat causa pensetur. Quid enim maris nisi præsens seculum designat, quid per soliditatē littoris nisi illa perpetuitas quietis æternæ figuratur? Quia igitur discipuli adhuc fluctibus mortalis vitæ inerant, in mari laborabant. Quia vero redemptor noster iam corruptionē carnis exceperat, post resurrectionem suā in littore stabat. Ac si dicat: Iam vobis in mari nō appereo, quia vobiscum in perturbationum fluctibus non sum. Hinc est quod post resurrectionē suā in alio loco eisdem discipulis dicit: Hæc sunt verba quæ loquutus sum ad vos, quum adhuc essem vobiscum. Neque enim tunc cum ipsis nō erat quibus præsens corporaliter apparebat, sed tamē iam se cum ipsis esse denegat, à quorum mortali corpore carnis immortalitate distabat. Et quod ille cum ipsis positus fatetur non se esse cum ipsis, hoc quoque hic situ corporis indicat, quum adhuc eis nauigantibus esse se iam in littore demonstrat.

Luc. 24.

¶ Ad hæc & literalis ratio potest adduci, videlicet. Nā quia discipuli adhuc eo in tempore faciles erant ad dubitandū de veritate dominicæ resurrectionis, nihil illū facere cōueniebat quod infirmis in fide occasio foret erroris. Si ergo vidissent eum super mare ambulantem, occasione accepissent suspicandi non veram carnem, sed spiritum & phantasma se videre. Nam quum ante resurrectionem suā ambularet super mare veniens ad discipulos suos qui à fluctibus perturbati maris in nauicula periclitabantur, cōturbati sunt, dicentes: quia phantasma est, & præ timore clamauerunt. Quod si hæc fuerunt suspicati de eo quem nondum viderant mortuum, multò magis putarēt se phantasma videre, si quem mortuum nō ignorabant super mare ambulantem conspicerent.

chrysof. ¶ Non tamen, inquit, cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Non enim mox seipsum quis esset ostendit, sed voluit

Matt. 14

in

in alloqu
cum non c
fi. Nam sic
sens morta
in sua est
vel cogn
deret confi
se manifest
proverunt
¶ Potest et
lorum, qu
erant, vt li
men ipse es
¶ Ad hæc, q
uentis, tant
ant. Proin
silo domini
erupturo n
nis hos all

Dicit er
betis? Re
¶ Hoc ait, qu
quit, quia
ni vocaver
ni benignè
ficiam, qu
¶ Pari, inquit
ellat benev
¶ Palmenta
re de carn
at, confectu
litora noct
¶ Primò, vt i
um habeat
um mittant
te cepisse
e cui patere
¶ Exti vole
enti. Respo
¶ Relicci: No

in alloquutionem cum eis venire. Quòd autem discipuli eum non cognouerunt causa fuit ex parte corporis Christi. Nam sicut est in potestate corporis gloriosi vt etiã præfens mortalibus se vel ostendat vel non ostendat, ita etiã in sua est potestate vt sese manifestans vel cognoscatur, vel cognosci non possit. Christus itaque licet se ostenderet consistentem in littore, quia tamen non eo modo se manifestauit vt cognosci posset, ipsum discipuli non cognouerunt.

Potest etiam huius rei causa assignari ex parte discipulorum, quia videlicet studio piscandi vsque ad eò intenti erant, vt licet Christum viderent in littore, quisnam tamen ipse esset, non aduertebant.

Ad hæc, quia Christus distabat ab eis circiter cubitis duobus, tanto distantem interuallo discipuli non cognouerunt. Proinde diuina dispensatione factum est, vt aspectu solo dominũ non cognoscerent, quatenus se quis esset mox futururo miraculo declararet. Itaque primus ipse humanis hos alloquitur. Vndè in litera subditur:

Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non.

Hoc ait, quasi ab eis piscium aliquid emere volens. Ergo, inquit, quia nondum cognouerunt ipsum esse qui de mari vocauerat vt faceret piscatores hominũ, ad ignorantes benignè descendit, & sic loquutus est primò captoribus piscium, quomodo quilibet emptor piscium loqueretur, Pueri, inquit, nunquid pulmentarium habetis? Pueros appellat beneuolentiæ gratia, non ætatis.

Pulmentarij verò vel pulmenti nomine cibus quilibet de carnibus siue ex piscibus, qui cum pane simul edatur, confectus, designatur. Et quidem nouerat ipse quia nihil tota nocte prenidissent, & tamen sic eos interrogat.

Primò, vt ipsis respondentibus se nihil habere, occasio- nem habeat eis mandandi vt rete in designatum maris lo- cum mittant. Secundò, quia si dixisset se scire quod nihil ea- rum cepissent, hoc signo cognouissent esse Christum, nẽ- que cui paterent occulta. Ipse verò sui cognitionem adhuc se ferri volebat, vt ipsa haberetur in miraculo magis eui- denti. Responderunt ei, nimirum discipuli lassii, tristes, & increduli: Non, subaudis, habemus pulmentarium. Puta-

*cur disci-
puli chri-
stum non
cognoue-
runt.*

*Pulmen-
tarium.*

FERIA QVARTA

bant sanè mercatorem pisces captos emere volentem.

¶ Circa secundum, quod est apparentis inco-
gniti perutilis instructio, subditur:

*Dixit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inue-
nietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trabe-
re præ multitudine piscium.*

*Obediē
tia fruct⁹* **G** ¶ Mirum est, quodd hominis (vri putabant) eis prorsus igno-
ti iussis obtemperat. Sed docuerat eos Christus mites esse
& humiles corde, & dicto audientes. Vndè & mox obe-
dientia fructum consequuti sunt. Proinde longè plus va-
luit eis verbum Christi, quàm ipsorum in piscando indu-
stria, & ingens labor totius noctis. Miserunt ergo, inquit,
ad dexteram nauigij rete, & iam non valebant illud tra-
here præ multitudine piscium, nempe intra rete ad nutum
Christi angelorum sanctorum ministerio collectorum &
includorum.

Rupertus

¶ Et aduerte, quia non quomodocunque dixit: Mittite,
sed: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Per
dexteram enim vitam æternam, per sinistram vitam hæc
temporalem: rursumque per dexteram, Dei gratiam,
per sinistram verò peccati culpã moraliter accipere pos-
sumus.

*piscantur
ad sinistra*

¶ Itaque rete mittunt & piscantur ad sinistram qui vel vi-
tæ suæ studia temporalibus atque mundanis luctis adipi-
scendis accommodant, temporalem mercedem etiam in
bonis quæ agunt operibus semper intendentes, vel qui in
prauitate vitæ perseverantes, nonnullis etiam bonis ope-
ribus insistent.

*piscantur
ad dexte-
ram.*

¶ Per contrarium verò, piscantur ad dexteram, vel qui
non temporalem & terrenam, sed æternam & cœlestem
in suis operibus mercedem quærunt, vel qui præeuntis
gratiæ instinctus sequentes & concomitanti gratiæ coo-
perantes verè possunt dicere: Gratia Dei in me vacua non
fuit. Verùm absente gratia, quasi casto labore per noctem
laboratur.

1. cor. 15.

Luc. 5.

H ¶ Mythicè verò, quum adhuc esset Christus in fluctibus
vitæ mortalis & mortis vndas passurus, non dixit piscan-
tibus: Mittite in dexteram, sed tantummodo: Laxate, in-
quit, retia vestra in capturam. Tantam ergo conclusio-
runt

tant piscium multitudinem vt rete eorum rumpeatur, & nauicula eorum penè mergeretur. At nunc in littore stans, & vndosam turbidi seculi supergressus iacturam. Mittite, inquit, non vbicunque, sed in dexteram. Et iam non valebant, (inquit Euangelista) illud trahere præ multitudine piscium, non tamen dixit, quia rumpebatur rete, aut eorum nauicula mergebatur.

(Quid ergo hic nisi illam piscationem hominum præsignare voluit qua ad dexteram constituentur omnes electi, reprobis omnibus ad sinistram seclusis, qui tanquam pisces mali rete præsentis Ecclesiæ seditionibus rumpunt, quemadmodum hæretici & scismatici facere conseruunt. Dominus ergo qui post resurrectionem à mortuis in immortalitatis tutissimo littore stabat per carnos pisces rectè solos illos præfigurabat quos secum suscipiat, secumque ad dexteram patris confidere vellet in celestibus.

*piscationis
electorum
typus.*

Moraliter iuxta præmissa est notandum, quod Christus post resurrectionem suam apparere dignatus est, in forma peregrini, in forma hortolani, in forma mercatoris. De primo est illud: Tu solus peregrinus es in Ierusalem. De secundo illud: Illa existimans quia hortolanus est. De tertio, in præsentis loco. Peregrinus enim fuit in conuersatione, hortolanus in prædicatione, mercator in sua passione.

Quod ad modum peregrini conuersaturus foret in mundo præcognitum habuit. Propheta qui ipsius humilitatem demonstrans, ait: Quare futurus es in terra quasi vir vagus & reclinans ad manendum? Undè & de semetipso loquitur, dicens: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, fides autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Undè etiam in via quasi peregrinus natus est.

*Christus
quasi peregrinus.
Iere. 14.
Matt. 8.*

Quasi hortolanus fuit in prædicatione. Nam hortolani in morem mala vitiorum plantaria è terra cordis humani extirpare, & virtutum germina inserere satagebat. Undè illud quasi à patre ei dictum possumus accipere. Ecce celi verba mea in ore tuo, ecce constitui te super gentes regna, vt euellas & destruas, & disperdas & dissipas, & edifies & plantes.

*Quasi
hortolanus.
Ierem. 1.*

Denique quasi mercator fuit in sua passione, in qua dedit semetipsum pro nobis vt nos se hinc et

Nam qui vitam aeternam (quæ Deus est) comparare desiderat, vendat necesse est omnia quæ habet, id est, seipsum obrogans propriis renuntiet concupiscentiis, & possideat illam.

(Circa tertium, quod est ex euentu mirando Christi recogitatio, subditur:

Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus Petrus. Dominus est.

Cognouit primus ille discipulus dominum, siue in miraculo istius piscationis, siue sono præcognitæ vocis, siue primæ reminiscens piscationis, in qua Petrus ad Christi verbum laxatis retibus in capturam cõcluserat piscium multitudinem. Venit itaque in mentem discipulo huic, id est, beato Ioanni miraculum piscationis pristinæ, & mox cognouit quia Christus esset, cuius imperio etiam facta est captura.

Dicit ergo discipulus quem diligebat Iesus Petro. Ergo, videlicet, quia magnus ille puerorum suorum appellator qui in littore stabat tam veraciter prophetauerat, dicens: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis, venit in mentem illi discipulo quia Dominus est.

Quod etiam mox præ omnibus dixit Petro quem gauisum esse sciebat plus omnibus. Et bene quia citò acquiescenti dicenti, mittite in dextram nauigij rete sicut manenti qui sequuti fuerant magistrum mansuetudinis statim cognouerunt eum, sicut & illi duo dignè cognouerunt eum in miraculo panis, pro eo quia coegerant eum dicentes: Mane nobiscum quoniam aduersperascit.

Nec dixit discipulus ille, Iesus est, sed dominus est, & nõ Iesus. Noster, vel quorumcunque diffinitè, sed ineffinitè, dominus est. Quis enim suum particulariter dominum diceret, qui sic iam palam fecerat quod etiam maris dominus esset, qui & iam rediuuius à morte probauerat quòd mortuus victor, & vitæ dominator existeret?

(Circa quartum, quod est Simonis Petri ad Iesum prope-
tatio, subditur:

Simon Petrus quum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.

Etiam hoc loco inuenimus discipulorum proprietates

K
Beda.
Luc. 5.
Ioannes
unde christi
stum co-
gnoscit.

Dominus
est.

L
Theoph.

FERIA QVARTA

ostendi. Nam perspicacissimus quidem Ioannes, Petrus autem feruentior. Ea propter Ioannes quidem agnouit Dominum, Petrus verò prior venit ad eum.

¶ Porro succingendo se reuerentiam ostendit, mittendo autem se in mare, declarauit desyderij magnitudinem, uò enim expectat, ut alij, sed natans aduenit, quamuis ducētis cubitis abessent à terra.

¶ Dicitur autem Petrus nudus fuisse ad cōparationem ceterorum vestimentorum quibus uti solebat. Sicut nos solemus dicere quum aliquem simplici vestimento uidemus indutū, quare nudus incedis? Siue potest intelligi q̄ more piscatorum studio piscandi nudus incesserit. Vbi Theophylactus:

Epēdytes

¶ Præcingit autem se linteo amictu quod Græci epēdyten vocant, quem Phœnices & Tyrij piscatores circūdant sibi siue quum nudi sunt, siue uestiti uestimentis superponunt. Proinde eodem ardore quo & cætera alia fecerat uenit ad Iesum, mittens se in mare.

Super?

Matt. 14

Petrus ut

sibi typus

¶ Olim miserat se in mare & ambulauerat super aquas ut ueniret ad Iesum super aquas ambulantem solum, sed uidens uentum validum uenientem timuit, & in ipso timore suo penè submersus est. Nunc autem stante Domino in littore, sponte se mittit in mare, & non timet nihilque periculi passus est. Quid hoc est, nisi quia tempestate Iudaica, quam Dominus superambulans uicit, Petrus negaturus erat, timore mortis, & nunc fortiter agere habebat in fluctibus Romani imperij, in magna tempestate sicuti Neronis.

¶ Bene ergo qui ante passionem Domini timuit & penè submersus est, nunc post eius resurrectionem mittēs se in mare ad portum fœliciter peruenit.

Ioan. 21.

¶ Nō autem Ioannes misit se in mare ut ueniret ad Christum, qui sine martyrio uitam foret concludurus in pace, sed Petrus cui mox post hæc à Christo dicitur: Quū esses iunior cingebas te & ambulabas ubi uolebas. Quum autem senueris extēdes manus tuas, & alius te cinget & ducet quò tu non uis. Quod exponens Euangelista: Hoc autem, inquit, dicebat, significans qua morte clarificaturus esset Deum.

¶ Sanè tribulationes mūdi huius rectè per mare designantur. Vadè & qui ad Christum uenire ardentèr desyderant dum

dum mund
quali per n
non ignari
quire in re
¶ Curca qu
sam nauigat

Alii au
longè er
tes rete

(Ordo lite
tes rete pis
cubitis duc
nicus sex c
ritum pede
brachij, & d
homines.

(Quum er
terra, sed q
metricis est
cubitis v
recentos. C
facile collig
terra. Nar

Mythicè a
Ieclesie san
tam. Petrus
oz & ipse
currunt ad
fius & labo
tes fidem g
terra, in qu
antiquitus
propè sunt
at ceremo
entes dile

¶ Vt ergo
¶ pisce

Petrus mundi huius tribulationes perpeti non refugiant, quasi per medios maris fluctus ad Christum perueniant, non ignari quoniam per multas tribulationes oportet introire in regnum Dei.

Act. 14:

¶ Circa quantum, quod est, cæterorum discipulorum ad Iesum nauigatio, subditur:

Alii autem discipuli nauigio uenerunt (non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium.

¶ Ordo literæ est: Alij discipuli nauigio uenerunt, trahentes rete piscium Non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis. Attende quod cubitus quidam est geometricus sex continens pedes, alius est cubitus uisualis continens unum pedem unum cum dimidio. Est autem cubitus pars brachii, & dicitur à cubando, quod super brachium cubant homines.

Cubitus duplex.

¶ Quum ergo hinc dicitur, quod discipuli non erant longè à terra, sed quasi cubitis ducentis, non hoc de cubitis geometricis est intelligendū, alioqui longè fuissent à terra, sed de cubitis uisualibus, quorum ducenti adequati faciunt pedes trecentos. Quum autem quinque pedes passum unum faciant, facile colligitur, quia discipuli sexaginta passibus distabant à terra. Nam trecenti pedes sexaginta passus efficiunt.

¶ Mystice autem, alij discipuli qui nauigio uenerunt illos ecclesiæ sanctæ rectores significant, qui in pace finiunt uitam. Petrus uero qui mittit se in mare illos omnes qui fiunt & ipse per medios fluctus tribulationum festinant & currunt ad dominum trahentes rete piscium, id est, scriptis suis & laboribus omnimodis propugnantes & continentis fidem gentium. Nec longè absunt ab illa uiuentium terra, in qua dominus immortaliter stat, sicut longè erant antiquitus sub lege laborantes antè quàm ueniret gratia, sed tropè sunt quasi cubitis ducentis, à cunctis scilicet legalibus ceremoniis liberi, solaque ad perueniendum opus habentes dilectione Dei & proximi.

Rectores Ecclesie duo modi

¶ Circa tertium principale dicitur:

Et ergo descenderunt in terram uiderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem.

GG iij

Hic

FERIA QVARTA

N Hic ostenditur discipulis in terra refectio-
nis exhibitio. Vbi tria sunt consideranda. Primū est, miranda refectio-
nis præparatio. Secundum est, ex captis piscibus refectio-
nis instauratio, Ibi: Dicit eis Iesus, afferte. Tertium est, di-
scipulorū ad prædium familiaris inuitatio, Ibi: Dicit eis Ie-
sus. Venite.

*Mira præ-
dij præpa-
ratio.*

Chryf.

*Ruper.
Futura ty-
pus beati-
tudinis.*

Isaia 3.

¶ Circa primū dicitur: Vt ergo descenderūt ē naui in terrā
viderūt in littore prunas politas, id est, carbones ignitos
& piscē superpositum prunis, viderunt, & panem, non pru-
nis superpositū, sed seorsum. Ante passionē suā dominus
operabatur miracula ex materia subiecta, verbi gratia, vi-
nū ex aqua, & multis hominū millib⁹ saturādis paucos pa-
nes & pisces multiplicauit, nūc verò ad meliora signa se
transfert. Non enim apparuit vndē virtus diuina carbones
illos, piscē, & panem, produxisset, vt maiori miraculo disci-
puli in fide resurrectionis Christi magis confirmarentur.

¶ Mysticē, Regnum beatitudinis, quod vnum & æternum
prandium, vna & perpetua cœna est, in illo littore, id est,
seculi fine inueniendum est. Illic inuenient omnes electi
prunas, id est, plenarium ignem vel amorem spiritus san-
cti, qui in hac vita sanctis aliquantulus est, in illo autē re-
gno permaximus, sicut propheta prædicat dicens: Dicit do-
minus, cuius ignis est in Sion, &, caminus eius in Ierusa-
lem. Inuenient & piscem superpositum, & panem, id est,
vnum eundemq; Christum Deum & hominem, secundum
humanitatem quidem sicut piscem assum, secundum diui-
nitatis verò naturam panem angelorum impassibilem.

¶ Circa secundum, quod est, ex captis piscibus refectio-
nis cumulatio, subditur:

*Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidi-
stis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit re-
te in terram, plenum magnis piscibus centum quin-
quaginta tribus. Et quum tanti essent, non est scis-
sum rete.*

O Vbi Chryf. Vt ostenderet nō esse phantasma quod factū
est, iubet ex piscibus suo nutu ab is captis, afferri, vt non
solum suo dono gratuito, sed etiam ex proprio labore di-
scipuli reficiantur. Mysticē verò: Aduocabit cœlum de sur-
sum & terram discernere populum suum. Congregate illi
sanctos

sanctos suo
præcipitur,
vniquisqu
nos pisces
(Ceterorū
cha) vt ait
videndam
git Ecclesia
re piscatio
nunc ad fid
intrant, q
In ista verò
& rete rum
na author
hor dilania
(Captis au
tis, & trax
calatiter co
nas me, pa
ter in voce,
id soliditat
vixit fidel
hoc agit qu
(Sed dicat
nalis: Miser
uerunt trah
nunc dicitur
tam, quum
tam (cui sp
rum) vniu
tractare ho
biles, quan
et vnum h
uper omne
sanctæ Trin
(Ipsi verò p
dicet omn
ten magni
quippe qui a
num ceruus
præsciuit, qu

sanctos suos. Quinam sunt hi quibus hoc iuxta Psalmistā præcipitur, nisi Apostoli vel prædicatores sancti, quorum unusquisque æterno iudici presentabit, quanto scunq; bonos pisces de labore suo acquisiuit.

(Cæterorū, hæc piscatio post domini resurrectionem facta (vt ait Grego.) ideo in solam dexterā iussa est, quia ad vnam claritatis ipsius gloriam, sola electorum pertinet Ecclesia, quæ de sinistro opere nihil habet. In illa prioris piscatione præ multitudine piscium rete rumpitur, quia nunc ad fidei confessionem etiam cum electis reprobi concurrunt, q; ipsam quoque Ecclesiam hæresibus scindunt. In ista verò piscatione & multi pisces, & magni capiuntur & rete rumpitur, quia sancta electorum Ecclesia in contumacia authoris sui pace requiescens nullis iam dissentionibus dilaniatur.

(Captis autem tam magnis piscibus, ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram. Ipsi quippe sancta Ecclesia peculiariter commissa est, dicente domino: Simon Ioannis a me, pasce oues meas. Quod ergo postmodum aperitur in voce, hoc iam significatur in opere. I. se enim pisces ad soliditatem littoris pertrahit, quia stabilitatem æternæ patriæ fidelibus ostendit. Hoc egit verbis, hoc epistolis, hoc agit quotidie miraculorum signis. Hæc Grego.

(Sed dicat aliquis: Quomodo iam dictum sit de septem discipulis: Miserunt ergo (nimirū rete in mare) & iam non valet trahere illud præ multitudine piscium, quomodo nunc dicitur: Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, quomodo multò minus hoc posset solus nisi quia per Petrum (cui specialiter dictum est tibi dabo clauas regni cælorum) vniuersitas eorum designatur, quorum officium est tractare hoc rete piscium, quod est, Dei verbum. Itaq; vna res, quam vniuersi piscatores hominum prædicare rectè vnum figurantur Petrum, cui præcipuè ius datum est super omnes pisces pertinentes ad cælorum regnum, ad sanctæ Trinitatis conuiuium.

(Ipsi verò pisces omnes magni & numerati sunt, quia videlicet omnes electi, quamuis impares meritis, omnes tantum magni sunt, & certus eorum numerus apud Deum, quippe qui ab origine mudi vocati sunt sancti. Quomodo certus apud ipsum non esset numerus eorum quos præsciuit, quos prædestinauit, quos vocauit, quos iustificauit,

Typus reproborum

Ioan. 21. vni petro vt commissa ecclesia.

Rupertus

Quorum Petrus figurat.

Matt 16.

P Omnes electi magni.

Rom. 8.

uit, quos magnificauit?

¶ Et quum tanti essent non est scissum rete. Quia videlicet in statu quidem presentis Ecclesie rete scindunt pisces illi qui numerum excedunt, attestare Psalmista quum dicit: Annunciaui & loquutus sum, multiplicati sunt super numerum. Sed in illo resurrectionis littore pax erit & rete solidum, quia soli pisces qui numerati sunt magni omnes, id est, boni, illic erunt.

¶ Circa tertium quod est, discipulorum ad conuiuium familiaris inuitatio, subditur:

Dicit eis Iesus: Venite, prandete.

Mistica.

¶ Peracto labore piscationis nocturne ad prandium lassos quod eis parauerat dominus clemeter inuitat. Quinetiam mystice, tam multis piscibus magnis qui omnes in dextera nauigij capti sunt ad terram protractis, dicit Iesus: Venite, prandete, quia quum sederit idem filius hominis in sede maiestatis sue, & omnes electos ad dexteram suam constituerit, tunc altissimè & suauissimè hoc modo intonabit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Quid enim est hoc prandere, nisi regnum aeternum percipere? Quid verò est regnando prandere, vel prandendo regnare, nisi ipsum qui angelorum cibus est, in quem desiderant angeli prospicere, regem glorie facie ad faciem sicuti est videre? Unde Prophetam quum dixisset de homine ambulante in iustitiis & loquente veritatem, panis ei datus est, aque eius fideles sunt quasi quæretes, qualis ei panis datus est, vel quales ei aque sunt statim subsequutus regem, inquit, in decore videbant oculi eius. Sequitur:

Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, tu quis est? scientes quia dominus est.

Aug. cur nemo discipulorum interrogat.

¶ Nemo audebat interrogare quis esset, quia tanta erat euidencia veritatis, vt non solum non negare, sed nec etiam dubitare quisquam auderet, quod si aliquis dubitaret, vtique & interrogaret. Vbi Chryf.

¶ Certi quia ipse erat dominus non audebant interrogare, non quidem de hoc solum an ipse esset dominus, sed nec de quocunque alio. Non enim confidebant cum eo loqui sicut prius, sed cum silentio & multa reuerentia sedebant attendentes in eum. Et formam quidem alteratam viden-

tes & multa
debant inter
quia domini
comedeban
neque huma
lonis gratia
Itaque disc
tion, vel au
rogabantur.
mirauerit c
in eum sciente
cognoscente
ageat & t
ueniat quod
sequitur:

Et venit

scem simi

Et venit Iesu

arepit pane

domino pane

mitter que

tatum, illis

er prunas p

Prus dixer

roque seip

transiens r

de vtique fa

cedo diu

hominis e

ur, quia vtr

ter, licet pr

ficur dispe

ntis super m

Hoc iam

quum ref

Uene dicit

ter tertiò p

ia si conu

et etiam ap

tes

et multa admiratione plenam, valde stupefacti volebant interrogare, sed formido in hoc quod sciebant quia dominus est, reprimebat interrogationem, & solum comedebant quæ eis dabat. Hic autem non respicit in cælum neque humana illa facit, ostendens quoniam condescensionis gratia illa olim ab eo fiebant.

Itaque discipuli intenti solummodo ad intuentium dominum, vel audiendum, reuerentiam exhibentes nihil interrogabantur. Nimirum quando ad illud æternum suum omnes mirauerit conuiuium, iam opus non habebunt interrogare eum scientes quia Iesus est, scientes, inquam, & perfectè cognoscentes quod modò ex parte cognoscunt scripturas æternæ & sanctum scientiæ spiritum consulentes, donec veniat quod perfectum est, & euacuetur quod ex parte est sequitur:

Et venit Iesus, & accepit panem & dabat eis, & piscem similiter.

Venit Iesus nempe ad recubentes, & pristino more accepit panem & dedit eis, non enim nisi porrectum sibi à domino panem de mensa præsumebant accipere, & piscem similiter quem superpositum prunis inuenerant in partes actum, illis dabat, & similiter de piscibus captis quos super prunas poni iusserat.

Præius dixerat in parabola de domino & seruis fidelibus, *Luc. 11.* utroque seipsum & suos designans, faciet illos discumbere, transiens ministrabit illis, hoc ipsum quod illic verbis, utriusque factis designans. Quis est autem iste panis, nisi accedo diuinæ visionis? Et quis assus piscis, nisi natura filii hominis excocta igne passionis? Vtriusque accipit & dat illis, quia vtriusque naturæ visione regni sui consortes reuertet, sicut promittens alio loco, & ego, inquit, dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. *Luc. 22.* Sequitur:

Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis quum resurrexisset à mortuis.

Bene dicit discipulis suis, id est, Apostolis, Iesum hoc iam tertio post resurrectionem suam fuisse manifestatum, quia si connumerarentur apparitiones factæ mulieribus, vel etiam apparitio facta duobus discipulis euntibus in Emmaus

DOMINICA

*Quomodo
hæc appa-
ritio, est
tertia.*

Emmaus, aut etiam apparitio facta Petro soli, ista appa-
ritio non esset tertia. Inter apparitiones tamen factas plu-
ribus apostolis, ista est tertia. Prima enim fuit sero diei su-
æ resurrectionis absente Thoma. Secunda fuit post octo
dies ab illa, iam Thoma præsentem tertia est, quæ hac le-
ctione comprehenditur.

¶ Porro quoniam in ore duorum vel trium testium stabit
omne verbum, ut scias quia legitimo testium numero san-
ctus Euangelista confirmare intendit auditorem Euange-
lij in fide resurrectionis Iesu Christi domini nostri, rectè
sine huius lectionis ita conclusit: Hoc iam tertio mani-
festus est Iesus discipulis suis quum resurrexisset à mortu-
is. Tametsi multa quidem & alia signa fecerit Iesus in con-
spectu discipulorum suorum subaudis, post resurrectione
suam à mortuis.

¶ Et quoniam qui tribus istis non credit, nec multis aliis si
conscriberentur foret crediturus, demum contentus eo
quod fidelibus satis sit, hoc quo iam dictum est modo
conclufit.

DOMINICA IN ALBIS.

Qum sero esset die illo una sabbatorum, &
fores essent clausæ, ubi erant discipuli
congregati propter metum Iudæorum.
Ioannis vigesimo.

¶ In hac sancti Euangelij lectione tria describuntur. Pri-
mum est, Christi à morte rediuiui coram suis discipulis
gaudiosa manifestatio. Secundum est, de resurrectionis
dominicæ veritate Apostoli absentis dubitatio, ibi: Tho-
mas autem. Tertium est: Iterum apparente Christo di-
scipulis, octauo die dubitantis Thomæ confirmatio, ibi: Et
post octo dies.

¶ Circa primum sex sunt consideranda. Primum, circa id
quod actum esse memoratur circumstantiarum notanda de-
scriptio. Secundum, Christi post mortem rediuiui miran-
da

da apparit
est, deside
Quartum
Et quum h
num missio
tionem L
suffec.

¶ Circa pri
batorum, &
gati. Vbi no
duplex, te
dicatur: Q
minus resu
prima die à
dalenæ, &

Petro. Quo
Emmaus
perum ad
derant & au
natio fact

¶ Quum sero
manifestus
eadem est d

dominum d
tas meas &

tem inferiù
nam, quum

uenerint t
ant, procu

trierit antè
narrantibus

stibus sua
demonstrat

sanctæ muli
sistere ren

reputauit di
que per vnu
sistentibus &
aditit.

¶ Congreg
tate passio

da apparitio, ibi: Venit Iesus, & stetit in medio. Tertium est, desiderata pacis gratiosa annunciatio, ibi: Et dicit eis. Quartum est, Benigna manuum & lateris ostensio, ibi: Et quum hæc dixisset. Quintum est, Ad instar sui, discipulorum missio, ibi: Dixit ergo iterum. Sextum est, ad insufflationem Domini spiritus sancti datio, ibi: Hæc quum dixisset.

(Circum primum dicitur: Quum esset sero die illo vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati. Vbi notatur circa domini apparitionem circumstantia duplex, temporis scilicet & loci. Tempus designatur vbi dicitur: Quum esset sero die illo, videlicet quem sua dominus resurrectione consecrauit. Vna sabbatorum, id est, prima die à sabbato, in cuius mane apparuerat Mariæ Magdalene, & rursus eidem cum aliis mulieribus, & post hoc Petro. Quo die etiam apparuit duobus discipulis euntibus in Emmaus ambulans & loquens cum illis, quibus sub vesperum ad Apostolos Ierosolymam reuersis, & ea quæ viderant & audierant narrantibus, ea quæ hic describitur, apparitio facta est.

(Quum sero esset, inquit, & omnes simul essent, vt esset manifestius quod omnibus cernebatur. Et hæc apparitio eadem est cum illa quam describit Lucas. Vbi memorat hominum discipulis sese ostendentem dixisse: Videte manus meas & pedes meos: quoniã ego ipse sum. Quodd autem inferius dicitur, non cum illis fuisse Apostolum Thomam, quum secundum Lucam illi duo regressi ab Emmaus inuenierint congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant, proculdubio intelligendum est quodd inde Thomas inuenit antè quàm eis dominus quæ viderant & acta erant narrantibus, appareret. Noluit itaque pius dominus quodd festinus suæ resurrectionis dies transiret, quin suis se demonstraret Apostolis. Audientes enim quod Maria & aliæ mulieres annunciauerant, consequens erat, vt aut incredulerent, aut credentes dolerent quoniam eos non reuocauit dignos sua visione. Hæc ergo recogitantes neque per vnum diem distulit, sed iam resuscitatum videre uolentibus & de ipso loquentibus, quum sero factum esset apparitio.

(Congregati erant in monte Sion in eo cœnaculo vbi ante passionem suam dominus cœnam cum eis fecerat. Congregati

A
Apparitionis Christi
suo tempore.

Luc. 24:

Dissonantia soluitur.

Chrysof.

Apparitionis Christi
sui locus.

grega-

DOMINICA

gregati erant ob domini amorem, vbi iam pridem simul vna cum ipso viuente congregati esse consueuerant. Itaque pristinae societatis amore post Domini passionem adhuc congregabantur in locum illum, quem eis nouissima recordatio cœnæ perpetuè fecerat cōmendabilem. In hunc itaque locum congregati discipuli, clausis foribus intus erant propter metum Iudæorum.

cur fores clausæ. ¶ Sed cur metuebant Iudæos iam Christi sanguine saturatos? vel si adhuc arderent, & surrent sanguinem illorum Iudæi, nunquid discipuli clausis se possent foribus tueri quas per facile erat effringi? Vt quid ergo fores clausæ?

Rupertus Videlicet, quia sermonem inter se habebāt, cui neminem nisi amicum vel sui luctus participem interesse tutum putabant. Iam quippe non solum mulieres audierant dicentes quod vidissent dominū, sed & duos illos ex discipulis reuersos à castello Emmaus (vt iam dictum est) referētes quod in fractione panis cognouissent eum. Quinetiam iam congregati fuerant propter hoc ipsum, dicentes, quia surrexit dominus verè, & apparuit Petro. De his ergo inter se colloquentibus tutum non videbatur vt auscultaret eos Iudæus, & idcirco clausis se foribus continebant.

¶ Circa secundum, quod est Christi post mortem rediit, miranda apparitio, subditur:

Venit Iesus, & stetit in medio.

B ¶ Venit ad discipulos post quàm resurrexit à mortis iuxta quod pollicitus fuerat, dicēs: Et vos quidē nunc tristitia habetis, iterū autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum.

IOAN. 15.

¶ Venit, inquit, Iesus, & tamen fores erant clausæ, vt ostendat quod eodē modo resurgens clauso egressus est monumento. Disputant nonnulli sciscitantes, Si corpus erat, si hoc surrexit de sepulchro quod pependit in ligno, quomodo per ostia clausa intrare potuit? Respondet Augustinus: Si comprehendis modum, non est miraculum. Vbi deficit ratio, ibi est fidei ædificatio. Moli corporis vbi diuinitas erat ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Quid ergo mirū si clausis ianuis post resurrectionem suam in æternum iam victurus intrauit, qui mortuus veniens non aperto exiit vtero virginis?

*Miraculo
sa ingres-
sio.*

¶ Si quis igitur quærat quo pacto corpus verū fuit, quod clausis foribus introiuit. Quod qui infideliter quærit, &

verum

verum corpus sic potuisse inferri non concedit, superest
 ut multò minus illud concedat, q̄ corruptibiles atq; mor-
 tales adhuc Apostoli sic educti sunt sicut in Actibus Apo-
 stolorum scriptum est: Carcerem quidem clausum inue-
 nimus cum omni diligētia, & custodes stātes ante ianuas.
 Asperientes autem carcerem, neminem intro inuenimus.
 Superest vt istos quoque qui necdum resurrexerant, in vē-
 tos & aërem subtilem, quo per patentes rimas efflari pos-
 sēt, euauisse asserant, si quidem sacrā recepturi sunt scri-
 pturam. Quam qui non recipiunt, nec audiendi, sed vt in-
 bidales omnino vitandi sunt.

(Nobis credentibus illud pro argumento sufficit, quia de
 nihilo Deus cuncta creauit, & cuncta quasi nihilum & in-
 tere reputata sunt ei ad agendum quicquid voluerit, ad tra-
 hendum quidpiam quocunq; voluerit Mirūmq; hoc po-
 tuisset, si ita non posset, quum nemo ferè tam imperitus
 unquam sit, vt quod composuit, penetrare ipse vel aperire
 non possit. At ille quum voluit, aperta est terra & degluti-
 it Dathan, statimque operuit super congregationem Ahi-
 ran, qui principes seditionis extiterūt, promissionibus dei
 terrahentes, & cum subsannatione, dicentes: Re vera in-
 iurasti nos in terram quæ fuit riuus lactis & mellis.

Venit Iesus, inquit, & stetit in medio. Fecit quod antè p-
 referat, dicēs: Et si abiero, & preparauero vobis locū, iterū
 venio. Et rursus: Vbicūq; duo vel tres fuerint cōgregati in
 nomine meo, ibi sum in medio eorū. Porrò stetit Iesum
 & sibi legimus. Stetit enim quasi benignus ad vocandum
 & inuitandū ad gratiæ spiritualis perceptionem, iuxta illud:
 In die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat: Si quis
 sitis, veniat ad me & bibat. Stetit item quasi potens ad ad-
 uocandum, vt beato Stephano in agone passionis certādi-
 catus fuit. Video, inquit ille, cælos apertos, & filiū homi-
 nis stantē à dextris virtutis Dei. Alioqui, nisi quia dominus
 descendit me, inquit Psal. paulominus habitasset in inferno
 anima mea. Quòd si Deus est pro nobis, quis contra nos?
 Stetit insuper & stat vt pacis conciliator ad mediandū,
 nempe verus Dei & hominum mediator.

Stetit in medio quasi sol, vt superiora pariter & in-
 feriora illuminaret, angelos scilicet in cælis, & homines
 super terram.

Stetit in medio stetit, vt quasi glutinū separata cōiungeret.
 Chri-

*Num ve-
 rū corpus
 christus
 habuit.
 Act. 5.*

*Questio-
 nis solutio*

Num. 16.

*C
 10an. 14.
 Matt. 18
 Stetit ie-
 sus Mysti-
 ec.*

*10an. 7.
 Act. 7.*

Roma. 8.

*Stetit in
 medio
 quid.*

DOMINICA

Christus enim hominē Deo, hominem angelis, hominem homini, puta Iudæum gentili, in vna fide cōiunxit. Deniq; in medio stetit, quasi cor in medio corporis vt mēbra cuncta sui mystici corporis viuificaret. Ego, inquit, sum via, veritas & vita. Et rursus de suis ouibus loquens: Ego, inquit, veni vt vitam habeant, gratiæ videlicet in præsentī, & gloriæ in futuro. Et quia hoc completè factum est post suam resurrectionem, ideo rediuuius à morte stetit in medio vt illuminator, per vitæ pariter & doctrinæ splendorem, vt combinator, per charitatis coniunctionem, vt reconciliator, per sufficientem expiationem.

Ioan. 14.

Ioan. 10.

*Iesus vt
semper
medium
tenuit.*

D Sed quemadmodum dominus in vita pariter & in morte medium tenuerit attende. Legitur enim fuisse reclinatus in medio iumentorum in præsepio. Vndè in Abacuc iuxta aliam translationem scriptum est: In medio duorum animalium cognosceris. Et vndè Deum laudans gratulabunda canit Ecclesia: O magnum mysterium, & admirabile sacramentum, vt animalia viderent dominum natum iacentem in præsepio. Quo nimirum ostendit se mediatorem ad hominum simpliciū quasi mansuetorū animalium venisse salutem. Itaque in simplicitate cordis querite illum.

Sapient. 1.

*Christus
in medio
doctōrū.*

Luc. 2.

Yere. 4.

*Sapientia
seculi.*

1. Cor. 1.

¶ Secundò, inuentus fuit in medio doctorum in templo. Post triduum, inquit, inueniunt eum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos & interrogantē eos. Quo ostēdit in mediatorem saluatoremque omnium piè sapientum voluisse cognosci, non illorum sapientem de quibus per Ieremiam dicitur: Sapientes sunt vt faciāt mala, bene autem facere nescierunt. Quorum sapientia est, animum verbis tegere, proximum astu decipere, fratrem in negotio circumuenire, mādacia excogitare, nouos fraudum modos adinuenire. Perdam, inquit, sapientiam sapientium se dominus mediatorē ostendit sedens in medio doctorum, sed (vt iam dictum est) piè sapientum, quorum sapientia est, præteritas culpas deplangere, mundi vanitates, contempnere, peccata vitare, indefessè deo seruire, ad celestem patriam toto corde sitire.

*In medio
latronū.*

Ioan. 19.

¶ Tertiò, inuentus fuit in medio latronum. Vndè apud Ioannem scriptum est: Crucifixerunt eum, & cum eo duos latrones, hinc & hinc, medium autem Iesum. Quo nobis innotescere voluit quia pro peccatoribus patiebatur, & eorū se esse saluatorem, modo ad imitationem alterius il-

lorum

lectum Iatro
criminum
Amen dico
his sermo &
in hunc mu
do in me
operari dig
Apostolum
minum, hor
pionem pr
Quartò fu
Ego autē in
memoratur
re quod ver
tus diebus
tam ostēdit
suoꝝ in
muis sibi se
Pater qu
peccum, vt
tem hoc am
Quintò es
Apocalypsi
torū aure
nueritatis
paratur qu
vitā det a
Pater ven
teet te, sicut
mod dedisti
no animalis
Christus in
vitam be
magnum vi
em tenuerit
Christi verba
Hexò erit in
ter oues qui
mod per Am
Christus, qui
Curca terti

latronum in fide & spe veram gerant omnium suorum
 criminum poenitentiam. Vnde & latroni poenitenti dixit: *Luc. 23.*
 Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. Sanè fide- *I. Tim. 2.*
 lis sermo & omni acceptione dignus. Christus Iesus venit
 in hunc mundum peccatores saluos facere. Ideòq; nõ mo-
 do in medio latronum, sed etiam in medio terræ salutem
 operari dignatus est, vt se illum esse ostēderet, de quo per
 Apostolum Paulum dicitur: vnus est mediator Dei & ho- *ibidem.*
 minum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redē-
 ptionem pro omnibus nobis.

(Quartò fuit in medio discipulorum, ipso ad eos dicēte: E
 ego autē in medio vestrū, sicut qui ministrat. Vnde & hīc *Luc. 22.*
 memoratur stetit in medio discipulorū, vt ostēdat ope- *In medio*
 re quod verbo dixit Ego, inquit, vobiscum sum omni *discipulo-*
 bus vsq; ad cōsummationē seculi. In quo etiam mi- *rum.*
 rum ostēdit amicitiam & dilectionē, vtpote qui contuber- *Matt. 28*
 nis suorū interesse semper velit amicorū, & illos nihilo-
 minus sibi semper esse præsentes. Vnde ad patrem loquēs
 Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum, & ipsi sint *Ioan. 7.*
 tecum, vt videant claritatem quam dedisti mihi. Et qui *Eccle. 6.*
 cum hoc amico fideli, nulla est comparatio.

(Quintò est in medio sanctorum in cœlo, iuxta quod in *Apoca. 5.*
 Apocalypsi scriptū est: vidi, & ecce in medio septē cande- *in medio*
 lororū aureorum similē filio hominis. Hoc est, in medio *sanctorū.*
 vniuersitatis omniū sanctorum. Hinc Christus ligno vitæ *Gene. 2.*
 comparatur quod est in medio paradisi, quod vniuersis bea-
 ti vitā det æternā. Vnde ad patrē in oratione loquens di-
 xit: Pater venit hora, clarifica filiū tuum, vt filius tuus cla- *Ioan. 17.*
 rificet te, sicut dedisti ei potestātē omnis carnis, vt omne
 quod dedisti ei, det eis vitā æternā. Sicut enim cor in me- *Simile.*
 mbris animalis omnibus membris vitā influit animale, sic
 Christus in cœlo (vt iam dictum est) beatis omnibus in-
 fluit vitam beatā & æternā. Vnde & quisquis ipsum (nem- *Gene. 2.*
 pe lignum vitæ) per fidem adprehenderit & per dilectio- *Prou. 3.*
 nem tenuerit, beatus erit. Huius ligni vitæ folia, (id est,
 Christi verba) ad sanitatem sunt gentium.

(Sextò erit in medio iudicandorum in iudicio, quādo sta- *In medio*
 biles oves quidem à dextris, hædos autem à sinistris, iuxta *iudicando*
 quod per Amos prophetam dicitur. In omnibus viis erit *rum.*
 sanctus, quia pertransibo in medio tui dicit dominus. *Matt. 25*
 Circa tertium, quod est desideratæ pacis salutaris ad- *Amos. 5.*

nuntiatio, subditur:

Et dixit eis: Pax vobis.

Salutatio
nova.

Luc. 24:
Rupertus

Salutatio
nis huius
ratio.

1. Petr. 2.

¶ Ecce vox nouę saluationis quę eatenus nemo hominum ex ore Dei audiuit, quę ubi stetit in medio discipulorū p̄tin^o edidit, dicēs: Pax vobis. Quiduā est hoc quod dominus virtutum & rex glorię: quum primū ingreditur cōuentum Apostolorū, & eorum qui cum ipsis erat cōgregati (vt Lucas ait tali primū voce in gaudiū illorum tanquā suauissima cōsolatione intonuit? Nūquid casu talem saluationē adtulit victor mortis regressus ab inferis? Non vtique, sed pro certę rei significatione vocē hanc addidit. Quid enim? Nōne inimicitias quę hactenus inter Deum & homines fuerāt tunc primū in carne sua soluerat, & idcirco perulerat mortem, vt genus humanum Deo reconciliaret?

¶ Igitur quia peccata nostra pertulerat in corpore suo super lignum, & quia chyrographum peccati de medio tulerat adligens cruci, & expolians principatus & potestates traduxerat confidenter, palam triumphans in semetipso, rectē hīc dominus cum victoria referens, ubi stetit in medio discipulorum, dicit: Pax vobis.

¶ Sanē reipub. principem vel maximē decet vt subditos habeat in pace. Christus autē qui est rex regum, & dominus dominantium, in vita pariter & post mortem pacem cōmendauit. Ipso etiam nascente pacem angeli nuntiabāt dicētes: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Pacem ipse per Apostolos nunciari pręcepit, dicēs: In quęcunque domum intraueris, primū dicite: Pax huic domui. Proinde in vltima illa cęna pacē suam testamenti vice discipulis commendans ait: Pacem

Luc. 2.

Ioan. 14:
Eph. 2.

Zacha. 9

relinquo vobis, pacē meam do vobis. Et quia ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum, etiam pacem gentibus per Apostolos suos, prędicauit, iuxta quod prędixerat Zacharias dicens: Loquetur pacem gentibus.

Pax tri-
plex per
christum
Roma. 1.

Eph. 2.

¶ Porro meditato re Christo triplex nobis pax puenit videlicet pax cū nobis ipsis, pax cū pximo, pax cū Deo. De prima psal. dicit: Audiā quid loquat in me dominus Deus, quoniā loquetur pacem in plebem suā. Et vndē rursus per Apostolum dicitur: Gloria, honor & pax omni operanti bonum. ¶ De secūda pace per eundē Apostolum dicitur, quod iam citatū est: ipse est pax nostra qui fecit vtraq; vnum, & post pauca: Vt duos, inquit, condat in semetipso in vnū homi-

ominem, fa-
leos & gen-
trem inter
Et mox de t
ut venie
ni longē fu
adē ad nos
ete, summa
ut Elaias, d
na in te spe
mus: Quis
Deo superbi
Ded vt ait A
uenire, qu
erit habet
esse cum C
pax, beatus
pedit & fr
ho est, & fili
te non ha
Proinde eti
rari. Siqui
quum cęte
sue natur
om, nimir
lor dolend
re confortil
homine pe
mo degene
lissima cō
mano gene
que lachrym
iam serpe
gnatus mir
rior eripui
itauit aper
tica tigris a
petuam, sa
homines
audiant,

hominem, faciens pacem, ut reconciliet ambos (id est, Iu-
deos & gentiles prius dissidentes) in corpore Deo, per
pacem interficiens inimicitias in semetipso.

Est mox de tertia pace quæ est hominis cum Deo, subie-
ctæ est veniens Euangelizavit pacem, videlicet cum Deo, vobis
qui longe fuistis, id est, gentibus, & pacem iis qui prope. Et
videtur ad nosmet ipsos, ad proximos, & ad Deum pacem ha-
bere, summa quædam omnium honorum est. Domine, in-
quit Esaias, dabis pacem nobis. Et idem: Seruabis pacem,

Esai. 37.

quia in te sperauimus. Non autem est pax impiis dicit Do-
minus: Quis enim resistit Deo & pacem habuit? Resistunt
Deo superbi, quæ ob rem inter superbos semper iurgia sunt
(sed ut ait August.) non poterit ad hereditatem Domini
peruenire, qui testamentum pacis noluerit obseruare: nec
poterit habere concordiam cum Christo, qui discors volue-
rit esse cum Christiano. Hinc etiam ait idem beatus August.

Iob. 3.

*Qui pacem
non habet.*

Pax, beatus qui te habet, maledictus qui te odit, & qui te
perdit & frangit inter homines, quoniam talis Antichri-
stus est, & filius perditionis. O pax, qui te habet teneat,
qui te non habet perquirat, si filius Dei esse peroptat.

*In episto-
la ad he-
remitas.*

Proinde etiam ipsa natura ad pacem hominis videtur
ordinari. Siquidem homo naturaliter est animal mansuetum.
Cetera animalia rostris, unguibus, cornibus, den-
tibus, acie natura armauerit, hominem solum producit iner-
tem, nimirum ostendens esse debere mansuetum. Sed prohi-
bita dolenda peruersitas. Animantia cetera cum suæ na-
turæ consortibus pacem habent, at verò homini maxima
perniciosa est. Quo patet quantum à natura sua
degenerauit. Unde quidem ait:

*H
Natura
ut pacem
suadet.*

mississima corda

Iuuenalis

omni generi dare se natura fatetur

lacrymas dedit, hæc nostri pars optima sensus.

Et post pauca:

Etiam serpentum maior concordia, parci-
tatis miraculis similis fera, quando Leoni
viam eripuit vitam Leo? quo nemore unquam
aperit aper maioris dentibus apri?

*Homines
feris dete-
rioriores.*

Et tigris agit rabida cum tigride pacem
perpetuam, sæuis inter se conuenit Ursis.

Hebr. 13

homines pacis expertes, feris deteriores sunt. Apo-
stoli audiant, dicentem: Pacem sequimini cum omnibus &

HH ij fan-

DOMINICA

Roma. 12. sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Et iterum a-
Matt. 5. libi: Quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem
2. Cor. 13 habetes. Deus enim pacificis semper adest. Et quid ni ad-
 sit suis filiis pater? Beati, inquit, pacifici, quoniam filij Dei
 vocabuntur. Itaque pacem habete, & Deus pacis & dile-
 ctionis erit vobiscum.

¶ Circa quartum, quod est benigna manuum &
 lateris ostensio, subditur:

Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus.

I ¶ Quare ostendit manus & latus, insuper & pedes (vt Lucas
cur ostē- testatur) nisi vt existimantibus se spiritum videre, verum
dit man⁹ corpus assignaret discipulis, & in vero corpore verisque
& latus. membris verum præsentaret liuorē effectiuum nostræ pa-
Esa. 53. cis? Nam disciplina pacis nostræ super eum, cuius liuore sa-
 nati sumus. Hęc disciplina in manibus pedibusque & late-
 re non solum oculis conspicua, sed & contrectabilis per
 clauorum & lanceæ vestigia apparebat.

Beda ¶ Itaq; resurrectionē suam certā & veram multis & variis
 documētis persuadere dignatus est, propter ædificandam
 fidem, & fugandam de corde perfidiam, omnemque dubi-
 tationē de sua resurrectione tollendam. Parum fuit oculis
 se videndū præbere, si non præberet etiā manibus contrec-
 tandum. Qui dum palpanda (secūdum Lucam) discipulis
 ossa carnemq; præmonstrat, apertè statū veræ resurrectio-
 nis quæ in se facta, & in nobis est futura, significat.

¶ Neque huic assertioni putetur Apostoli sermo repugna-
1. Cor. 5. re, quo ait: Quia caro & sanguis regnū Dei nō possidebūt.
Caro & Hoc enim loco Apostolus carnis & sanguinis nomine, nō
sanguis vt substantiam veri corporis, sed corruptionē mortalitatis si-
& quino: e gnificat, sicut ipse cōsequenter exposuit dicēs: Neq; corru-
tripliciter ptio incorruptelā possidebit: Aliter nāq; caro in scriptura
dicantur. sacra iuxta naturā, aliter iuxta culpam, aliter iuxta corru-
 ptionem mortalitatis quæ ex culpa contigit appellatur.

Gene. 2. ¶ Iuxta naturam quidem quum dictum est: Hoc nunc os
 ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et illud: Et verbum
 caro factum est, & habitauit in nobis.

Galat. 5. ¶ Iuxta culpam verò quum dicitur: Caro cōcupiscit aduer-
 sus spiritum, & spiritus aduersus carnem.

¶ Iuxta corruptibilitatem autem quum scriptū est: Et re-
 cordat⁹ est quia caro sunt, id est, fragiles & moribūdi. Hoc
 enī carnis noīe se designasse manifestat ipse Psalmista, qui
 pro-

notinus ad
 Dei caro nō
 iure: Et tan-
 turā. Q
 uenda pal
 ram gloria
 raudabor p
 Notandum
 fidem spe
 teridere. Si
 ta à Iudæis
 ga celo se
 eū vestra de
 Quibus resp
 immortalita
 quido volun
 it. Neq; en
 tur minor
 gna qui m
 ortis regn
 Primò vid
 tionis adst
 bar confir
 iam prid
 opulis loqu
 ma ego ipse
 Secundo v
 pro mort
 ces patri: E
 inquit, in
 mp viuēs a
 Moannē di
 Christū iustu
 Tertio vt s
 propositi
 nob; miseri
 sed dicant qu
 nā in æternū
 teritæ quer
 solit⁹ est me
 itæ suū vt ni

protinus addit: Spiritus vadēs & nō rediens. Regnū itaque
 Dei caro nō possidebit, id est, caro iuxta culpā vel morta-
 litatē. Et tamen caro possidebit regnū Dei, id est, caro iux-
 ta naturā. Quā & dominus, vt dictū est, post resurrectionē
 ostēdenda palpandamq; discipulis exhibuit. Et de qua B. Iob
 gloriam resurrectionis describeret ait: Et rursus cir-
 cumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum.

Iob. 19.

(Nocandum est, q; gentiles nobis solēt calumniā struere
 & fidem speratā à nobis resurrectionis stulta garrulitate
 deridere. Si enim ipse deus vester, inquit, nec sibi infli-
 cta à Iudæis vulnera curare prævaluit, sed cicatricū vesti-
 gia celo secū (vt dicitis) inuexit, qua temeritate putatis
 eū vestra de puluere mēbra ad itegrum esse restauraturū.
 Quibus respōdendū est, quia Deus noster qui suā perpetua
 immortalitate glorificatā de sepulchro carnē resuscitare
 voluit & quō voluit, potuit etiā qualē voluit suscita-
 re. Neq; enim consequens est, vt qui maiora fecisse pro-
 cur minora facere nequiverit. Sed certā dispensationis
 gratia qui maius fecit, min⁹ facere supersedit. Hoc est, qui
 mortis regna destruxit, signa mortis obliterare noluit.

K
 Contra gē-
 tiles fidem
 nostrā ir-
 videntes.

Primò videlicet, vt per hęc discipulis fidem suā resurre-
 ctionis adstrueret. Per hoc enim q; vestigia vulnerū osten-
 debat confirmavit utiq; q; ipse idē à morte resurrexerat
 etiam pridem in cruce pendebat. Vndē apud Lucam di-
 scipulis loquens ait: Videte manus meas & pedes meos,
 quia ego ipse sum.

Cur signa
 passionis
 christus
 seruauit.

Secundò vt patri pro nobis supplicās, quale genus mor-
 tis pro mortalium vita pertulerit, semper ostendat quasi
 dicens patri: Respice in faciē Christi tui. vndē. Apost. Salua-
 re inquit, in perpetuū potest accedēs p̄ semetipsū ad Deū
 semp̄ viuēs ad interpellādum p̄ nobis. Et vndē rursus per
 Ioannē dicitur: Aduocatum habemus apud patrē Iesum
 Christū iustū, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

Tertiò vt sua morte redēptis quā misericorditer sint ad-
 mōniti propositis semper eiusdem mortis innouet iudiciis, i-
 tem misericordias domini in æternū cātare non cessent,
 sed dicant qui redēpti sunt à domino, quoniā bonus, quo-
 niā in æternū misericordia eius. Vndē ipse per Prophetam
 querelę dicētis. Dereliquit me dominus, & dominus
 obliuiscit nomen eius. Nūquid potest mulier obliuisci in-
 teritū suū vt nō misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fue-

Heb. 7.
 1. Ioan. 2.
 Esai. 19.

DOMINICA

rit ego tñ nō obliuiscartui. Ecce, iquit, in manib⁹ meis descripli te. Hęc descriptio quid aliud est q̄ plagæ crucifixi?

L *Christo sua vulnera ad gloriam.*
 ¶ Quarto propter sui triumph⁹ gloriam, vulneratus enim vicit, & occisus triumphauit. Nequaquã igitur ei ad ignominiam vulnerũ superfuere cicatrices sed magis ad gloriam. Vbi est notandum quod tres ob causas est vulnus ad ignominiam, videlicet. Primò ex impotentia resistendi. Secundo ex imperitia curandi. Tertio quando vulnus aut cicatrix infligitur ex vicio delinquendi.

¶ Sed Dei filius nō impotētia resistendi vulneratus est, qui totã inimicorũ suorũ cohortē vno verbo in terrã prostrauit, cuius animã nemo tulit à se, sed potestatem habuit ponendi animã suã, & iterũ sumendi eã. Sed ex ignorãtia curandi vulnerũ suorũ vestigia seruauit, qui nō modo qualescunq; infirmos verbo sanare, sed etiã mortuos nouerat suscitare. At multò minus ex ignominia delinquēdi vulnerũ cicatrices retinuit, qui peccatum non fecit nec inuēctus est dolus in ore eius. Quē etiã ab omni peccato fuisse immunem perhibet ei⁹ proditor dicēs: Peccauit tradēs sanguinē iustũ, & Pilatus iudex iniquus, dicens: Nullã in eo inuenio causam ex his in quibus eum accusatis. Vulnerat⁹ ergo est propter iniquitates, non suas sed nostras, attritus est propter scelera nostra. Itaq; vulnerum cicatrices Christo ad gloriam relictas esse euidentius patet similitudine.

Joan. 10.
1. Petr. 2.
Matt. 27
Luc. 23.
Similitudo notabilis.
 ¶ Si enim miles aliquis fortissimus iubēte suo rege pro totius gētis salute singulari certamine defudã, multis quidē vulneribus exceptis, hostē tamē interficiat, spolia ei⁹ diripiat, victoriam suæ genti reportet, & interrogatus à medico cui curandus committitur, ita ne velit curari vt nec vestigia vulnerũ vlla resideant, an magis ita vt cicatrices quidem remaneant, deformitas verò prorsus omnis & sceditas absit, respondeat se potius ita velle sanari vt toto salutis decorisq; pristini statu recuperato, perpetua secum tanti circumferat signã triumph⁹: Sic profectò Dominus perpetis ob signum victoriæ, non excepta pro nobis vulnera passionis, sed ipsorum cicatrices cœlo inferre, quã abolere maluit. Nec tamen ex his quidpiam fidei nostræ resurrectionis prejudicat, de qua veraci promissione prædicatur: Et capillus de capite vestro non peribit.

Luc. 21.
 ¶ Quintò propter impietate reproborũ confutandã, videlicet vt reprobis in iudicio quã iustē dāentur, ostēsa in-

ter alia flag
 tate denun
 ponam vel
 est fidem sp
 yssionis in
 tus est in
 lere. Scilic
 mortuus est
 videantq;
 gan se supe
 uit Aug.) i
 is dicat sic
 mouincens
 tis, videtis
 paguistis,
 nec intrare
 Propter vo
 delusus, &
 anarum fru
 redempti
 vstra quam
 per omnia
 vos me or
 ram verus m
 e disposui a
 vos parue
 discipulis ad
 tendit Euan
 Gausi su
 Quia ante
 mltiã habe
 strum, & g
 tam promi
 mandine la
 gure discipu
 menti abund
 lacas: Adhu
 re gaudio.
 Dicit er
 illa iteratio
 super pacem

et alia flagitia etiam vulnerum quæ ab eis suscepit cica. *Impij vt*
 tate denunciaret. Sicut enim post resurrectionem suam cla. *confutadi*
 porum vel lanceæ loca pandendo, discipulorum dignatus
 est eisdem spemq; roborare, ita in die iudicij, & eadem suæ
 passionis indicia, & ipsam pariter crucē monstrando ven-
 turus est impietatem superbiorum infidelitatemq; cōfun-
 dere. Scilicet vt ipsum se esse qui ab impiis & pro impiis
 mortuus est, cunctis palam angelis & hominibus ostendat
 videantq; (vt scriptum est) in quem pupugerunt, & plan-
 gant se super eum omnes tribus terra. In iudicio enim (vt
 dicit Aug.) inimicis sua vulnera demonstraturus est non vt
 eis dicat sicut Thomæ, quia vidistis me credidistis, sed vt
 convincens eos veritas dicat: Ecce homo quem crucifixi-
 lis, videtis vulnera quæ infixistis, agnoscitis latus quod
 pupugistis, quoniam per vos & propter vos apertum est,
 ac intrare voluistis. Et Chrys.

Propter vos homo factus sum, & propter vos alligatus,
 & delusus, & cæsus, & crucifixus, vbi tantarū mearum in-
 iuriarum fructus? Ecce precium sanguinis mei quem dedi
 in redemptionem animarum vestrarum. Vbi est seruitus
 vestra quam pro pretio sanguinis mei debuistis mihi? Ego
 propter omnia vos dilexi quum essem Deus apparēs homo
 propter vos me omnibus rebus vestris viliores habuistis. Ego
 sum verus mediator Dei & hominum, videte quanto labo-
 re disposui amicitiam inter vos & Deum patrem meum,
 & vos paruididistis. Cæterum quid consequuturum sit in
 discipulis ad tam conspicuam domini manifestationem o-
 stendit Evangelista, quum subdit:

Gausti sunt ergo discipuli viso domino.

N

Quia ante mortem suam dixerat eis: Vos quidem nunc *Promissio*
 tristitiā habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor *nū imple-*
 vestrum, & gaudium vestrū nemo tollet à vobis, ideo hoc *tio.*
 quum promissum voluit adimplere, vt qui præ tristitiæ ma-
 gitudine lassifuerant in gaudio respirarent. Gausti sunt
 discipuli viso domino, sed in eiusdē gaudij sui vehe-
 menti abundantia fluctuantes, necdū credebant, Ait enim *Luca. 24a*
 Lucas: Adhuc autem illis non credentibus, sed mirantibus
 gaudio. Sequitur:

Dicit ergo eis iterum: pax vobis.

pax super

ista iteratio, pacis cōfirmatio est. Dat enim Deus pacem *pacem*
 super pacem, quia piorum pax & hīc est & in futuro

HH iij

Hcū

Hæstantibus itaque & difficulter accipiētibz discipulis quod annūciabatur, pacem ingerit, pacem (inquam quam non nisi credendo suscipere quis possit. Non enim nisi credendo reconciliamur Deo per mortem filij sui.

¶ Circa quintum, quod est, ad instar ipsius Christi discipulorum missio, subditur:

Sicut misit me pater, & ego mitto vos.

O ¶ Quæ iterum dixerit eis pax vobis, manifestat quomodo dicitur: Sicut misit me pater & ego mitto vos. Quomodo enim vel ad quid misit filium pater, nisi ut inter Deum & homines pacem faceret? Et quomodo vel ad quid suos in uniuersum mundum mittit filius prædicatores, nisi ad hoc ut inimicos Deo reconciliet homines? Hoc enim attendens Apostolus ait: Omnia autē ex Deo, qui reconciliauit nos sibi, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbū reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, eā quam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo reconciliamini Deo.

¶ Itaq; si quæras ad quid filiū suum miserit pater, De⁹ (inquit) erat in Christo mundū recōcilians sibi non reputans illis delicta ipsorum. Si quæras, quid est, ita & ego mitto vos & posuit, inquit, in nobis verbo reconcilians, pro Christo legatione fungimur, & obsecramus pro Christo recōciliamini Deo. Itaq; quomodo semel & iterū dixisset pax vobis, ut insinuaret pacem se fecisse illis, & pacem per illos mittere nobis, sicut, inquit, misit me pater & ego mitto vos.

*Gregori⁹,
ad tribulationes
electi destinantur.*

¶ Ad hæc, sicut misit me pater, Deus, Deum, & ego homo, mitto vos homines. Pater filium misit, qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Quem videlicet in mundum venire ad passionem voluit, sed tamen amauit filium quē ad passionē misit. Electos verō Apostolos dominus nō ad mūdi gaudia, sed sicut ipse missus est ad passiones in mundum mittit. Quia ergo & filius amatur à patre, & tamen ad passionem mittitur, ita & discipuli amantur à domino, qui tamen ad passiones miteuntur in mundum. Itaque rectè dicitur: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, id est, ea charitate vos diligo, quomodo inter scandala persecutorum mitto, qua me charitate pater diligit quem venire ad tolerandas passiones fecit.

¶ Circa

¶ Circa sextum
sancti datio

Hæc quæ
spiritum
tantur eis;

¶ Manifeste
nō, quæ p
per quod q
querent
quorum, in
era. Ergo p
est, & ita re
¶ Proinde s
ate sublim
dit pater, re
nihilominu
rerum dicer
ur, pax vob
puli sui Ecc
flos omnes
dentem pac
fios, id est, r
uitaui, dice
¶ Insufflauit
Secundū Au
tia spiritus s
enim ostend
sed etiam à
viventis, inf
tem esse sp
nia, iuxta qu
suffla super
¶ Itaque fia
Christus att
ctus, sed cor
digebar ut s
reccionem t
¶ Proinde q

Circa sextum, quod est, ad insufflationem domini spiritus sancti datio, subditur:

Hæc quum dixisset, insufflauit & dicit eis: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittantur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.

spiritus sanctus in remissionem peccatorum datus.

Manifestè hic de illa pace agitur, quæ est remissio peccatorum, quæ primū & maximum est spiritus sancti donū, propter quod quum dixisset, accipite spiritum sanctum, quasi quærenter, in quo accipiemus illum, statim subiungens, quorum, inquit, remiseritis peccata, remittuntur eis, & cætera. Ergo pax ista (vt iam dictum est) peccatorum remissio est, & ista remissio, spiritus sancti acceptio est.

Proinde suscipiant montes (id est, Apostoli sancti, dignitate sublimes) pacem à rege Christo, cui omne iudiciū dedit pater, rege, inquam, semel dicente, pax vobis, suscipiant nihilominus pacem populo videlicet Euangelizandam, iterum dicente illo pax vobis: Idcirco semel & iterum dicit, pax vobis, videlicet, quia & per semetipsum prioris populi sui Ecclesiam, scilicet patriarchas, prophetas, & electos omnes, à primo Abel vsque ad latronem in cruce pendentem pacificauit, & Deo reconciliauit, pauperes autem suos, id est, nos gentiles, per Apostolos ad eandem pacem intulit, dicens eis: Sicut misit me pater, & ego mitto vos.

12 de tri. Cur dominus insufflauit.

Insufflauit, inquit, & dixit eis: Accipite spiritum sanctum secundū Aug. ille corporeus Christi flatus nō fuit substantia spiritus sancti, sed congruū suæ missionis signū. In hoc enim ostensum fuit spiritum sanctum non tantum à patre sed etiam à filio procedere. Rursus, quia flatus non est, nisi uiuentis, insufflando se viuere Christus ostendit, & uiuentem esse spiritus sancti substantiam, cuius virtus uiuificat omnia, iuxta quod in Ezechiele scriptum est: Veni spiritus, & suffla super interfectos istos, & reuiuiscunt.

Ezech. 37

Itaque flatus quem mortalis adhuc & passibilis homo Christus attrahebat & reiciebat ore suo, non spiritus sanctus, sed communis erat aer, quo iam immortalis non indigebat vt spiraret, nec nos indigebimus in illo post resurrectionem seculo, vbi vita incorruptibilis est.

Proinde quamuis potestate spirare corporaliter, sicut & man-

*christus
iã immor
talis vt spi
rauit.*

manducare vel bibere, quum non egeret, potuit, non tamen putandum est quòd vñdecim Apostolos & omnes qui cum ipsis congregati erant obambulando singulatim cuiq; insufflauit, aut quòd stas in medio eorū vno anhelitu tam grandem flatum emiseric, vt cunctos simul corporaliter adflaret, & hoc flatu tactis dixerit, accipite spiritum sanctum.

Gene. 2.

¶ Ergo sic potius insufflauit, nō quo modo homo, sed quomodo Deus, qui & ante quā homo fieret insufflasse legitur Formauit enim Deus hominē de limo terræ, & inspirauit, siue (vt septuaginta habēt) insufflauit in faciē ei spiraculū vitæ. Qui ergo tūc insufflauit vt fieret homo in animam viuentem, nunc idē insufflauit, vt anima viuētis hominis acciperet spiritum sanctū, & ad intelligendū scripturas sensum haberet apertum. Sic enim Lucas hoc ipsum narrat, quia tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.

¶ Quorum remisistis peccata (inquit) remittuntur eis, Vbi est notandum secundum Augustinum, quòd Ecclesia nō modò baptizando (vt dixerant quidam) sed etiam iudicando & absoluendo peccata dimittit. Ait enim: Ecclesiæ charitas, quæ per spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, participum suorum peccata dimittit. Eorum autem qui non sunt eius participes tenet. Ideo post quā dixit, accipite spiritum sanctum, continuò de peccatorum remissione & retentione subiecit.

*Gregori⁹.
Dignitas
ingens col
lat a homi
nibus.*

¶ Vbi etiam sciendum est, quòd discipuli qui prius spiritum sanctum habuerunt, vt & ipsi innocenter viuerent, & in prædicatione quibusdam prodesent, idcirco hunc post resurrectionem domini ratenter acceperunt, vt prodesse non paucis sed pluribus possent. Libet ergo intueri illi discipuli ad tanta onera humilitatis vocati, ad quantum culmen gloriæ sint perducti. Ecce non solū de semetipsis secuti sunt sed & principatum superni iudicij sortiuntur, vt vice Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxēt. Horum nūc in Ecclesia Episcopi locū tenēt, soluēdi ac ligādi autoritatē recipiūt qui gradū regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed graue pōdus istius est honoris. Durū quippe est, vt qui nescit tenere moderamina vitæ suæ, iudex sit vitæ alienæ. Et plerunque contingit vt hunc iudicij locus teneat, cui ad locum vitæ minimè concordat, ac proinde sæpe agitur vt vel damnet immeritos vel alios ipse ligatus

gatus

gatus soluat, sæpe in soluendis subditis ac ligandis suæ voluntatis motus, non autem merita sequatur. Vndè fit vt ipsa hac ligandi ac soluendi potestate se priuet, qui hanc profanis voluntatibus & non pro subiectorum moribus exercet. Sæpe fit vt erga quemlibet proximum odio vel gratia moueatur pastor. Iudicare autem dignè de subditis nequeunt, qui in subditorum causis, sua, vel odium vel gratiam sequuntur.

Vndè rectè per Prophetam dicitur: Mortificabāt animas quæ non moriuntur, & viuificabant animas quæ non viuūt. Non morientem quippe mortificat, qui iustum damnat: & non victurum viuificare nititur, qui reum à supplicio absoluere conatur. Causæ ergo pensandæ sunt, & tunc ligandi atq; soluendi potestas exercenda. Videndum quæ culpa aut quæ sit pœnitentia sequuta post culpam, vt quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pœnitentis sententiæ absoluat. Tunc enim vera est absolutio pœnitentis, quum interni arbitrium sequitur iudicis.

(Cauendum ergo eis, quorum huiusmodi officium vel potestas est, ne ligent nisi mortuum, neque soluant nisi voce confessionis significante rediuuum eundem esse de sepulchro productum. Nam si pro animo suo illum ligent, hunc mortuum soluant, videlicet condemnantes iustum & viuificantes impium, ipsi illa non sua, sed Christi potestate se priuant. Et viuentem quidem ligando sic mortificare nequeunt, mortuum autem soluendo, non solum non viuificant, verum etiam factorem cunctorum naribus inoperant.

Nequaquàm tamen vitium sacerdotis, dignitati & efficacia præiudicat mysteriorum. Vndè & si vita sacerdotis etiam valde fuerit destractibilis, in nullo tamen lædens est ea quæ comissa sunt à Deo. Non enim sacerdos, sed neque angelus, neque archangelus operari aliquid potest in his quæ sunt data à Deo, sed pater, & filius, & spiritus sanctus omnia dispensant. Sacerdos autem suam linguam & manum tribuit. Non enim esset iustum vt aliena malitia in aliquo læderet sacramenta Dei percipientes.

De hac potestate & illud pendet quod a libi dicit: *Quæcunq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo.* Quæ tamè potestatem nō ante passionem suam dedit, sed tantum

R
Chryf.

sacerdotis
vitium sa-
cramento
non præiudicat.

Mat. 18.

pro.

*Potestatem
Christus
promisit, post
dedit.*

promisit, sicut Petro manifestus de futuro loquens & tibi (inquit) dabo claves regni cœlorum. Vbi de ligando, vel absoluendo potestatem promisit. Hic autem, id est, post resurrectionem suam de eo quod prius vel melius est, id est, de baptizandis omnibus in remissionem peccatorum, regulam tradit. Ex tunc enim una sancta catholica Ecclesia per orbem baptizando in nomine patris, & filij, & spiritus sancti peccata remittit. Et non vana fides, quia non minus peccata remittuntur eis quos baptismo abluens, nunc per ministros suos incorporat sibi, quae remissa sunt eis qui iam in Ecclesia siue viuentes siue defuncti erant, quando Christus hora mortis sanguinem de suo corpore fundens, omnium in se credentium peccata lauit.

*Potestas
Ecclesie.*

¶ Dicat itaque: Sicut misit me pater & ego mitto vos, id est, quam ego de remittendis peccatis potestatem à patre secundum hominem accepi, eandem per omnia do vobis & vos quę cunque peccata remiseritis, remissa sunt cœlo & in terra. Hoc est precipuum & magis necessarium spiritus sancti datum, scilicet in remissionem peccatorum. Nam aliud datum est, quo die Petre costes idem spiritus sanctus datus est in diuersarum ornamenta gratiarum, sed illud omnibus equaliter datur, ut baptizati à peccatis omnes iustificemur. Istud autem dispari gratia distributum est, operante in singulis eodem spiritu, & diuidente pro ut vult. Ceterum sicut non solum à patre, sed etiam filio spiritus sanctus procedit, sic non semel, sed bis pro diuersis effectibus dari illum oportuit. A filio namque in remissionem peccatorum procedit, prout Euangelista manifeste hoc verbo expressit dicendo, insufflauit & dicit eis. Accipite spiritum sanctum. Nam insufflauit, id est, de seipso procedentem dedit. Quod autem à patre procedat, adstruere opus non est, vnde nec etiam Græcorum aliquis dubitare solet, licet de filio non illum procedere quidam illorum dixerint.

*S
spiritus
sanctus ut
bis datus.*

*Quando
in remissionem
peccatorum
datus*

Gregori.

Ioan. 7.

¶ Et quidem prius quam filius in hunc mundum venisset, diuersarum distributione gratiarum antiquis sanctis datus est, sed nondum ulli in remissionem peccatorum, quod nunquam fieret, nisi prius idem pontifex noster sacrificium se pro nobis obtulisset. Itaque spiritus sanctus qui ante discipulorum mentibus inerat ad fidem, manifesta datione in remissionem peccatorum non nisi post resurrectionem datus est, iuxta quod scriptum est: Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus.

HO

T
In hac
standa r
veritate
parente
et post
¶ Circa p
li absent
fidentis
¶ Circa p
cum non e
duodecim
essent re
rar, & qu
duodecim
¶ Qui di
citur gen
quia gen
resurrexi
quando
rar. Duob
cet, à ma
istud dar
¶ De pr
rum Israe
Dathan &
tant peri
involuan
sorsio sep
apparere
quam eo
Dei. Od
sedebo. I
sanctus e
deranda
Prima ef

HOMILIA ALTERA.

Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Ioannis vigesimo.

(In hac lectionis Euangelicæ parte duo nobis quæ tractanda restant insinuantur. Vnum est, absentis Apostoli de veritate dominicæ resurrectionis dubitatio. Alterum, apparente rursus Christo, dubitantis in fide confirmatio, ibi: Et post dies octo.

(Circa primum duo sunt consideranda. Vnum est, Apostoli absentis prouisa secessio. Alterum, de resurrectione diffidentis incredula obstinatio, ibi: Dixerunt ergo.

(Circa primum dictum est: Thomas autem vnus ex duodecim non erat cum illis quando venit Iesus. Thomas vnus de duodecim dicitur, tametsi per casum Iudæ undecim tantum essent relictæ, quia duodecim esse Apostolos Deo disposuerat, & quia duodecim fuissent electi à Christo, & etiã quia duodecim futuri erant per electionem Mathiæ.

(Qui dicitur Didymus, inquit, Didymus Græcè Latinè dicitur geminus, quod cognomine idcirco Thomæ congruit, quia gemino sensu, id est, visu & tactu veritatē dominicæ resurrectionis voluit experiri. Non erat, inquit, cum eis quando venit Iesus. Absens ergo erat, à cæteris se diuise. Duobus verò modis contingit à cæteris diuidi. Videlicet, à malis hominibus, & à bonis. Illud commedabile est, *Separare se contingit dupliciter.* istud damnabile. *Num. 16*

(De primo dictum fuit per Moysen multitudini filiorum Israel: Recedite à tabernaculis impiorum (videlicet Dathan & Abiron qui non consueta morte hominum erant perituri) & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. A malorum quippe consortio separari debet, qui Christum sibi per gratiam cupit apparere. Vndè melius est pati hominum malorum odium, quam eorum habere consortium. Ait vir secundum cor Dei. Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impiis non solebo. De secundo per Psalmistam dicitur: Cum sancto sanctus eris: Sicut enim mala societas vitanda est, ita desideranda est societas bona, propter multiplicem utilitatem. Prima est accensio charitatis. Nam & extinctus carbo rursum

DOMINICA

B sus accenditur, si carbonibus ignitis fuerit adiunctus. Bonorum ergo quare societatem. Si enim fueris socius conuersationis, eris & cōfors. Vndè Apost. Saluatus, inquit, est vir infidelis per mulierē fidelem. Si enim fuerint duo, fouebuntur mutuo. Vnus autem quomodo calefiat? Secunda utilitas est subleuatio ruentis. Si enim vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Vt soli, quia quū ceciderit, nō habet subleuantē se. Malū enim quod nemo videt, nemo arguit, & securus accedit tentator, vbi nullus timetur reprehensor.

Matt. 18

Vbi duo vel tres fuerint cōgregati ī nomine meo, tibi sum in medio eorū. Venit enim ipse & stetit in medio eorū, id est, discipulorū, qui in nomine suo erāt cōgregati. Quibuscum, quia Thomas non erat, & desiderata domini apparitione fraudat⁹, & per totos octo dies permāsit incredulus.

societatis bonorum multiplex utilitas. Ibidem. Roma. 35

¶ Quarta utilitas est orationis exauditio, dicente domino in Euangelio: Dico vobis, si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quācunq; petierint fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Multò magis ergo si magna fidelium multitudo vnanimiter orando quidpiam postulauerit, exaudietur. Vndè & Apostolus Paulus fidelium precibus petit adiuuari, dicens: Obsecro vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum. Impossibile est enim multorum preces (modò piè precentur) nō exaudiri. Itaque commendatam nobis intelligamus veritatem, & veritam diuisionem. Fit autem diuisio per infidelitatem, per hereses, per excōmunicationem iultē in contumaces prolatam, per discordiam denique per superbiam, sicut ille se diuisit à cæteris qui superbia tumens, ait: Non sum sicut cæteri homines. Porro, palmes abscissus arefcit, & in ignem mittitur, & ardet.

Ioan. 19. Thomæ absentia vt prauisā.

¶ Sanè inter hæc nemo putet electi apostoli Thomæ Christo apparente fortuitam fuisse absentiam, sed prouisam. Vndè Gregorius: Non, inquit, casu gestum est, vt electus ille discipulus tunc deesset, post veniēs audiret, au diēs dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet. Non hoc casu, sed diuina dispensatione gestū est. Egredis namq; miro modo superna clementia, vt discipulus dubitans, dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidem

dem

dem, quam fides credentium discipulorum profuit, quia
 dum ille ad fidem palpando reducitur, nostra mens omni
 dubitatione postposita in fide solidatur.

(Circa secundum, quod est de Christi resurrectione diffi-
 centius incredula obstinatio, subditur:

*Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus dominum.
 Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram
 clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, &
 mittam manum meam in latus eius non credam.*

(Discipuli gaudentes de visione domini, & de condiscipu C
 Thomæ dolentes absentia dicunt ei: Vidimus dominum,
 & sicut à Petro à mulieribus, & à discipulis audiimus, ita
 & vidimus Ille resurrexisset dominum minimè credēs: nisi
 videro, inquit, & ves vidistis in manibus eius fixuram cla-
 vorum, & non modo visu, sed etiam tactu super ea re fue-
 ro certior, & mittam, inquit, digitum meum in locum cla-
 vorum, ita vt digito clavorum, loca scrutatus fuero, & mi-
 sero manum meam in latus eius quod læcea militis aper-
 tum fuit, non credam.

(Sic ad solam literam spectes quid est cur hic Apostolus Tho *Rupertus*
 mas plus cæteris redarguendus fuerit tanquam incredulus? *ceteros*
 nempe & ceteri nisi vidissent, imò & nisi palpasset, non *æque vt*
 credidissent. Nam & sicut præmissum est, quum dixisset: Pax *Thomam*
 vobis, ostendit eis manus & latus, & secundum Lucam non solū *dubitasse*
 dixit: Videte manus meas & pedes meos quia ego ipse sum,
 & palpate, inquit, & videte, quia spiritus carne & ossa non
 habet, sicut me videtis habere. Sed nec ista suffecerunt eis
 ad credendum. Nam subdit Lucas: Adhuc autem illis non
 credentibus, sed mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic
 aliquid quod manducetur? In quo igitur Thomas magis il-
 lud incredulus, si puram hinc tenere velis historiam, nisi for-
 sit quia iis qui viderant eum resurrexisse non credidit. Ni-
 mirum nec illi suis facile crediderunt oculis.

(Igitur in manu sapientiæ Dei sua facta bene disponen- *Thomas*
 te Thoma Iudaici populi figuram prætulit, qui à diebus *Iudaica*
 Apostolorum qui dominicæ resurrectionis primi testes fue- *populi ty-*
 runt, dicentes: Vidimus dominum (quod & nunc per os vni- *pas.*
 versalis Ecclesiæ dicere non desinunt) pertinaci duritia
 persistunt, & nisi viderint, non credunt. Itaque non tam Tho-
 mas ex cæterorum cõparatione Apostolorum quam Iudaicus
 popu-

populus incredulitatis arguitur ex gentium cōparatione. ¶ Nos enim non vidimus & credimus dicentes illi: Deus auribus nostris audiuius, patres nostri annunciauerunt nobis, Iudæi non credent, nisi Enoch & Helia præcurrentibus, terribilia viderint venturi iudicis indicia.

Malac. 4

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus,

& Thomas cum eis.

¶ Hic ponitur apparente rursus Christo dubitantis in fide confirmatio. Vbi quinque notantur. Primum est, temporis & loci cōsideratio. Secundum est, apparentis domini miranda dignatio, ibi: Venit Iesus ianuis clausis. Tertium est, Thomæ credentis fidelis cōfessio, ibi: Respondit Thomas. Quartum est, de iis quæ non videntur fidei commendatio, ibi: Dicit ei Iesus. Quintum est, miracula Christi describentis intentio, ibi: Multa quidem.

D ¶ Circa primum dictum est: Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus. Post dies octo intus erant discipuli, inquam, sed non in eisdem foribus. Intus erant, sed non Ierosolymis. Non enim arbitrandum est, quod toties in Galilæam ire iussi, per octo dies distulerint. Vbi ergo erant intus nisi in monte Galilææ quo abierunt (sicut refert Matthæus) sicut constituit illis Iesus?

Rupertus
appari-
tionis hu-
ius locus.

Matt. 28.

¶ Unde beatus Hieronymus: Post resurrectionem, inquit, Iesus in Galilæa conspicitur & adoratur, licet quidam dubitent. Tunc manifestius ostenditur Thomæ, & latus lancea vulneratum, & manus fixas clavis demonstrat. Quomodo vero intus si in monte erant? Videlicet quia ciuitas eius Nazareth in monte Galilææ sita erat, sicut habemus in Luca. Et venit Nazareth ubi nutritus fuerat. Et quod dixissent ei: Quanta audiuius à te facta in Capharnaû, fac & hic in patria tua. Postmodum repleti ira, duxerunt, inquit, illum ad supercilium montis super quem ciuitas illorum erat posita, ut eum præcipitarent. Ergo & in monte abierant, & intus erant, quia in Nazareth ciuitate Galilææ fortassis in domum Mariæ matris eius conuenerant.

Luc. 4.

¶ Circa secundum, quod est apparentis domini miranda dignatio, subditur:

Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit

dixit eis
tum tuum
tuam, &
sed fidel
¶ Venit
quod priu
omnia clau
leo: Si i
sed fecit
ut, destr
¶ Ingressu
non expe
nam quæ
aderat, ei
nam dix
misero ne
ter, & non
de vide, id
tarnem &
stantiã ve
stanciam v
tatis, qua
(Noluit a
sed que
sonem su
crepauit, v
¶ Porro in
era post r
quequam
immorali
le sit, nul
¶ Ceterum,
atoris, q
maneret se
ipsi disca
¶ Hanc latu
nos cordia
tus, innuit
mauit &
et sua niam

*dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digi-
tum tuum huc, & vide manus meas, & adfer manum
tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus,
sed fidelis.*

Venit, inquit, Iesus ianuis clausis, videlicet eodẽ modo E
quod prius, Vbi Augustinus. Quæris, inquit, & dicis: Si per *Quomo-
do p ostia*
ostia clausa intrauit, vbi est corporis modus? Et ego respõ
deo: Si super mare ambulauit, vbi est corporis pondus?
*clausain-
trate po-
suis.*
sed fecit illud tanquam Deus. Nunquid ergo quia resurre-
xit, destitit esse Deus?

Ingressus ergo clausis ianuis Iesus, inquit Chry. adstat, &
non expectat à Thoma interrogari, sed vt ostendat, quo-
nam quum ille ad condiscipulos iam pridem loquebatur
iderat, eisdem verbis vsus est. Quasi dicat Thomæ: Quo-
nam dixisti, nisi videro, & nisi manum meam in latus ei-
mifero non credam, & hoc te dicente, quum absens puta-
ret, & non viderer, præsens audiui, ecce infer digitũ tuum,
& vide, id est, experire manus meas non spiritum esse, sed
carnem & ossa, quæ, spiritus non habet, & tangendo sub-
stantiã veræ carnis noli esse incredulus, sed fidelis in sub-
stantiam veræ diuinitatis plenariè & corporaliter inhabi-
tatis, quæ carnem suam resuscitare potuit.

Noluit autem Dominus Apostolo Thomæ clam appare-
re, sed quemadmodum palàm & coram omnibus dubita-
tionem suam expresserat, ita & coram omnibus illum in-
terpauit, vt exemplo eius aliorũ nemo exinde dubitaret.

Porrò inter hæc nemo putet dominum quum ipsius vul-
nera post resurrectionem etiam recentia, pertractarentur
quicquam pensasse doloris. Erant enim vulnera illa in
immortali & glorioso iam corpore, quod quum impassi-
bile sit, nullius omnino capax est doloris.

Ceterũ, mirari est clementiã & dignationẽ domini Sal- *clementia
christi di-
gnatio.*
uatoris, qui tam sollicitè pro vna anima ne in errore per-
maneret seipsum vulneratũ ostẽdere dignatus est, vt hinc
et ipsi discamus nec minimũ aliquem debere contẽnere.

Planè latus vulneratũ ostendẽs, insinuat quãrd quãmque
nos cordiali dilexit amore. Et qui vulneratas ostendit ma-
nus, innuit vtq; quod non verbo & lingua, sed opere nos
amauit & veritate. Confossos denique pedes ostendit, qui
et sua nimia charitate peccatorũ nostrorum pœnas, qua

si grauiſſima quædam pondera in corpore ſuo portauit.

Grego.

¶ Sed dixerit aliquis: Qui fieri poteſt vt corpus glorificatū quod clauſis ingredi ad diſcipulos ianuſ poruit, mortaliū manib⁹ palpetur, quādoquidē corrupi neceſſe ſit quā palpatur, corp⁹ autē glorificatū eſt incorruptibile. Quōd autē do mini corp⁹ iam glorificatū nō modō viſum oculis, ſed etiā palpatū fuerat diſcipulorū manib⁹ Lucas (vt ſuprà memoratū eſt) oſtēdit, narrās dominiū Chriſtū dixiſſe diſcipulis: Palpate & videte quoniā ſpiritus carnē & oſſa nō habet.

*Chriſti
corpus vt
palpabile
& impal
pabile.*

¶ Sed intelligendum eſt, quia domini corpus poſt reſurrexionem & palpabile fuit per veritatem naturę, & ſubtile per effectum ſpiritualis potentię, Adhuc in corpore glorificato, Veritas eſt oſſis & carnis, os durū eſt & caro molliſ, ſed durum & molle obiecta tactus eſſe quis neſciat? Porro tangibile quū audis, duo tibi ſignificātur, videlicet quod poteſt immutare ſenſum tactus, & hoc quidem eſt perfectionis, & quod nō poteſt tactum noſtrum latere, & hoc eſt imperfectionis. Itaque corpus glorioſum poteſt ſe præbere tangibile, & a quē poteſt, tactum noſtrum latere & eſſe intangibile, prout vult. Tangi poteſt, quia verum corpus latere poteſt, quia per dotem ſubtilitatis poteſt organum tactus imperceptibiliter penetrare.

*Quæſtitas
vulnerū
Chriſti.*

¶ Cæterū ex eo quod à Chriſto Thomę Apoſtolo dicitur: Infer digitum tuum huc, nimirum in loca clauorū quibus ſacrę manus eius perfoſſæ fuerāt & quod adiecit: Et adſer manum tuam & mitte in latus meū, ſacrorum vulnerum magnitudo colligitur. Clauī enim qui manus confixerant tantæ fuerūt groſſitici, vt viri digitum adæquarēt, & tantæ amplitudinis fuit vulnus lateris, vt in illud mitri poſſet viri manus, quod inſinuās ſanctus Euangelista, ait: Vnus militū lancea latus eius aperuit. Aperuit, inquit, non ait: percuffit, aut vulnerauit, ſed aperuit, vt illic quodammodo oſtium vitæ panderetur in latere arcę veri Noe, nepe generis humani Saluatoris, quo intrare poſſent à perditionis diluuiio liberati. Ad hæc ſi intentionem eorum qui hoc vulnus mortuo iam domino inſlexerunt, intentionē, inquā, ſæuiendi crudelitate ferocē attēdas, non eſt quod dubites de vulneris magnitudine. Intendebāt enim crura frangere crucifixorum, vt ocīus expirarent, & tollerentur ne ſpectaculi horrore eorum paſchale ſabbatum quod erat poſtera die celebrandū ſœdaretur. Vndē ait Euangelista: lu-

Ioan. 19.

Ita ergo (quonia parafceue erat) vt nō remanerēt in cruce corpora sabbato (erat enim magnus ille dies sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorū crura & tollerentur. Et post pauca sequutus adiecit: Ad Iesum autē quū venissent, & viderent eum iam mortuū non fregerūt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit. Intendebant ergo si adhuc spirantem reperissent crura eius frangere, quorū exsaturandę fœlicitati dirum crucis non sufficiebat supplicium, nisi insuper & crurifragio necarent.

Noli, inquit, esse incredulus, sed fidelis. Quam graue peccatū sit incredulitas, quāmq; graui pœna feriendū (nempe mod. æternę vitę præcludat ingressum) beatus Ioannes Baptistā testatur dicens: Qui incredulus est filio, non videbit vitam æternam, sed ira Dei manet super eū. Hinc & Apost. Quibus, inquit, iurauit nō introire in requiē ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et videmus quia nō potuerūt introire propter incredulitatem: Ait ergo ad Thomā dominus: Noli esse incredul⁹, sed fidelis. Manifestū est eum cui hoc dicebatur dominicę resurrectionis fidē non habuisse, sed fuisse incredulum & fidelē. Quid opus est ergo, tantopere apostolo Thomę velle gratificari vt cōtra Euangelicam veritatē dicatur nihil prorsus de Christi resurrectione dubitasse? Horum ipse sanctus Apost. nō eget mendacio. Sed potius opus habemus sanctorum precibus & eorum exemplis informari. Quōd si quæras cur interdum permittit Deus sanctos & electos in damnabilia peccata ruere, sicut de Apostolis patuit, qui in nocte dominicę passionis omnes in scandalū passi sunt, & præcipuē in Sancto Thoma qui totis octo diebus permansit incredulus. Respōdet hoc varias ob causas permittere Deum.

Primò vt ostendat immensam suam misericordiam, & clementię promissionis veritatem erga eos quos à criminib⁹ reuocet, & pœnitentię merito promissam, qua se fecerunt indignos, elementer dat gloriam. Vndē & Dauid post gratiam adulterij, proditionis, & homicidij ruinam, in hunc modum ait: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, atque tandem adiecit: Vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris. Faciendo videlicet cōtrarium eius quod maligni homines de te præsumunt iudicare: dictitantes te peccatoribus etiam pœnitentibus non misereri.

Ioan. 19.

G
Incredulū
tatis gra-
uitas.

Ioan. 3.

Hebr. 3.

cur ele-
cti cadere
permittū-
tur.

Roma. 8. ¶ Secundo permittit hoc Deus ad eius utilitatē qui cadit. Scit enim Apostolus Paulus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Si omnia ergo etiam eorū peccata in bonum eis cooperantur. Adeo nempe bonus atque omnipotens est Deus, ut mala fieri nō sineret, nisi maiora inde bona elicere prænouisset.

H ¶ Quod si quæras quid peccati lapsus conferat electo. Respondetur, quia cōfert maioris feruoris acquisitionē. Dum enim tales post lapsum resurgunt, desiderio recuperandi quo amiserant plerumque feruentiores ad bonū efficiuntur, sicut interdum cōtingit viatori, qui cernēs socios suos se longē præcessisse hos tanta gradiēdi velocitate insequitur, ut eos nō modo cōsequatur, sed & longius antecedit. Vndē Ambr. in Homi. Sācti si aliquādo cadunt, alacriores resurgunt. Fidelior factus est Petrus post quā se fidē perdidisse desleuit, atq; ideo maiore gratiā reperit quā amisit.

¶ Conferunt nihilominus proprię cognitionis & humilitatis incrementū, ei qui fortasse de se præsumebat, dicente Apostolo: **Qui se existimat stare, videat ne cadat.** Vndē etiam **Aug.** dicit superbis vtile esse cadere in aliquod peccatum manifestū vndē si displiceant, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius sibi Petrus displicuit quādo fleuit, quā placuit quando præsumpsit. Nā spiritualia vitia in quibusdam non curantur quę latent, nisi in vitium aliquod carnale labātur. Nō enim curare aliquis solet vnā ē veste maculam eluere, donec forsan tota in lutūmersa, abluatur & tota. Cōfert denique cautiore sui circumspectionem, & erga ceteros delinquētes cōpansionis & miserationis affectū. Porro in homine peccante tria sunt consideranda, videlicet, peccatū quod odire, natura quam diligere, & peccantis reatus seu pœna cui cōpati debemus. Vndē per Sapientem dicitur: **Qui tentatus non est, qualia scit? Vir in multis expertus cogitabit multa.** Hinc & de Salvatore per Apostolum dicitur: **Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.**

¶ Circa tertium, quod est Thomæ iam credentis fidelis cōfessio, subditur:

Respōdit Thomas, & dixit ei: domin⁹ me⁹, & De⁹ me⁹.

¶ Pēsemus quemadmodum timuerit atque erubuerit apostolus Thomas videns dominū, & audiēs repetentē verba sua

saq; incre
recūdus,
cendo de
veritatē
do & ore
magiste
tem subst
naturā ve
re illum c
dicens: T
phylactus
mum se t
ypostasi
humanā r
sus est, &
Itaque
permisit, r
est discipu
sicut spōsu
ostis inte
Frustra
apostolus
robati n
Theophyl
nās, tange
non videb
que tangel
tatione cre
Hinc etiam
nam tuam
celis. Mif
Deum rep
Circā qua
idei comm
Dixit
esti qui n
Quum di
tantia reru
uer quia fi
est quæ

sequi incredulitatis. Respondit ergo Thomas trepidus & ver-
recūsus, sed iam fidelis dominus meus, & Deus meus. Di-
cendo dominus meus cōfiteatur in Christo humanę nature
veritatē cui datū est totū dominū creature. q. d. Corde cre-
do & ore cōfiteor te illum esse qui dixisti: Vos vocatis me
magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Quum au-
tem subsequutus adiūgit: Et Deus meus diuinā in Christo
naturā veneratur. Ac si dicat: Corde credo & ore confiteor
te illum esse quem Simon Petrus verissimē confessus est,
dicens: Tu es Christus filius Dei viui. Itaq; (vt dicit Theo-
phylactus) qui prius infidelis fuerat post lateris tactū opti-
mum se theologū ostendit. Nā duplicem naturā vnicāmq;
hypothesin Christi edisseruit. Dicēdo enim dominus me-
humanā naturam: dicendo verò Deus meus, diuinā cōfes-
sus est, & ita vnum & eundem dominum esse & Deum.

Itaque discipulum post resurrectionem suam dubitare
permisit, nec tamen in dubitatione deseruit. Nā ita factus
est discipulus dubitans & palpās testis verę resurrectionis
sicut spōsus matris primum dubius, postmodum factus est
testis integerrimę virginitalis.

Frustra quidam in quæstionem vertunt nun Thomas
apostolus tetigerit Christum, quum super ea re authores
probatū nihil hæsitarerint, vnde præter id quod iam ex
Theophylacto citatum est, dicit Augustinus: Videbat Tho-
mas, tangebátque hominem, & confitebatur Deum quem
non videbat neq; tangebát. Sed per hoc quod videbat at-
que tangebát, illud quod non videbat remota iam dubi-
tatione credebát, dicens: Dominus meus, & Deus meus.
Hinc etiam Ambrosius: Dixisti, inquit, Domine mitte ma-
nuam tuam in latus meum, & noli esse incredulus, sed fi-
dels. Misit manum qui non credebát, & Dominum te &
Deum reperit.

Circa quartum, quod est earum quæ non videntur rerum
fidei commendatio, subditur:

*Dixit ei Iesus: Quia vidisti me Thomas credidisti,
ceteri qui non viderunt et crediderunt.*

(Quum dicat Apostolus: Est autem fides sperandarū sub-
stantia rerum, argumentum nō apparentium, profectō li-
quet quia fides illarum rerum argumētum, (id est, certitu-
do) est quæ apparere non possunt. Quæ etenim apparent,
iam

*Thomæ
confessio.*

1. An. 13.

Matt. 26

Grego.

Dubita.

110 Tho.

mæ vt

profuit.

Thomam

christum

tetigisse.

*Li. de fu-
ga seculi.*

Hebr. 11.

Grego.

Thomas
p^o credi-
dit quam
vidit.

iam fidem non habēt, sed agnitionē. Dum ergo vidit Thomas, dū palpauit, quir ei dicitur: Quia vidisti me credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit. A mortali quippe homine diuinitas videri nō potuit. Hominē igitur vidit & Deū confessus est. Igitur vidēdo credidit, qui contuens verū hominē, hūc Deum quē videre non poterat exclamauit. Non enim fides de Christi sola humanitate est, sed de homine Deo, vt puta quia natus est de virgine, quia homo De^o partus est, homo Deus resurrexit, homo Deus ascendit in celum: & venturus est iudicare mundum Deus & homo.

Gentium
fides com-
mendatur

¶ Deinde fidem gentium commendat quæ in Christū crediderunt, quem tamen non viderunt in carne, dicēs: Beati cui nō viderūt & crediderūt. Præteriti tēporis vsus est verbis nēpe iis qui id quod erat futurum in sua nouerat prædestinatione iam factum. Non tamen quasi Thomam apostolum suo priuans honore hoc dixit, sed consolans eos qui dominum non videntes forent credituri.

Gregori^o

¶ Quia enim vt dicit Theophylactus, multi dicunt: Beati oculi qui viderūt dominū, solatur eos, qui nō viderunt, quod multo beatius sit non vidisse. Si ergo nunc aliquis dixerit, vtinā in tēporibus illis fuisset, & vidissē Christū miracula facientē, recogitet quia beati qui nō viderunt & crediderūt. In qua nimirū sentētia nos specialiter designati sumus qui eū quē carne nō vidimus, mēte retinemus. Nos inquit, signati sumus, sed si fidem nostram operib^o sequimur. Ille etenim verē credit, qui exercet operando quod credit.

¶ Circa quintum quod est Euangelistæ Christi signata ex parte describentis intentio, subditur:

Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum quæ nō sunt scripta in libro hoc.

chryso.

L ¶ Quia Ioānes pauciora aliis Euāgelistis dixerat, nūc dicit Iesū multa alia signa corā discipulis fecisse quæ ipse in Euāgelio suo nō descripserit, sed nec alij Euāgelistæ omnia dixerūt, sed quæ erāt, sufficiētia attrahere ad fidē audiētes. Vbi esset de iis loquitur signis quæ post resurrectionē fecit. Et ideo dicit in cōspectu discipulorū suorū, cū quib^o solis post resurrectionē cōuersatus est. Eiusdē sentētiæ est Theodorus dicēs: Quæ enim ante crucem non modò coram discipulis, sed omnibus coram faciebat. Atque ita hæc, de quibus nunc dicit Euangelista post resurrectionem sunt facta.

Theoph.

Cum

Cum solis enim discipulis versabatur quadraginta diebus
signa ostendens resurrectionis.

(Sicut enim ante crucem faciebat signa, ostendens se esse
filiū Dei, ita & post resurrectionē perficiebat signa cor-
am discipulis, ostēdens se filiū hominis, & habere se cor-
pus, idque incorruptibile & diuinitus, & nō iam carnalib⁹
regibus subditū. Quis autē Euangelistę describens Christi
signa fuerit scopus, consequenter ostendit, dicens:

*Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est
Christus filius Dei, & vt credentes, vitam habeatis
in nomine eius.*

Quum igitur multa facta sint signa resurrectionis, hæc so-
lū scripta sunt, & neque hæc ostentationis gratia, vel tā-
tum vt ostendatur gloria vnigeniti, sed vt vos, inquit, cre-
datis. Et si quæras, quod hinc lucrū & cui cedens? Non Chri-
sto. Quæ enim eius vtilitas dū nos credimus, sed in nos ip-
sos redundans. Dicit enim: Vt credentes vitā habeatis in
nomine eius. Credētes enim q̄, surrexit & viuit, nobis ip-
sa vitā param⁹. Propter nos enim surrexit & viuit: Qui au-
tem ipsum mortuū esse putat, & neq; surrexisse, neq; vi-
uere, ille sibi mortē & corruptionem adiudicat & confir-
mat. Fides enim est spiritualis vitæ principiū, dicente Do-
mino per Prophetam. Iustus autem meus ex fide viuit. Et
vitam, inquit, habeatis in nomine eius. Vndē ipse in Euan-
gelio loquitur ad patrem dicens: Hæc est vita æterna, vt
agnoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Chri-
stum. Et rursus alibi, de ouibus suis loquens, dicit: Ego ve-
o vt vitam habeant, & abundantius habeant.

*Christus
post resur-
rectionem
cum solis
discipulis
conuersa-
tus.*

*M
Theoph*

*Propter
nos & fa-
cta & scri-
pta.
Abacu. 2.
Ioan. 17.
Ioan. 19.*

DOMINICA SECUN- DA POST PASCHA.

Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam
dat pro ouibus suis. Ioan. 10.

Præsens sancti Euāgelij lectio in tres partes scin-
tur. In prima Christus se pastore bonum esse euidentē si-
pro cōprobat. In secūda, eum qui nō pastor, sed mercena-
rius est, designat, ibi: Mercenarius autem. In tertia, iterato

II iiij se pa

se pastore bonum pronuncians, & alias se habere oves confirmat, Ibi Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas

Christus ut pastor bonus.
1047. 10.
Osee. 8.
1re. 23.
1. Pet. 5.
Ephes. 4.

¶ Circa primam, ipsius domini voce dicitur: Ego sum pastor bonus. Sub metaphora pastoris & ouium de se & suis fidelibus loquitur. Et utique ipse vnus, pastor bonus est, pastor bonus, sine pari, vt merito dicat: Omnes quotquot uenerunt fures sunt & latrones, de quibus etiam per Prophetam loquitur, dicens: Ipsi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Et iterum: Currebant inquit, & non misi eos. Nullus enim vel accidentaliter bonitate esse bonus animarum pastor potest qui per Christum, id est. Christo uocante non intrat. Quum enim ipse princeps sit pastorum ad ipsum pertinet in Ecclesia pastores sui vicarios ordinare, dicente Apostolo. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in edificationem corporis Christi.

¶ Ego, inquit, sum pastor bonus. Dum contra illos sermonem dirigeret, qui non intrant per ostium, sed ascendunt aliunde & proinde fures & latrones sunt, semel & iterum dixit: Ego sum ostium, nunc ad eum sermonem intendens qui intrat per ostium pastor est ouium, pro eruditione eius eui loquitur, nunc aliquid amplius proloquitur, dicens: Ego sum pastor bonus, atque eiusdem bonitatis formam, quam pastor quisque imitetur, adiungit, dicens: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Poterat plane bonitatis huius formam sumere altius, quia quum esset in forma Dei, propter nos populum suum & oves pascuæ suæ, semetipsum exinanuit formam serui accipiens, & habitu inuentus ut homo, & iuxta parabolam centum ouium & vnus perditæ, quum haberet oves nonaginta nouem, id est, omnem beatorum angelorum multitudinem, relictis illis, venit illam quæ errauerat querere. Sic inquam, poterat formam suæ bonitatis hic bonus pastor exponere, sed hoc exemplum nulli imitabile est. Non enim infra se descendere possunt, dum pastores hominum sunt, sed contra, tantò supra semetipsos eleuantur, ut principatibus & potestatibus cælorum assimilentur.

Philip. 2.
Quod imitabile est proponit.

¶ Bene ergo dum homines ad imitationem sui formare intendit, illud omittit quod nullatenus possent imitari, & hoc solum quod imitabile est, hoc modo proponit.

*Christi ex
emplum imi-
tantur.
2. Cor. 12.*

Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Hoc etenim pastoribus spiritum charitatis habentibus, imitabile est, imo & imitari dulce est. Unde vnus constantissimus, quum oues suas a furibus & latronibus defendaret, ego, inquit, libenter impendam, & superimpedar ipse pro animabus vestris licet plus diligens minus diligar. Quanti putas pro ouibus semetipsum impenderunt? Resperta sunt ouilia sanguine pastorum, manduerunt caedibus pastorum campi, cruentata sunt pascua vulneribus pastorum, sacrata est terra corporibus eorum, ditatum est caelum animabus quas pastores pro ouibus posuerunt. Ex quibus clarè imitabile esse pastoribus hanc suae humilitatis formam quam proposuit pastor bonus.

Est tamè nemo pastor bonus, nisi hic vnus, quia nemo bonus nisi vnus Deus. Hoc etenim quodam loco dicente sibi cuidam, magister bone, quid faciendo vitam aeternam poscibilebo, respondit: Quid me dicis bonum? Haec enim est saluatio in foro, visitata ambitioni scribarum & Pharisaorum. Nisi me confitearis Deum, consequens est, vt nec dicas bonum. Itaque quemadmodum pastor & magister voce quidem diuersa, sed sensu idem sunt (vnde enim pastor ouium dicitur pro similitudine, inde magister hominum est in rei veritate, sicut magister bonus, non nisi quia Deus est sic pastor bonus non aliunde nisi quia Deus est. Pastor (inquam) bonus, & non ex accidenti dono, sed essentialiter bonus. Itaque ceteri quidem pastores digni siue idonei dici possunt, hic autem solus pastor bonus, qui solus ita animam suam posuit pro ouibus, vt in sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret, & oues quas redemerat suae carnis alimento satiaret.

*vnus pa-
stor bonus
Mat. 19.*

Gregori^{us}

*C
Pastoris
bonitas in
pascendo.*

Mar. 3.

Exod. 3.

Patet autè pastoris huius erga suas oues bonitas in quatuor, videlicet in pascendo, in defendendo, in vocando, in educendo. Primùm igitur patet pastoris huius bonitas in pascendo. Pastor enim à pascendo dicitur. Pascit autem oues sua gratia, pascit doctrina, pascit Eucharistia. De pastu gratiae, illud mysticè possumus accipere quod in Euangelio ipse loquitur, dicēs: Misereor super turbam, & post pauca subdit: Si dimisero eos ieiunos, deficient in via.

In cuius figuram in Exodo scriptum est quod quum Moyses gregem minasset ad interiora deserti, apparuit ei dominus in rubo ardenti. Porro ad interiora deserti in pastum veniunt,

DOMINICA SECVNDA

Luca. 24. veniunt, quando exteriorem consolationem derelinquentes interiorē quærunt, vbi eis in igne charitatis dominus apparet, vt iure possint dicere: Nonne cor nostrum ardēs erat in nobis dum loqueretur nobis in via.

Excc. 34. ¶ De pastu doctrinæ per Ezechielem loquens promittit, dicens: In pascuis vberimis pascā eas, in montibus excelsis Israel erunt pascua illarū. Scripturarum sanctarum altitudines, quasi montes pascuæ sūt. Et iste est pastus de quo dicit in Euangelio: Non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Hoc pane pascit oues suas Christ⁹, nō modò per se, sed etiā per suos, iuxta quod per Prophetam promisit, dicēs: Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Qui nō hoc pane pascitur dicere potest cū Psalmista: Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.

Matt. 4. ¶ De pastu Eucharistiæ ipse loquitur, dicēs: Panis enim verus est qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Et subdit: Ego (inquiens) sum panis vitæ. Qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me nō sitiet in æternum. Et subinde: Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuere in æternum. Et panem quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Et qui manducat me, inquit, viuere propter me. Et hic est ille panis subcinericius quem per angelum allatum Helias ad caput suum respiciens reperit, comedit, & ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ vsque ad montem Dei.

Ier. 3. ¶ De pastu Eucharistiæ ipse loquitur, dicēs: Panis enim verus est qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Et subdit: Ego (inquiens) sum panis vitæ. Qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me nō sitiet in æternum. Et subinde: Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuere in æternum. Et panem quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Et qui manducat me, inquit, viuere propter me. Et hic est ille panis subcinericius quem per angelum allatum Helias ad caput suum respiciens reperit, comedit, & ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ vsque ad montem Dei.

I. Reg. 19.

D ¶ Secundò patet huius pastoris bonitas in defendendo, & notanter in eò quod ait: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Pro suis enim ouibus moriendo vitam illis acquisiuit æternam, & suæ fortitudinem virtutis victor mortis non amisit. Et ego (inquit) vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Quòd non rapiet quisquam oues suas de manu sua, sine dubio multis iam dudum argumentis vniuerso orbi comprobatum est. Quid enim fures & latrones intētatum relinquerunt: quid non egerunt, vt raperent oues lupi vel omnes ferae sylvarum? Et tamen de manu pastoris huius nullam omnino ex ouibus eius rapere potuerunt.

Pastoris bonitas in defendēdo.
Rom. 10.

¶ Vndè & pastor iste fortissimus bene per Prophetam dicitur

est est
pastorem
pascet ea
in Deum.
David en
gnum ge
seruus tu
lebāq; an
cutiebam
diuersum
cabam, in
¶ Grex ill
populus e
David ips
nim, ma
qui quum
et eas qui
locauit, &
que perfe
atq; lat
¶ Vndè au
dicens: Pa
id, inquit
mhi pate
curam, &
curam, qu
omnibus
is est, v
que fortiu
libiecit: E
rique ma
ore est rap
taq; si qua
potentiam
nemo pote
mus boni
bonus past
¶ Dedit en
bonis, in fi
in exempl
Quum ini

Ezech. 34

Christus
ut alter
David pa-
stor.

littis est David, dicente domino: Et suscitabo super eas
pastorem vnum qui pascet eas, seruum meum David, Ipse
pascet eas, & ipse erit eis in pastore. Ego dominus ero eis
in Deum, & seruus meus David princeps in medio eorum
David enim & in custodia gregis, boni huius pastoris si-
gnam gessit. Vndè ipse ad Saulè loquens: Pascebat, inquit
seruus tu⁹ patris sui gregem, & veniebat leo vel vrsus tol-
lebátq; arietem de medio gregis, & sequebar eos & per-
cutiebam, eruebamq; de ore eorum. Et illi consurgebant
aduersum me, & apprehendebam metum eorum, & suffo-
cabam, interficiebamq; e.

(Grex ille Dei populum qui dicit in Psalmo: Nos autem
populus eius & oues pascuæ eius, leo vel vrsus, diabolus
David ipse tam fortitudine q̄ etiã nomine (interpretatur
enim, manu fortis) bonum præsignabat pastorem Christũ,
qui quum de suis ouibus nullam omnino perdat, non rapi-
et eas quisquã, inquit, de manu mea, diabolus nanque suf-
fecauit, & nos oues suas de ore ei⁹ liberauit, omnem quo-
que persecutorem, casto labore deceptũ, frustratum fur-
atq; latrocinij redarguens, æterna damnatione puniuit.

Vndè autem tanta fortitudo in manibus eius sit ostendit
dicens: Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est. Il-
lud, inquit, quod dedit mihi pater meus, id est, illud in quo
mihi pater est, illud quod ego sum non secundum carnis
naturam, quæ ex homine sumpta est, sed secundum eam na-
turam, qua Deus mihi pater est, maius omnibus est, fortius
omnibus est, potentius omnibus est: Quòd si omnibus
magis est, utique & raptore animarum diabolo maius est
magis fortius est. Vndè & de hoc quod maius omnibus est,
subiecit. Et nemo potest rapere de manu patris mei. Hoc
magis maius omnib⁹ est, quod de manu patris mei nemo
potest rapere. Nihil enim præter Deum insuperabile est.
Itaq; si quæris quid pater huic filio suo dedit? Utique omni-
potentiam suam dedit, ut nemo rapiat de manu filij sicut
nemo potest rapere de manu patris. Patet itaque pastoris
magis bonitas erga suas oues, has defendendo. Dicat ergo:
Magis bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.

(Dedit enim p^r suis ouibus animã suã, in precium redem-
tionis, in signũ dilectionis, in monumētum recordationis,
in exemplũ imitationis. De primo per Apostolum dicitur:
Quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mor-
tem

Vndè
christofor-
ta forti-
tudo.
10an. 10;Pastoris
bonitas ou-
es redim-
mendo.
Rom. 5.

DOMINICA SECUNDA

Esaiæ 43. tem filij eius, qui nobis redimendis, semetipsum dedit. Vnde & per Prophetam loquitur, dicens: Servire me fecisti in iniquitatibus tuis, præbuiſti mihi laborem in peccatis tuis. Graue scelus tali ac tanto mercenario laboris sui pretiũ negare. Nullum autem aliud ob pretium quàm pro nostrarum salute laboravit animarum. Ait Sapiens: Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario fratres pari crimine rei sunt.

Eccle. 34. ¶ Quod si graue scelus est & vltione pauenda ferendum propriam Christo animã subtrahere, quantò grauius est, non modò propriam, sed insuper aliorum plurimorum animas deducere in perditionem? Vnde Bernardus: Si dominus proprium sanguinẽ dedit in pretium redemptionis animarum, nõnne videtur tibi grauiorem ab eo sustinere persequutionem qui suggestione praua, exemplo pernicioso, scãdali occasione, auertit ab eo animas quas ille redemit, quàm ab illo qui sanguinem ipsius fudit?

Christi erga nos dilectio. ¶ De secundo ipse in Euangelio loquitur, dicẽs: Maiorem hac dilectionẽ nemo habet quàm vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Ionas pro salute aliorum semetipsum in mare precipitandum obtulit. Christus tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis

Ioan. 15.

Ionæ. 1.

Ephes. 3.

¶ De tertio patet, videlicet quod dedit animam in monumentum recordationis. Quum enim sacri corporis & sanguinis sui sacramentum discipulis in recordationem suarum quæ tunc imminebat passionis traderet, eisque daret facultatem hoc ipsum faciendi ait: Hoc facite in meam commemorationem. Itaque gratiam fidei iussoris huius ne obliuiscaris, dedit enim pro te animã suam. Ipse enim se pro nobis apud patrem vadem obtulit, & pro nobis debitoribus fidei iussoris officium subire dignatus est. Tantum verò posset esse debitum pro quo spondet fidei iussor, quod ipse propriè cedat hæreditati, sed & nonnunquam ipsam suam impendat vitam. Quod utique Christum fecisse, ipse per Prophetam testatur, dicẽs: Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum, Domus sua, cælum, hæreditas diu possessa, Iudæorum fuit synagoga. De qua ad patrem loquens dicit: Restitues hæreditatem meam mihi, quod fiet in fine seculi, iuxta quod per Apostolum dicitur: Quum plenitudo gentium intrauerit, totus Israel saluus fiet.

Luca. 22.

Eccle. 29.

Christus pro nobis fidei iussor

Iere. 12.

Rom. 8.

(De quarto, videlicet, quia animam suam Dominus posuit pro ouibus in exemplum imitationis per beatum Iohannem dicitur: Ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Fecit ille quod monuit, ostendit quod iussit. Offensa nobis de contemptu mortis via qua sequamur, appositae est forma cui imprimamur. Primum nobis est exteriora nostra misericorditer pro ouibus eius impendere, postremum vero si necesse sit etiam mortem nostram pro eisdem ouibus ministrare. A primo autem hoc minimo, peruenitur ad postremum maius.

(Sed quomodo incomparabiliter sit melior anima qua viuimus quam terrena substantia, quam exteriori possidemus, qui non dat pro ouibus substantiam suam, quando pro his daturus est animam suam? Et quidem ad hoc tantum habet Ecclesia possessiones & diuitias ut subueniat egentibus. Unde Ambrosius: Aurum Ecclesia habet, non ut seruet, sed ut erogat, & subueniat in necessitatibus. Quid est opus custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri atque argenti de templo domini Assyrii sustulerunt? Nonne melius conuenit sacerdos pro alimonia pauperum, si alia subsidia desunt, quam si sacrilegus contaminat & asportat hostias?

Itaque pro alimonia pauperum, pro redemptione captiuorum, pro sepultura christianorum, non modum licitum, imo & primum est ecclesiastici ministerij sacratavasa constare. Non enim (ut dicit Aug. est episcopi seruare aurum, & a se reuocare mendicantis manum. Unde etiam Hieronymus: Gloria episcopi est pauperum necessitatibus prouidere. Ignominia sacerdotis est propriis studere diuitiis.

(Ait rursum alio loco Aug. Totum quod est pastoris & exteriora & interiora ad utilitatem est ouium, ita quod se totum debet deserere, quatenus eis intendat. Si igitur adsit infirmitas, cum infirmitatibus infirmetur, vratur cum scadalizatis.

(Tertio patet huius pastoris erga suas oues bonitas in uocando. Unde de seipso loquens: Proprias, inquit, oues uocat nominatim. Valde dissimilis est iste bonus pastor, dissimiles etiam sunt & alij pastores qui intrant per ostium, & qui ostiarius aperit furibus & latronibus illis qui declinantes ostium ascenderunt aliunde. Illi enim nequaquam uocant oues nominatim, sed econtra, peruersis utuntur nominibus, dum dicunt bonum malum, & malum bonum, dum uocant tenebras lucem, & lucem tenebras, ut iustificet impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferant ab eo.

F
1. Ioh. 5.
Grego.

Facultates Ecclesie ad quid. Li. de off.

De communivitate clericorum. Episcopi pro gloria. Li. de ouibus.

G
Pastoris bonitas in uocando.

Esa. 5.

Vocat nominatim. Vocat, inquit, oves proprias nominatim. Quid magis ei propriū quā oves illæ quas sanguine suo & morte redemit? Sed & propriæ sunt illæ oves inferiori cuilibet pastori bono qui per ostium intravit (vt dictum est) quia videlicet ipse easdē oves dilectionis affectu suas fecit, vel quia principi pastorum Christo pastor ipse proprio labore & cura nutritia, illas quæ non erant acquisiuit.

¶ Vocat illas nominatim, id est, quum sint oves, non hædos vocat, sed (vti sunt) oves, blandè ac familiariter appellat. Et si quando hædi fuerant, nō hoc maledico ore tyrannizando eis impropert, quum ipse pastoriū princeps dicat per Psal. Nec memor ero nominum eorum per labia mea, nisi fortè pro vtili cōmemoratione gratiæ purificantis, sicut Apostolus quum vetera commemorasset nomina, dicendo: Neq; fornicarij, neq; auari, neq; molles, neq; masculorū cōcubitores, neque fures, neque rapaces regnum Dei possidebunt: quum, inquā, hæc vetustatis nomina contigisset, statim Dei gratiam cōmendando subiūxit: Et hæc quidē fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Nominatim illas vocat pastor ipse pastorum eo scilicet nomine quod super eas ipse scripsit, obliteratis nominibus prisceis, nomē Dei sui, & nomē nouū, nomen filiorum Dei, quod est nomen Christianum, de quo & per prophetā: Vocabo, inquit, seruos meos nomine alio in quo qui benedictus est, benedicetur super terram.

Esai. 65.

H Quattō patet hæc ipsius bonitas in educendo. Nominatim enim eas vocando educit eas. Si quæris vndè educit vel quo? Et quidem quotquot oves Christi sumus, eo ipso quod sumus oves, educti sumus de tenebris errorum antiquorum, eripuit enim nos Deus de præsentī seculo nequā & transtulit in regnum filij dilectionis suæ.

vnde oves educēda.

¶ Veruntamen est adhuc & plerūque euenit vndè plerūque nostrum qui iam oves sumus Christi, educi oporteat, imò & clamore grandi euocari, sicut per Lazarum significatum est, quem iam fœtentem & quatruiduanum cognouimus magno domini nostri Iesu Christi clamore fuisse resuscitatum. Plerumq; enim sordidantur oves, etiam post quā tonstræ & salubri fluuio lotæ fuerint, & ipsis suorum morbis vitiorū delectatæ, in praua cōcluduntur cōsuejudine, aut etiā hæretico (quod grauius est) fœdantur errore.

His

(Hic lab
est) intra
verbi gra
fornicati
verò blā
patet ad
ad Galat
motus C
donec ed
tudine ex
nō sola v
Christo f
sed operi
(Et quon
illū sequi
is, vt quū
illas per
canti: Qu
tam meū
sermones
præcauer
tem, sic
rus meū
licauerin
egitimus
uuntur.
vas. Si en
mus pasto
& facite,
enim & n
dicunt &
tius, quia

Merco
sunt oves
oves & f
Ha hac p
nari est d
dō lupus gr
renarius c

¶ Ille laborat inferior quisq; pastor ouiu, qui (vt iam dictu est) intrauit per ostiu, & vocibus vtēs nunc quidē asperis, verbi gratia: quum dicit Apost. Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gētes, nunc verò blādis quum idem ipse ad eosdem: Os, inquit, nostru patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est, siue ad Galatas: Filioli mei, quos iterum parturio, donec for- *Galat. 4.*
meretur Christus in vobis. Re vera vocat oues nominatim donec educat eas, id est, prauā in illis fornicationis cōsuetudinē expurget, vel reformet fidei firmitatē. Quod quia nō sola voce prēdicationis nec ab ipso principe pastorum Christo factū est, nec ab alio quolibet pastore peragitur, sed operis quoque exemplo, post pramissa sabiecit.

¶ Et quum proprias oues emiserit ante eas vadit, & oues illū sequuntur quia sciunt vocē eius. Ita enim oportet fieri, vt quū emiserit illas per verbū exhortatiōis, vadat ante illas per exemplū boni operis, ne quādo dicat illi De^o peccanei: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamētum meū per os tuū? Tu verò odisti disciplinā, & proiecisti sermones meos retrorsum, & cetera quę sequuntur. Quod pręcauens Apostolus dicebat. Sic curro nō quasi in incertum, sic pugno nō quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum & in seruitutē redigo, ne fortē quum aliis prędicauerim, ipse reprobus efficiat. Ergo quū proprias oues legitimus pastor emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur. Sequuntur, inquam, Hoc enim ipsis expedit ouibus. Si enim de hypocritis & simulatis pastoribus ipse summus pastor dicit: Omnia quęcunq; dixerint vobis seruate & facite, secūdum opera verò eorum nolite facere, dicūt enim & non faciunt, quantò magis sequi oportet eos, qui dicunt & faciunt? Sequuntur ergo illum, quia sciunt vocē eius, quia veram & sanam esse cognoscunt doctrinā eius.

Pastor ante oues vadit.

1. Cor. 9.

Matt. 23

¶ Circa secundum principale dicitur:

Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues proprię videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit.

¶ In hac parte lectiōis saluator eū qui nō pastor sed mercenarius est designat Vbi primò mercenari^o describitur. Secūdo lup^o grassator ostēditur, ibi: Et lupus rapit. Tertiò mercenarius certo signo deprehēditur, ibi: mercenarius autē.

¶ Cir-

¶ Circa primū dicit: Mercenarius autē & qui nō est pastor. Si diligēter aduertas, quatuor in hac lectione reposita sūt scilicet pastor bonus, qui dicit: Ego sum pastor bonus, & is qui formā boni pastoris imitatur, & mercenarius, & lupus. Nemp̄ duo bona, videlicet ipse pastor bonus Christus, & huius imitator, & duo mala, videlicet mercenarius, & lupus. Paulō antē etiā furem designauerat, qui nō venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat, qui nō per ostium intrauit, sed ascēdit aliunde. Porro lupus cū mercenario occultius quā fur dānosus est ouili. Fur enim dū mactat & perdit, aperta corporibus & animabus tēpestate perniciosus est.

Nota.

Mercenarius quis sit.

¶ Itaq; mercenarius qui nō ipse quidem mactat & perdit, sed fuga sua lupo perditōri, raptori, & disperfori, scilicet diabolo, vel certē cui libet hāretico (quem diaboli satellitium esse certū est) locum facit, non quidem ipse fur est & latro, sed nec dicendus est pastor. Sic enim ait: Mercenarius autē & qui non est pastor. Quo modo igitur vel qua intrauit? Nam inter ostium, & ascēsum aliunde, nihil medium positum à Salvatore reperitur. At is qui per ostiū intrauit pastor est ouiu, & qui ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qua ergo intrauit mercenarius qui nō est pastor, nec tamē mactat aut perdit sicut fur? Nō enim apertē sicut Arius vel alius quilibet etiam huius temporis hāresiarches persequitur aut sc̄uit vt occidat eorum corpora quorum non potest animas suā peruersitatis maculare consensu.

K

Mercenarius socius furum.
Esā. 1.

¶ Restat profectō vt & si fur nō est, socius tamen sit furū, quia de talibus dictum est: Principes tui socij furū, omnes diligunt munera, sequuntur retributionē. Socius autē furū animo est, nam corpore cū pastoribus per ostiū intrare visus est, quam ob rem & si fur & latro non esse videretur, sed potius intrasse per ostium, pro eo q; fidem catholicā profitetur, nec aliud euangelizat quā id quod euangelizātū est à veris pastoribus, tamen iuxta p̄scriptam Prophetæ sententiam, qui quum dixisset: Principes tui socij furum, statim hoc ipsum ratione comprobans, omnes, inquit, diligunt munera. Nam & pro eo quod munera diligit, & temporalem sequitur retributionem, mercenarius est.

¶ Cuius descriptio diligenter consideranda est Mercenarius, inquit, & qui nō est pastor. Rem solerter animo auditoris impressit, dicendo & qui nō est pastor, scilicet vt de corde eius vulgare extirpet opinionē, qua putatur vel dicitur

stus. dicitur esse pastor. Verè enim non est pastor. Pastor nanque dicitur, eo quod gregem pascat. At ille nõ gregem, sed seipsum pascit. Vnde Propheta: Væ, inquit, pastoribus Israel qui pascebant semetipsos. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & cetera, quæ sequuntur.

Mercenarius nõ est pastor. Eze. 34.

(Hinc beatus Greg. Sunt, inquit, nonnulli qui dum plus terrenam substantiam quam oves diligunt, merito nomen pastoris perdunt. Et post pauca: Non pastor, sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo dominicas oves, sed ad temporales mercedes pascit: Mercenarius quippe est qui locum quidem pastoris tenet, sed animarum lucra non querit. Terrenis commodis inhiat, honore prelationis gaudet, temporalibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reverentia lætatur. Istæ etenim sunt mercedes mercenarij, ut pro eo ipso quod in regimine laborat, hic quod querit inueniat, & ab hereditate gregis in posterum alienus existat. Vnde etiam Augustinus: Aliud mercenarius in Ecclesia quam Deum querit. Si Deum quereret castus esset quia legitimum maritum animam Deum habet. Quisquis enim à Deo præter Deum aliquid querit, non caste Deum querit.

de ver. do.

(Vtrum verò pastor sit an mercenarius, cognosci veraciter non potest si, occasio necessitatis deest. Tranquillitatis enim tempore plerumque ad gregis custodiam sicut verus pastor, sic & mercenarius stat, sed lupus veniens indicat, quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Lupus etenim super oves venit, quum quilibet iniustus & raptor fideles quosque atque humiles opprimit. Sed is qui pastor videbatur & non erat, relinquit oves & fugit, quia dum sibi ab eo periculum metuit, non pro ovis iniustitiam non presumit.

Grego. Pastor à mercenario sic discernitur.

Fugit autem non mutando locum, sed subtrahendo solatium. Fugit, quia iniustitiam vidit & tacuit. Fugit, quia se sub silentio abscondit. Quibus bene per Prophetam dicitur: Non accessistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prelio in die domini. Ex aduerso quippe ascendere est quibuslibet potestatibus prave agentibus rationis libera voce contraire. Et in die domini pro domo Israel in prelio stamus ac murum opponimus, si fideles innocentes contra peruersorum iniustitiam ex iustitiae auctoritate vindicamus. Quod quia mercenarius non facit, quum venientem lupum viderit, fugit.

Mercenarius vt fugit. Eze. 13.

(Cuius, inquit, non sunt oves proprie. Et hoc utique cum

cuius non sunt oves proprie.

DOINICA SECUNDA

grandi pondere dictum est. Non enim sunt eius oves pre-
prie, quia videlicet non eas in eius pectore gratia mater
parturuit, sicut in illo cuius hæc vox est paulò antè cita-
ta: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chri-
stus in vobis. Non possidet animam eius spiritus pastoris
boni, & ideo non mirum, quòd non & ipse in brachio suo
cõgregat agnos, & in sinu suo leuet, & quòd non ipse for-
tas portat. Sed quid?

*Mercena-
rium vt
oues susti-
nent.*

*Hic ar-
guitur.*

*oues a-
mant per-
niciem.*

¶ Videt, inquit, lupum venientem, & dimittit oves & fugit.
Non arguitur mercenarius quod furatus sit, mactauerit aut
perdiderit, quia videlicet quum non educat oves in saltus
alios quàm quos probauerunt pastores magni & probati,
néque perdat oves venenatis falsæ doctrinæ pascuis, non
satis legitimè fur dici potest, & pinde nec occasio est cur
mactet. Nam interim oves non fugiunt ab eo, quippe quæ
non habent causam legitimam cur nõ audiant vocem, vel
cur necessariò deuitant eius communionem, cur illi lac-
suum ad edendum, suamque lanam denegent ad operien-
dum. Sed inde arguitur, quia videlicet videt lupum veni-
entem, id est, diabolium animabus insidiantem, easque ad mor-
tem æternam per diuersa scelera pertrahentem. Videt, in-
quit, & fugit, id est, sub silentio (vt iam dictum est) se abscon-
dit. Fugit, id est, verbum exhortationis subtrahit ne si lupo
resistat, temporale commodum (quod amat) amittat.

¶ Amant enim oves suam plerunque perniciem. Amat, in-
quam, & suis exitiis delectantur, suis periculis malè blan-
dis in presenti demulcentur, nec recogitant (dulcedine vi-
tiorum fallente) quantus eas interitus consequatur. Et nisi
perire permittantur eiusmodi oves sunt, vt neque ad mul-
ctram pastoris venire, neque tonsorem eundem iam ve-
lint subire, insuper & ipsum pastorem tumultuando quan-
tum possunt, cornibus & lateribus audent impingere. Fugit
ergo mercenarius taciturnus, ne pugnando pro ouibus, te-
poralis lucri detrimentum patiat.

¶ Circa secundum, vbi (scilicet) lupus grassator ostenditur,
sequitur in litera:

Et lupus rapit, & dispergit oves.

Grego. ¶ Lupus venit & mercenarius fugit, quia malignus spiritus
mentes fidelium in tentatione dilaniat, & is qui locum pa-
storis tenet, curam sollicitudinis non habet, & anima per-
eunt, & ipse de terrenis lucris lætatur.

¶ Lupus

*Vt lupus
rapit &
dispergit.*

Lupus rapit & dispergit oves, quum alium ad luxuriam pertrahit, alium in avaritiam accendit, alium in superbiam erigit, alium per iracundiam dividit, hunc invidia stimulat, illum fallacia supplantat. Quasi ergo gregem lupus dissipat, quum fidelium populos diabolus per tentationes necat.

Sed contra hæc mercenarius nullo zelo accenditur, nullo feruore dilectionis excitatur, quia dum sola commoda exteriora requirit, interiora gregis damna negligenter patitur. Huiusmodi mercenarios per Ezechielem Dominus increpat, dicens: Gregem meum nõ pascbatis: Quod infirmum fuit nõ consolidastis, & quod ægrotum non sanastis. Quod cõfractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quæstistis, sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. Et dispersæ sunt oves meæ eo quod non esset pastor, & factæ sunt in decorationem omnium bestiarum agri & dispersæ sunt.

Circa tertium, videlicet vbi mercenarius certo signo deprehenditur, subditur in litera:

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

Sola ergo causa fugiendi est, quia mercenarius est, quia mercedibus transitoriis inhiat, & dum illis contentus est, lupus rapit & dispergit oves. Nec solūmodo lupo veniens fugit, sed & quando iuxta Ezechielem colliduntur arietes & hirci, dum lateribus & humeris impingunt, & cornibus suis ventilant omnia infirma pecora donec dispergantur foras, fugit idem mercenarius abscondendo se, nõ iusticiam inter pecus & pecus, aut certè nequius quod crassum est assumit, & quod debile est prouicit, videlicet (vt paulò ante dictum est) iustificans impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferens ab eo. Vndè Gregorius.

Stare in periculo ouium non potest, quia in eo quod ouibus preest, non oues diligit, sed lucrum terrenum quærit. Dū enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis lætatur opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit amittat.

Fugit ergo quia mercenarius est. Non diceretur autem mercenarius (inquit Aug.) nisi acciperet à cõducete mercedem. Filij æternam patris hereditatè pacièter expectat,

Mercenarius ut fugit.

DOMINICA SECVNDA

mercenarij tēporalem mercedē conducti festinanter exoptant, & tamen per linguas vtrorūq; diuina Christi gloria diffamatur. Inde ergo lēdit, vndē mala facit, non vndē bona dicit. Botrum carpe, spinā caue, quia bōtrus aliquando de radice vitis exortus pendet in spinis. Multi quippe in Ecclesia commoda terrena sectantes Christum prædicāt, & per eos vox Christi auditur, & sequuntur oues, nō mercenarium, sed vocem pastoris per mercenarium.

*Botrus ē
spinis.*

○ ¶ Sed inter hæc queritur: Quum Apostoli ipsi pastores fuerint, non mercenarij, cur fugiebant quando persequutionē patiebantur, & hoc domino dicente: Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam?

Matt. 18

*Pastor
quādo ci-
tra culpā
fugit.*

¶ Sed tunc, irreprehensibiliter pastor fugit, quando aperta persequutione furis hæretici, siue lupi diaboli per gentile potestatem malitiam suam exercentis pastor ipse queritur, vt oues ipsius præsidio destituantur. Quod Paulus Apostolus non solum irreprehensibiliter, verum etiam laudabiliter fecisse legitur, quando Damasci præposito gentis Arethæ regis custodiēte ciuitatem, vt eum comprehenderet, à fratribus per murum summissus est in sporta, & sic effugit manus eius: Non enim fugit vt oues destitueret, sed vt ouium saluti seipsum reseruaret. Cæterum omnes qui absque eiusmodi causa fugiunt, qui oues dimittunt, Christus pastor & episcopus animarum meritò excluditur à numero pastorum.

2. Cor. 11.

*A perse-
quutione
personali
fugiendū.*

¶ Vndē August. Quum (inquit) plebs manet, & ministri fugiunt, ministeriūque subtrahitur, quid erit nisi mercenariorū illa fuga damnabilis, quibus non est cura de ouibus? ¶ Quum iraque persequutionis tempore persona tantum pastoris queritur, cura gregis alteri committatur, ipse verò det locum iræ, præsertim quum illius vita vtilior est vel in futurum erit gregi quàm exemplum sui martyrii, sic enim Paulus Iudæos (vt iam dictum est) & Helias Iezabelem fugerunt. Ad maiora nempe seruandi erant: vndē & ipse dominus adhuc paruulus à facie Herodis fugit in Aegyptum suo nos informans exemplo.

¶ Quum ergo in pastorum duntaxat personas persequutio excitatur, faciant secundum superius memoratum Christi præceptū dicentis: Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Quum verò tam grex quā pastor queritur, tum vel pariter viuāt, vel pariter ferant quòd eos sum-

mus

mus pat
deserto
stor sed
pum, id

Eg
gnoscu
¶ In hac
pronunc
natur bō
do aliar
¶ Circa
sum osti
ipse osti
nis ouili
cit: Ego
protinus
sunt m
pastor b
eandem

Sicu
nam me
¶ Duobu
quibus p
te (nunc
boni pas
duobus,
minatam
mam me
maximu
in eo que
rem. Se
tum sic
cit: Et co
undum
dilectio
nam no
non vide
¶ Forma
mare cu

mus paterfamiliās voler pati. Quisquis autem in hoc casu deserto grege pastor fugit, is utique (vt dictum est) non pastor sed mercenarius esse deprehenditur. Videns enim lupum, id est, persecutorē venientē dimittit oves & fugit.

¶ Circa tertium principale dicitur:

Ego sum pastor bonus & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ.

¶ In hac lectionis parte, iterato se Christus pastorē bonū pronuncians, & alias oves habere se dicit. Vbi primo notatur bonitas pastoris huius ex dilectione gemina. Secundo aliarum ouium adductio futura, ibi: Et alias oves.

¶ Circa primum est norandum, q̄ superius bis dixit: Ego sum ostium, & nunc itidē bis dicit: Ego sum pastor bonus. Ipse ostiū & ipse pastor ipse tam anterioris quā posterioris ouilis vnum ostium & vnus est pastor. Iterū, inquam, dicit: Ego sum pastor bonus, & eiusdem bonitatis affectum protinus adiungit, dicēs: Et cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Hanc & illā, quam supra dixerat rationem pastor bonus qui animam suam dat pro ouibus, vnā & eandem esse constat ex eo quod protinus adiungit:

Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis.

¶ Duobus charitatis præceptis à semetipso completis, sine quibus pastor idoneus nemo vnquam fuit, nec esse poterit (nunquam enim verus aut dignus erit discipulus huius boni pastoris, nisi qui germanē diligat gregem Christi) duobus, inquam, præceptis charitatis, bonitatē suam examinatam in vno laudabili experimento (quod est: Et animam meam pono pro ouibus meis) ostendit. Primum & maximum est mandatum dilectio Dei, quod intelligitur in eo quod ait: Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum, & hoc intelligendum est in eo quod ait: Et cognosco meas. Idcirco autem præposterē, prius secundum & post signatum est primum, quia videlicet per dilectionem proximi ad dilectionem Dei ascenditur: Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem

Gemina dilectione pastor bonus.

1. Ioan. 3.

non videt quomodo potest diligere?

¶ Formam ergo bonitatis suæ qua suos imitatores informare cupit ordinatē exprimens, incipit à dilectione pro-

KK iij ximi

DOMINICA SECUNDA

ximi, quū dicit: Et cognosco meas. Cognosco, inquam, id est, diligo, Imò & significantius suam exprimit charitatem dicendo cognosco, quā si dixisset, diligo. Hoc enim verbū cum significatione dilectionis simul sonat affectum compassionis, iuxta quod Salomon ait: Nouit iustus iumentorum suorum animas, viscera autem impiorum crudelia, & sicut in Psalmo loquitur, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, sic & nunc quum dicit: Et cognosco meas simul dilectionis, & operosæ misericordiæ signat affectum.

PROV. 12.

¶ Et cognosco, inquit, meas, & cognoscunt me mēx. Suae dictum, sed terribile iudicium. Respondetur enim ad illud quod alibi dixerūt negatores eius: Scimus quia Moysi loquutus est Deus: Hunc autem nescimus vnde sit. Igitur ad illorum distinctionem qui sui non sunt, quia negauerunt eum, secundum quod per Daniele m prædictum erat.

IOAN. 6.

Daniel. 9.

*Christus
vt negato
res, suos
negat.*

IOAN. 5.

Et non erit eius populus qui eum est negaturus, ad distinctionē, inquā, illorum dicit: Et cognosco meas. & cognoscunt me mēx. Acqua vtique vicissitudine negatores suos negat ipse ac si apertè dicat: Cognosco meos, & non vos alienos: Cognoscunt me mei, sed vos alieni nō cognoscitis me. Item & hoc dixerunt: Non est hic homo à Deo. Cui repugnat quod hic dicit: Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem. Nouit me pater, id est, diligit, Agnosco ego, hoc est, diligo patrem.

¶ Itaque (vt iam dictum est) pastor bonus, bonitatem suā in duobus præceptis charitatis ostendit, scilicet, dilectione Dei patris, & dilectione proximorū, id est, earū de quibus nūc sermo est ouium suarū, quibus assumptione carnis & magnitudine beneficij proximus factus est & hoc tam ex his quam ex cæteris eius sermonibus altius commēdatur quod tota ouium domini cura, gemine sit dilectionis opus quā quisquis non habet, non pastor est, sed mercenarius.

*In tantū
quis Deū
diligit.*

¶ Et animam meam, inquit, pono pro ouibus meis, non coactus sed spontaneus. Nemo enim tollit animam meā, sed potestatem habeo ponendi animā meam, & iterū sumendi eam. Pro ouibus meis, inquit. Solis enim Christi ouibus proficit ipsius passio ad salutem. Ac si aperte dicat: In hoc constat quia & cognosco patrem, id est, diligo: & cognoscor, id est, vicissim diligor à patre, quia animam meā pono pro ouibus meis, id est, ea charitate quā p ouibus morior, quantum diligam patrem ostendo.

¶ Por-

¶ Porro
declarat
nim lux
tur. Dice
bet, sed
ms pas
rum mu
sum illo
lesum N
queritis
¶ Proind
bit qui
gregem
us, inuac
vultis in
bo circū
secrans,
tem & q
idem pas
quoque,
munime
tere. Er
ciam, qu
animā m
ge contr
¶ Circa f
ta, subdi

Et al
las op
fiet v
¶ Bono
malitios
cantes i
m illu
cæteraru
nec grati
tatem po
que non
nam ac f
adducer

Porro quum se dicit animam suam pro ouibus ponere, declarat (inquit Theophy.) q̄ non sit impostor. Dicere enim lux sum & vita apud insipientes, inflationis esse videbatur. Dicere autem mori volo, nullam prorsus inuidiam habere, sed magnam potius curam indicat. Verus sanè & bonus pastor Christus qui videns non lupum vnum, sed luporum multitudinem venientem pro ouibus suis stetit aduersum illos, dicens: Quem quæritis? Quumque illi dicerent: Iesum Nazarenum, nō fugit, sed ait. Ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire.

R
Christus
et pro ouibus
stetit.
Ioan. 18.

Proinde boni huius pastoris imitator verus & fortis ille fuit qui conuentus atque vallatus à lupis commissum sibi gregem inuadere volentibus aiebat: Si patrimonium petitis, inuadite, si corpus, occurram. Vultis in vincula rapere, vultis in mortem? voluntas est mihi. Non ergo me vallabo circumfusione populorum, nec altaria tenebo vitam obsecrans, sed pro altaribus gratis immolabor. Qualiter autem & quibus armis deceat pastorem pro grege suo pugnare, idem pastor fortis ostēdit, dicens: Aduersus arma, Gothos quoque, lachrymæ meæ, arma mea sunt. Talia enim sunt munimenta sacerdotis. Aliter nec debeo nec postum resistere. Et infra Respondi, inquit, Ego, quod sacerdotis est faciam, quod imperatoris est, faciat imperator. Prius est, ut animam mihi quā fidē auferat. Ecce veri pastoris & pro grege contra lupum decertantis constantia insuperabilis.

Ambro. 2.
3. q. 8. c. cō
uenior.

(Circa secundum, quod est, aliarum ouium adductio futura, subditur:

Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor.

(Bono pastori oues stultæ se opposuerunt, in eo quoddam malitiosis vulpibus, id est malignis spiritibus consilium inuidentes iam conspirauerant, ut si qua ouium pastorem suum illum esse agnosceret protinus cornibus & lateribus cæterarum impacta extra ouile fieret. Sed hæc conspiratio nec gratiam pastoris euacuare, nec eius nomen siue facultatem potuit diminueri. Nam & alias oues, inquit habeo quæ non sunt ex hoc ouili, quia non de carne Patriarcharum ac Prophetarum progeniæ sunt, & illas oportet me adducere.

S
Oues stultæ, quæ.

DOMINICA SECUNDA

Quare videlicet quia iste oves prædicta cōspiratione sua inuicem afflata, dira pestilentia cōturbauerunt & semetip-
sas corruerunt, idcirco his abiectis, oportet ex aliis ouib⁹
præfinitum ante secula ouium supplere numerum. Me, in-
quit, oportet illas adducere.

¶ Sed nunquid ipse pastor qui hæc loquitur per semetipsum
ad nos oves alienigenas venit? Nonne à furibus & latro-
nibus in medio dicti Iudaici ouilis comprehensus animam
suam posuit, & deinde ascendens in cælum nunquam vis⁹
à nobis, suos tantum vicarios ad nos direxit? Ita planè. Nec
tamen nos minus aliquid illo magno grege habemus quæ
de Aegypto eduxit idem pastor, idem Deus. Nūquid enim
per homines Deus, per homines, inquam, Moysen & Aa-
ron quibus apparuerat, illas oves adduxit? Vtique non ma-
gis illis quàm nobis, non minus nobis quàm illis adducen-
dis adfuit præsentia visibili. Vnus illorum pastor tūc Deū
audiuit in rubo, nostri pastores viderunt illum in crucis li-
gnō, de quo ait quidam tam doctus quàm fidelis:

Tristes purgabantur sanguine culpæ,

T Quem contorta rubus densis cruciatibus ædit.

mysteriū Et illi quidem pastori, id est Moysi, duo signa dedit, dicens
signū prio- Si non crediderint verbo signi prioris, credent vel verbo
rius, & si- signi sequentis.

¶ Sed & nostris itē pastoribus duo signa dedit, dicens: Si
non viderunt gloriam signi prioris, videbunt saltem virtu-
tem signi sequentis. Etenim si non vidimus nos quod vir-
ga in colubrum conuersa sit, & deuoratis magorum Aegy-
ptiorum colubris, iterum virga quod fuerat effecta sit, id
est, quod Christus rex ipse paternæ diuinitatis virga regia
in mortem deuenerit, quæ per colubrum in hunc mūdum

subintravit, & consumptis peccatis nostris, iterum in veram
& æternam vitam regnaturus surrexerit, vt saltem vide-
mus quod de sinu manus extracta tota leprosa effecta sit, id
est, quod totum illud antiquum ouile pestilentia perfidie con-
tabuerit quod à gratia Dei synagoga exciderit, imò & iux-
ta quod ille prædixit, ceciderint in ore gladij, & captiui du-
cti in omnes gentes, lepram suam toti orbi spectandam
iam dudum circumtulit.

¶ Igitur quum per legatos suos in quibus ipse proculdu-
biò loquitur, nos alias oves suas vocauit, non minus quàm
prioris

æque æ-
stimati gē-
tiles &
iudæi.

mysteriū
signū prio-
rius, & si-
gni poste-
rioris.

moysi ma-
n⁹ vt le p-
sa, mysticè
Lucæ. 21.
Onibus su-
is adducē-
dis, vt pa-
stor labo-
rauit.

prioris
¶ Ait ita
dis, non
vigilias,
ta huius
cetero Eu-
non tan-
hos Dei
inquit, o-
ad vestra-
mam in-
demini i-
fidem P-
tantes b-
& oves p-
tuli Cert-
cati. Ad
ctis opo-
proptere-
¶ Hoc et
cem pass-
tes fidei
non cog-
Audient
eum se c-
dicatur: E-
uersi esti-
stratum.
¶ Et fiet,
et vnus p-
sed fiet v-
stor per-
ouile, n-
tis, iude-
per Prop-
vnum qu-
& ipse e-
ero eis i-
dio eoru

prioris ouilis oues per semetipsum adduxit.

¶ Ait itaq;: Et illas oportet me adducere. Sanè his adducē-
dis, non modò famem, sitim, est⁹, itineta, labores, sudores
vigilias, opprobria, contumelias, blasphemias, & alia mul-
ta huiusmodi, quin & mortem crucis pati dignatus est, di-
cēte Euangelista: quia Iesus moriturus erat pro gente, &
non tantum pro gente, scilicet Iudæorum, sed etiam vt fi-
lios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Et illas,
inquit, oportet me adducere. Quò autem adducere? Non
ad vestram synagogam ò putidi hirci, qui & secundum ani-
mam inferiora terræ introibitis, & secundum corpus tra-
demini in manus gladij, partēsque vulpium eritis, sed ad
fidem Patriarcharum & Prophetarum, cum quibus canti-
cantes balare audietis, dicentis: Nos autem populus eius
& oues pascuæ eius, quum sitis tauri pingues & lasciuvi.
coli Cethæorum & Amorrhæorum saltibus innati & edu-
cati. Ad illorum, inquam, fidem, me alias oues vobis abie-
ctis oportet adducere, & vocem meam audient, quam vos
propterea non auditis, quia ex Deo non estis.

*Quo oues
suas addu-
xit.*

¶ Hoc etenim modo reductæ sunt oues errantes, quia vo-
cem pastoris audierunt credentes Euangelio & obedien-
tes fidei. Vndè ipse per Psalmistam: Populus, inquit, quem
non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi:
Audientes itaque pastoris veri vocem oues errantes, ad
eum se conuerterunt. Vndè eis bene per beatum Petrum
dicitur: Eratis enim aliquando sicut oues errantes, sed cõ-
uersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum ve-
strarum.

*V
Ita redu-
ctæ oues
errantes.*

1. Pet. 2.

¶ Et fiet, inquit, vnum ouile & vnus pastor. Non dixit. Et fi-
et vnus pastor, & vnum ouile iam enim vnus pastor erat,
sed fiet vnum ouile, quod nondum factum erat, & vnus pa-
stor permanebit, qui nunc & semper est. Fiet inquam, vnũ
ouile, nulla distinctione habita peregrinæ & indigenæ o-
uis, Iudæi & Græci, & ille vnus pastor omnium erit, de quo
per Prophetam dictum est. Et suscitabo super eas pastore
vnum qui pascat eas seruum meũ Dauid ipse pascet eas,
& ipse erit eis in pastorem. Ego autem dominus eorum,
ero eis in Deum, & seruus meus Dauid princeps in me-
dio eorum.

*Vnum o-
uile & v-
nus pastor*

Ezech. 34

DOMI-

DOMINICA TER-

TIA POST PA-
SCHA

Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem. Ioan. 16.

¶ In hac sacra præsentis Euangelij lectione tria comprehenduntur. Primum est, Ingressum discipulis rerum prænunciatio, Secundum est, earundem rerum manifestior explicatio. Ibi: Amen amen dico vobis. Tertium est, congruæ similitudinis ad præmissa propositio, Ibi: Mulier quum parit.

Christus discipulis cur tristitia prædicat.
chryf.
A ¶ Circa primum, tria sunt consideranda. Primum est, & tristitium & lætarum rerum prænunciatio. Secundum est, discipulorum non intelligentium mutua sciscitatio, Ibi Dixerunt ergo. Tertium est, ad sciscitantium ignorantiam Christi responsio, Ibi: Cognouit.

¶ Circa primum aduerte, q, Saluator noster volens discipulos suos informare ad fortitudinis patientiæque virtutem ea quæ propter sui absentiam & odia Iudæorum passuri erant tristitia prædicat, prænuncians nihilominus huiusmodi tristitiæ breuitatem, & postea gaudium sine fine mansurum. Hoc autem facit: vt assuescant per tristitiam auditionem bene ferre suam ab illis ad tempus separationem. Eam enim quæ dolet animam, & à tristitia multa detinetur, nihil ita consuevit quietare vt quæ tristitiam pariunt verba reuoluta continuè. Ait ergo: Modicum & iam non videbitis me. Nam quia hæc ipsa qua tradebatur nocte loquutus est, modicum erat, id est, eiusdem noctis & diei sequentis tempus vsque ad horam qua illum non videre inciperent. Tenus enim nocte illa à Iudæis & in crastinum crucifixus, quum serò factum esset depositus est de cruce & intra septa sepulchri ab humanis seclusus obrutibus. Sequitur: Et iterum modicum & videbitis me. Ad triste addit lætum quiddam. Iterum enim modicum erat vsque dum illum viderent. Resurrexit enim à mortuis die tertia, & apparuit eis in multis argumentis, per dies quadraginta.

Beda.
cum modi ¶ Quare autem modicum esset vt non viderent eum, & iterum

terum modicum vt viderent videlicet à morte immorta- *cum non*
 ter rediuuium, adnectit causam dicens: Quia vado ad pa- *viderunt*
 trem. Ac si aperte dicat: Ideo post modicum à vestris aspe- *& modi-*
 ctibus in monumenti claustris abscondor, & iterum post *cum vide-*
 modicum destructo mortis imperio, vobis intuentus ap- *runt.*
 pareo, quia tempus est, vt expleta dispensatione assumptę
 mortalitatis, cum resurrectionis triumpho iã reuertar ad
 patrem. Propterea autem resuscitatum me à mortuis tem-
 pore modico videbitis, quia nõ semper in terra corpora-
 liter māsurus, sed per humanitatem quam assumpsi, iam
 sum ascensurus in cœlum. Vado, inquit, ad patrem, nempe
 qui vos iuuare potest, & non pereo, sed transeo. Et ad pa-
 trum quidem tempus secessus erit, postea autem perpetuò
 vobiscum conuersabor. Et hæc quidem domini verba illis
 specia liter conueniunt qui eum resurrexisse viderunt.

Sanè plures ob causas oportuit mortis Christi tempus **B**
 modicum esse, & resurrectionem suam nequaquam vsque
 ad vniuersalem in fine mundi resurrectionem mortuo-
 rum differri.

Primò, propter ipsius dominici corporis dignitatem.

Quum enim id esset verū diuinitatis templum, & insepara- *Resurre-*
 biliter vnitum diuinitati, nõ conueniebat vt vsque in fine *ctio chri-*
 seculi in sepulchro delitescens in terrę puluerem redige- *sti cur ac-*
 retur. Vndè ex ipsius domini persona pphetali vaticinio *celeranda*
 predictū fuerat Nõ derelinques animā meam in inferno, *psal.*
 nec dabis sanctū tuum videre corruptionē. Si enim Chri-
 sti caro vidisset corruptionē, aut ipsius vsque ad mūdi finē
 fuisset dilata resurrectio, ipse ex summo redemptionis be-
 neficio humano geneti morte sua intercedente impenso
 damnum reportare videretur, & quidē damnum ingēs, vi-
 delicet adeò longam animæ suæ à corpore separationem
 hanc erat illas dispensatiue pœnas tollerasse quæ peccata
 nostris delendis sufficerent, dicente Apostolo Petro: **1. Petri. 2**
 Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.
 Mortuum verò permanere vsque ad finem mundi, quia ni-
 hil profuisset, nullatenus conueniebat.

Secundò, necesse fuit Christum post modicum tempus *Vt fidei*
 resurgere propter nostram fidem: vt enim fides nobis sic. *nosiræ cō-*
 ter de ipsius diuinitate, decuit vt citò resurgeret. Et vt fit *sulium.*
 ma nobis fides esset de vera ipsius humanitate, oportuit
 vt non mox sepultus resurgeret. sed conueniens atque suf-
 ficiens

ficiens mora inter mortem ipsius resurrectionemq; daretur. Porro si non resurrexisset, perisset fides. Nemo enim credidisset aut Dei filiū fuisse, aut natū de virgine, aut humani generis redemptorem. Vndē & discipuli quibus de resurrectione eius nondum satis constabat, dicunt: Nos aut

LUC. 24. tem sperabamus q; ipse redempturus esset Israel. Sperabamus, inquit, quasi euacuata iam fide dicant: Ex quo mortu⁹ est quid iam vltra speremus? Vndē Apostolus. Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. Proinde si Christus non crederetur à mortuis resurrexisse, futurā resurrectionem mortuorum quis crederet? Oportuit ergo præexistere resurrectionem in Christo, vt alios posset à mortuis suscitare. Ego, inquit, resuscitabo eos in nouissimo die.

1. COR. 15. ¶ **Ad hæc.** quia ipse constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum, cui pater dedit potestatem iudicium facere, quia filius hominis est in forma humana iudicaturus, idcirco tanquam iudex resurgentium, debuit resurgendo ceteros præuenire.

IOAN. 6. ¶ **Tertio,** oportuit Christum post paululum resurgere ad comprobādā suæ resurrectionis veritatem. Exigit enim resurrectionis veritas, vt idem in substantia resurgat qui mortuus est. Ergo tunc resurgere debuit quādo iam adhuc recens erat in discipulorū cordibus sui, suęque mortis memoria, videlicet tertia die. Si enim paulò diuti⁹ distulisset resurgere putassent fortasse discipuli non eundem fuisse quem resurrexisset, sed alium quempiam similem ei.

ACT. 10. ¶ **Proinde resurgere eum** oportebat prius quā Apostoli dispergerentur, vnusquisque in propria, siquidem hoc facto, non se omnibus simul post resurrectionem suam potuisset manifestare.

IOAN. 3. ¶ **Circa secundum,** quod est, discipulorum domini verba non intelligentium mutua suscitatio, subditur:

Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc quod dicit nobis, modicum & non videbitis me & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit modicum? nescimus quid loquitur.

Quod

Quod d
qua ang
illud re
borum
loquuti
quo m
propen
ti, & nu
tur vnd
intelle
non era
cum ter
¶ Et si g
te sua d
ad patro
sed abite
vitam. V
partim
tate nec
ctione i
exprobr
minus h
¶ Quin r
licet ne
inferis. I
quippe c
moritur
dierant
tem non
¶ Quan
qui dice
nec in a
tum ho
gnium &
cum tan
gloria &
tabāt eu
de quo s
paruit, q
subuecti
¶ Ad hu

Quod domini verba discipuli non intelligant, immensa
 qua angebatur tristitia faciebat, & quod toties modicum
 illud repetisset. Ergo vel propter tristitiam, vel propter ver
 borum Christi obscuritatem hoc factum est, vt contraria *chrysoft.*
 loquutum arbitrarentur. Si videbimus te (dicere possunt) *cur disci*
 quo modo abis? Si vadis, quomodo te videbimus? Itaque *puli nō in*
 propemodum confusi facti sunt, & aliàs mœtore occupa- *telligunt.*
 ti, & nunc vel maximè angustia mentis ex eo premeban-
 tur vndè plus consolationis accipere potuissent, si modò
 intellexissent. Nam & si molestum esset quod eum visuri
 non erant, solatium tamen inde cepissent, quod post modi-
 cum temporis ipsum denuò forent visuri.

(Et si graue & molestū eis erat quod de passione & mor-
 te sua dicebat, sed solatio plenum adiungebat: Quia vado
 ad patrem, nimirum insinuans se morte non periturum,
 sed abiturum ad patrem, sicque à morte transiturum ad
 vitam. Verūm isti quomodo hoc intelligere valerent, qui
 partim ex mœtore (vt dictum est) partim ex fidei pusilli-
 tate nec persuadeti nec induci facile poterant, vt resurre- *Mar. 16.*
 ctionē illius crederēt quum iam resurrexisset, iuxta quod
 exprobrauit postmodum incredulitatem illorum, quantò
 minus hanc crederent adhuc in cœna?

(Quin magis certum esse credebant illud Sapiētis, vide. *Sapient. 2.*
 licet neminem vnquam cognitum esse qui sit reuersus ab
 inferis. Hinc enim nec ipsum resurrecturū esse credebant, *Rupertus*
 quippe qui de illo magno sentiōtes, nec hoc saltem quod
 moriturus esset, intelligere poterāt, ex eo forsan quod au-
 dierant dicentem, eum qui sermones suos seruaret, mor- *Ioan. 8.*
 tem non gustaturum in æternum.

(Quam opinionem illi quoque Iudæi falso conceperant *opinio*
 qui dicebant. Nos audiimus ex lege, quia Christus ma- *Christum*
 nec in æternum, & quo modo tu dicis, oportet exaltari si- *non mori*
 lum hominis? Ita discipuli quoque cogitabāt quidem ma- *turum.*
 gnū & eximiū aliquid de Christo, nō tamen credebant *Ioan. 12.*
 eum tam turpi morte moriturum, rursusque dehinc tanta
 gloria & maiestate resurrecturum. Tantum apud se cogi-
 tabāt eum sine morte transiturum ad patrem, sicut Enoch *Gene. 5.*
 de quo scriptum est, quia ambulauit cum Deo, & non ap-
 paruit, quia tulit eum Deus. Vel vt Heliā, qui curru igneo *4. Reg. 2*
 subuectus, cum turbine raptus est in cælum.

Ad hunc modum putabant Christum quoque abiturum
 ad pa-

DOMINICA TERTIA

ad patrem, neque vlla ratione poterat apud se mortis tain ignominiosę, & ad eđ gloriosę resurrectionis modũ quem-
 D **D** **iam inuenire. Quam ob rem & inter se dicebat: Quid est hoc quod dicit nobis, modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrẽ: Hęc enim domini verba ita obscura erant discipulis antẽ quã id quod dixit esset impletum, vt quærentes inter se quid esset quod diceret, omnino se nescire faterentur. Nunc verd quod illis tunc obscurum fuit, & mox manifestatũ est, iam nobis vtrique manifestum est. Post paululum enim passus est, & non viderunt eum, rursus post paululum resurrexit & viderunt eum.**

August. **¶** Poterat sanẽ Dominus hæsitantibus discipulis quid loqueretur edicere verbis euidentioribus, verũ res ipsa mox subsequẽs, omnia commodiũs erat declaratura. Hoc profectõ teneris mētibus expediebat, vt nec omnino reticeret, nec totam, sed ex parte rem immensi doloris, verbis prænunciaret, videlicet ne illa tempestas repente nimis iruens, fidei fundamentum in illis penitus euerteret, sed sensim reuelatus dolor fieret tolerabilior.

¶ Circa tertium, quod est ad hæsitantium discipulorũ ignorantiam, Christi responsio, subditur:

Cognouit autem Iesus quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me.

E **¶** Discipulos dominus se iam iam interrogaturos quid nã sibi voluisset sermo quem dixerat oportunẽ præueniens, ostendit se vt Deum hominum corda cognoscere, id nempe Deo propriũ est, sicut scriptũ est: Scio domine, quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Vndẽ & ad Samuelẽ loquens, ait: Deus intuetur cor. De hoc, inquit, quæritis inter vos, quia dixi, modicum & non videbitis me, &c. Hoc præmissõ non ilico eloquitur quod intellectuĩ eorum planum esset, videlicet vt diceret: Vnum modicũ est, ab hinc vsque ad horam nonam instantis diei, qua transacta sepeliendus sum, & iam non videbitis me: & aliud modicum est, ab eadem hora nona vsque in diem tertium, quo resurgam, & iterum videbitis me, sed ita vt subiungit.

¶ Circa

¶ Circa secundum principale dicitur:

*Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis
vos, mundus autem gaudebit.*

(Hic ponitur ingruentium rerum manifestior explicatio, Vbi Dominus. Primò superuenturum discipulis prædicit luctum. Secundò, perniciosum hominum mundanorum denotat gaudium, ibi: Mundus autem. Tertiò, tristitiam suorum vertendam dicit in gaudium, ibi: Sed tristitia vestra.

(Circa primum dicit: Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos. Siquidem futurum mox erat vt discipuli tristarentur & dolerent ex passione Christi audientes eum à ludæis captum, percussum, condemnatum, & tandem iri crucifixum. Amen, amen, inquit, dico vobis, id est, verè dico vobis. Quæ geminatio iuramenti rei infallibilitatem significat. Quia plorabitis & flebitis vos. Hoc ideo quia (vt dixi) modicum & non videbitis me, videlicet in triduo mortis meæ. Interest autem inter plorare & flere. Ille enim flet, cui tametsi tacito lachrymæ fluunt oborta: Sed ille plorat qui fletus etiam plangentis vocem emittit. Ac verò nulli dubium quin Apostoli in triduo passionis & mortis domini quo eum non viderunt & fleuerunt & plangerunt. Vndè apud Marcum dicitur, quòd Maria Magdalene nunciauit his qui cum domino fuerant, id est, Apostolis plangentibus & fletibus.

(Circa secundum, vbi dominus hominum mundanorum perniciosum denotat gaudium, dictum est. Mundus autem gaudebit. Vbi subaudiendum est. Sed postmodum plorabit & ululabit, quum risus eius dolore miscebitur, imò quum breui atque momentaneo risui interminabilis luctus succedet. Siquidem extrema gaudij eorum, luctus occupabit. Ergo mundi nomine significati sunt inimici à quibus Christus occisus est, qui utique tunc lætati sunt, quando occiso domino discipuli sunt cõtristati. Sed tale eorum gaudium contritio duplex absorbebit.

(Prima, quia venient dies in quibus dicent: Beata steriles & ventres quæ non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt, videlicet, quando venient Romani, & tollent eorum locum & gentem prout expauerunt. Deinde, quia tandem videbunt in quem transfixerunt.

*Plorare
& flere.*

Marc. 6.

*F
pernitio-
sum mudi
gaudium.
Prou. 14.*

Luc. 23.

Ioan. 12.

¶ Possunt

DOMINICA TERTIA

¶ Possunt & hæc de amatoribus huius mundi intelligi, qui utiq; sunt ille mūdus qui totus in maligno positus est. *Cu- iacobi. 4* ius qui vult esse amicus, inimic^o Deo cōstituitur. Qui utiq; *ioan. 1.* sunt ille mūdus, de quo dicitur: Et mundus eū non cognouit. Cuius mūdi, principes tenebrarū rectores sunt. Mūdus iste de sua gaudet peruersitate, sicut per Salomonē dictum est: *Prou. 2.* Gaudēt quū malē fecerint, & exultāt in reb^o pessimis.

¶ Circa tertium, vbi suorum tristitiam dominus in gaudiū vertendam promittit, subditur:

Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

¶ Ostendit q̄ tristitia parit gaudium, & quōd tristitia breuis, lætitia vero infinita est. Sanē quod hic dicit, & tunc Apostolis, & totius Ecclesiæ statui congruit. Vos, inquit, contristabimini. Plorabant quippe tunc & stebant amatores Christi, quum illum (vt dictum est) comprehendi ab hostibus, ligari, ad concilium duci, damnari, flagellari, derisui haberi, ad vltimum crucifigi, lanceari, & sepeliri viderent. Gaudebant mundi amatores (quos ob infimas cogitationes mundum vocat Dominus) quum morte turpissima condemnarent illum, qui grauis erat eis etiam ad vi-

Beda.

Apostolo- r̄ vt post dendum. Contristabantur discipuli posito in morte domino, sed agnita eius resurrectione, tristitia illorum versa est in gaudium, visa ascensionis potentia, iam maiori gaudio subleuati laudabant dominum, vt Lucas testatur.

Luc. 24:

¶ Sed & cunctis fidelibus (vt iam dictum est) hic sermo domini cōuenit, quia per lachrymas pressuræque præsentes ad gaudia æterna peruenire contendunt, quī meritō in præsenti plorant, flent, & tristes sunt, quia necdum valent videre quem diligunt, quia quamdiu sunt in corpore, peregrinari se à sua patria & regno cognoscunt, per labores enim & certamina, ad coronam sibi perueniendum esse non ignorant. Quorum tristitia vertetur in gaudiū, quum finito agone vitæ huius, brauium vitæ perennis accipiunt. De quibus dicitur per Psalmistam: Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent.

¶ Gemendi in hac vita causas varias, habes super epistolā dominicā quartæ post Pentecosten.

¶ Flentibus itaque & contristatis fidelibus mundus gaudet, quia iure in præsentibus qualecunque gaudium habent,

bent q
ad hæc
liter de
qui cru
luisse g
ronat
zterna
phetar
mini, e
mabiti
tus vlu
¶ Porro
stitia E
uiter d
¶ Primu
licet, na
¶ Natur
acciden
affectu
raliter
est, vt ra
det. Qu
ram vo
trique v
Verbi g
di, inqu
Verūm
vel pœn
¶ Secun
bus hui
trimen
do null
nem, de
ge expe
litas in
est tristi
ratur, q
queunt
Hæc tris
ti Domi
que hab

bent qui alterius vitæ vel nulla esse gaudia putant, vel se ad hæc pertingere posse desperant. Quod tamen specia-
 liter de persecutoribus fidei Christianæ potest intelligi, qui cruciatis occisisque martyribus ad tempus se prævaluisse gaudebāt, sed non post multum illis in occulto coronatis, ipsi pœnas perfidiæ suæ simul & homicidij subibāt æternas. Quibus diuina increpatione rectè dicitur per Prophetam: Ecce serui mei lætabuntur, vos autem confundemini, ecce serui mei exultabunt in lætitia, vos autem clamabitis præ dolore cordis vestri & præ contritione spiritus ululabitis.

*Post mñdi
gaudia lo
ctus.*

Esā. 56.

¶ Porro quoniam hic & de gaudio malorum & piorum tristitia Euangelicus sermo mixtim pronunciat, aliquid breuiter de utroque, id est, de tristitia & de gaudio dicendum erit. Primum itaque notandum, triplicem esse tristitiam videlicet, naturalem, secularem, spiritualem.

H'

*Tristitia
tr. p. ex.
Tristitia
naturalis*

¶ Naturalis tristitia est, quam non ab extrinseco quoquam accidente, sed à natura quispiam habet, per quam naturali affectu solet esse tristis. Et quoniam ex iis quæ nobis naturaliter insunt nec laudamur nec vituperamur, consequens est, ut talis tristitia, nos coram Deo nec culpet nec cõmendet. Quum vero huiusmodi naturales affectiones, per liberam voluntatem vel ad bona vel ad mala cõuertimus, tunc utrique vel ad meritum nobis vel ad culpam imputantur. Verbi gratia, videre nostrum & audire & cetera huiusmodi, in quantum sunt naturalia per se non habent meritum. Verum in quantum ea vel ad bona vel ad mala inclinamus, vel pœnas meremur vel præmia.

¶ Secunda est tristitia secularis, quum videlicet in rebus huius seculi tota mens hominis versata ex earum detrimento vel amissione contristatur. Hæc tristitia nõ modo nullam habet gratiam, sed potius meretur damnationem, de qua tristitia per Sapientem dicitur: Tristitiam longè expelle à te, multos enim occidit tristitia, & nõ est vitæ in illa. Quin potius spiritus tristis exccat ossa, Hæc est tristitia seculi quæ secundum Apostolum mortem operatur, qualis est tristitia illorum qui malè concupitas nequeunt assequi voluptates, de qua plura in sequentibus. Hæc tristitia laborabat ille cui consilium salutis requirenti Dominus ait: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœ-

*Tristitia
secularis.*

*Eccle. 10.
Prout 17.
2. cor. 7.*

Matt. 16

lo & veni sequere me. Quum enim audisset hoc verbum, abiit tristis, erat enim multas habens possessiones.

I *Tristitia spiritualis multiplex*
Eccle. 7.
2. Cor. 7.
 ¶ Tertia est tristitia spiritualis & bona, de qua per Salomonem dicitur: Cor sapientis ubi tristitia, cor autem stultorum ubi lætitia est. De qua etiam per Apostolum dicitur: Si ad horam contristavi vos, nunc gaudeo, non quia contristati estis, quia contristati estis ad poenitentiam. Contristati enim estis secundum Deum. Quæ enim secundum Deum est tristitia, poenitentia in salutem stabilem operatur. De qua

1. Petr. 2.
 & per beatum Petrum dicitur: Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. ¶ Multiplex autem est huiusmodi secundum Deum tristitia. Est enim tristitia compunctionis, est tristitia misericordie & cõpansionis ad miseros & afflictos, est tristitia pietatis & deuotionis in recordatione passionis & mortis nostri redemptoris. Est etiam tristitia zeli propter cõtempum Dei, qua adfectus Helias, mortem desyderabat, dicens: Sufficit mihi domine scilicet hætenus vixisse, tolle animam meam. Altaria tua suffoderunt, & prophetas tuos occiderunt, & relictus sum ego solus, & querunt animam meam, & nihilominus tristitia sanctæ emulationis, qua quispiam emulando charismata meliora tristatur se in his nõ ad votum proficere. Est denique tristitia beatæ expectationis vite futuræ anxie desideratæ, qua adiciebatur qui ait: Quædammodum desyderat ceruus ad fontes aquarum, ita desyderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus? Et rursus: Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et filij captiuitatis: Super flumina, inquit, Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion.

3. Reg. 29

Psal.

¶ Itaque omnibus huiusmodi tristitia pia lugentibus dominus pollicetur, dicens: Tristitia vestra vertetur in gaudium. Absterget enim Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Ergo beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et rursus: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia merces est operi tuo.

Solutio
plorum
triplex.
Roma. 15
 ¶ Tria sunt autem per quæ etiam in presenti vita electorum tristitia lenitur & in lætitiã conuertitur. Primũ est, scriptura sacra, dicente Apost. Quæcunq; scripta sunt ad nostrã doctrinã

scripta

*cōsolatio
scriptura
rum.*

Scripta sunt, ut per patientiā & consolationē scripturarum
spem habeamus. Quid enim æquē ut scriptura divina (quæ
Dei sermo est) tristitiā piē lugētū cōsolatur? Latus sum,
inquit, in his quæ dicta sunt mihi, in domū domini ibimus.
Annunciat sanē cunctis piē lugentibus (vtiq; in hoc mun-
do peregrinis) post lachrymas & luctum beatæ & æternæ
vitæ suauē refrigerium, prædicat Dei erga nos charitatem,
providentiā, curāque paternā testatur eius, clementiā &
misericordiam, & ipsius gratiam & amorem commendat.
Verumtamen hanc scripturarum consolationem non po-
test recipere quisquis in vetustate permanet vitiorum.

Legimus Helisæum prophetam misso in vas nouum sale
aquas Iericho pessimas & steriles sanasse, vase illo in a-
quas misso. Quid per aquas Iericho nisi defluentia huius
vitæ tædia, quid per vas nouum nisi cor per resipiscentiā
& propositum pietatis innouatum designatur?

*4. Reg. 2.
Aque Ie-
richo vt
sanatæ
mysticè.*

Porro sal, cœlestis verbi significat sapientiā. Sicut enim
salis aspersione caro recens seruatur à scaturigine vermiū
& corruptione, sic & per eā quæ ex Dei verbo habetur sa-
pientiā, fidelis quisq; à peccati corruptione, à verme con-
sciētiæ remordētis, qui in damnatis nunquā morietur, & à
terrore famē sinistrae liberatur. Esto itaq; vas nouū hoc my-
stico sale repletum, & omnia vitæ huius tristitia (quasi ama-
ras aquas iam sanatas tibi & dulcoratas) superaueris.

*L
Solatium
gratia spi-
ritus san-
cti.
Actu. 5.*

Secundum per quod electorū tristitia lenitur & in gau-
dium cōmutatur, est gratia spiritus sancti, qua repleti apo-
stoli ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni
habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Hæc enim
est (vt canit Ecclesia) in labore requies, in aestu temperies,
in aestu solatium. Hæc eum quem inhabitans fouet, pau-
ertate diuitem, humilitate sublimem, contemptu fa-
ctum gloriosum. Vituperia, contumelias, opprobria, conde-
corat. Omnia deniq; Deum diligētibus cooperari facit in-
conuenientum. Porro gratia hæc Dei amor seu charitas est. Amor
autē nō laborat. Et vt quidā sanctorū ait: Vbi amor nō la-
borat, sed sapor. Hæc est illa Prophetæ farina quæ ollā pul-
uerenti amarissimi dulcorauit. Scriptū quippe est quemad-
modū temporibus Helisæi fames erat in terra, & dixit vni
de pueris suis: Pone ollam grandem, & coque pulmentum
super illis prophetarum. Et egressus est vnus in agrum vt colli-
geret herbas agrestes. Inuenitque quasi vitem syluestrem

*4. Reg. 4
Olla He-
lisæi my-
sticè.*

DOMINICA TERTIA

& collegit ex ea coluquintidas agri, & impleuit pallium suum & reuersus conscidit in ollam pulmenti. Nesciebat enim quid esset. Infuderunt ergo sociis vt comederent. Cúmque gustassent de coctione, exclamauerunt, dicentes: Mors in olla vir Dei. Et non potuerunt comedere. Cúmque vir Dei misisset farinam in ollam, non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla.

¶ Tempus famis, defectum spiritualis annonæ (id est, verbi Dei quo viuít homo) designat: filij prophetarum, fideles quique sunt qui ea nunc credunt quæ olim prophete prædixerunt. Heliseus Christum, vnus de pueris eius cui de pulmento esurientibus parando præcipit, quilibet cælestis verbi prædicator est.

¶ Ager quem colligendi victus gratia ingreditur, latitudo sanctarum est scripturarum. Contingit autem illic colligere & quæ dulcia sunt, & quæ amara. Dulcia quippe sunt eterne beatitudinis promissa præmia, amara verò sunt peccantibus gehenne supplicia comminata.

*Dulcia
& amara*

Exec. 18. ¶ Dulce sapit. Viuo ego, dicit dominus, nolo mortem peccatoris, sed vt cõuertatur & viuat. Dulce sapit. Venite ad me

Matt. 11. omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

¶ Amarum vero. Vt vobis viri impij qui dereliquistis legem altissimi, qua si nati fueritis, in maledictione nascemini,

Eccle. 41. & si mortui fueritis in maledictione erit pars vestra. Et il-

Luc. 13. lud: Dico vobis, nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Amarum sapit & illud quod per beatum

1. Petr. 4 Petrum Apostolum dicitur: Si vix iustus saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Amarum sapit vsurarius & ceteris omnibus iniquis præceptum debite restitutionis. Odia

simultateque gerentibus amarum sapit: Vade primum reconciliari fratri tuo. Et illud: Si non dimiseritis hominibus

Matt. 5. peccata eorum, nec pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra. Amarum sapit humiliatio superbis, castitas

impudicis, largitas auaritis. Nescit autem is qui colligit quid ea sapiant singulis quæ ipse prædicando quodammodo infundit, sapiunt verò atque diiudicant epulatores.

¶ Olla pulmenti grandis in quam collecta conscinduntur, mens seu memoria est prædicatoris. Qualis fuit mens illius, qui ait: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.

¶ Sed quoniam veritas odium parit, & qui nolunt cor-

rigi

rigi, ne
proclan
corpor
dam mo
durus
¶ Per
sancti
in facil
conuer
Euange
¶ Terti
est reco
nia ac n
bis ipse
¶ In cui
aquæ su
possent
dit, in d
lignum
mitigen
¶ Ceter
tionem
gaudium
spiritual
¶ Natur
ni natur
dior est,
dens ex
florida
¶ Gaudi
tis mun
quibus
plorabit
pocrite
dium st
dixi, qui
gaudiu
nus De
uitiu, &
re vitulo
vinum.

rigi, nec corripitur aut se redargui patientur, quodammodo proclamant: Mors in olla, nec possunt quæ apponuntur in incorporare, sed festinant ea à memoria per oblivionem quodammodo euomere, & ea detestando vituperare dicentes durus est hic sermo, & quis potest eum audire?

Ioan. 6.

¶ Perdurat autem hæc amaritudo quoadusque per immittam sancti spiritus gratiam formidata difficultas euanescent in facilitatem, & gustata prior amaritudo in dulcedinem conuertatur, sicque fit ut nihil amaritudinis ultra sit in olla Euangelici pulmenti.

¶ Tertium per quod piorum tristitia in lætitiã vertitur est recordatio passionis & crucis Christi. Facile enim lætitia ac minima nostra ferimus, si illa maxima quæ pro nobis ipse pati dignatus est debita cõsideratione pensemus.

M
solatium
passionis
Christi.

¶ In cuius rei typum in Exodo scriptum est, quemadmodum aquæ fluminis Marath quæ amaræ erant, ita quod bibi non possent, immisso in eas ligno quod Moyse dominus ostendit, in dulcedinem versæ sunt. Et nobis quidem Dominus lignum suæ crucis ostendit, quo vitæ huius tædia nobis mitigentur.

Exo. 15.
Aque Ma-
rath dul-
coratæ.

¶ Ceterum iuxta triplicem tristitiæ præmissam distinctionem etiam gaudium tripliciter distinguitur. Est enim gaudium naturale, est gaudium seculare, est gaudium spirituale.

¶ Naturale gaudium est quod ex sua complexionem homini naturaliter insitum est, quo naturaliter vnus alio iocundior est, de quo gaudium per Salomonem dicitur: Cor gaudens exhilarat faciem. Et rursus animus gaudens etatem floridam facit.

Gaudium
naturale.
Pro. 15.
Pro. 17.

¶ Gaudium seculare est, quod de voluptate carnis & ceteris mundi vanitatibus seculi huius amatores accipiunt quibus dicitur à domino: Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. De quo gaudium scriptum est: Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Et rursus alibi: Stultitia est gaudium stulto. Et rursus: Risum reputaui errorem, & gaudium dixi, quid frustra deciperis? Quam verò præposterum sit hoc gaudium Propheticus sermo patet, dicens: Vocabit dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad plactum, ad caluitium, & ad cingulum facci, & ecce gaudium & lætitia, occide te vitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

Gaudium
seculare.
Luca. 6.
Iob. 20.
Pro. 15.
Eccle. 2.
Esai. 22.

DOMINICA SECVNDA

Gaudium
spirituale
Psal.

¶ Gaudium spirituale est quod per spiritum sanctum puris ac piis mentibus infunditur, de quo per Psalmistā dicitur: Letificabis eum in gladio cum vultu tuo. Et iterum secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuę letificauerunt animā meā. Et alibi: Religiofitas iocunditatem atq; gaudiū dabit. De quo rursus dicitur: Post tempestatem trāquillum facis, & post lachrymationem & fletum, gaudium & exultationem infundis.

Eccle. 1.

Tob. 3.

Iob. 21.

IOAN. 15.

¶ Gaudium naturale, nec pœnam meretur nec præmium: Gaudium seculare meretur supplicium, sicut scriptū est: Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Gaudium spirituale meretur præmium lætitię sempiternę. Vndē Dominus in Euangelio. Hęc loquutus sum vobis vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur: quasi dicat, vt per gaudiū meriti, ad præmij gaudium veritatis.

HOMILIA ALTERA.

Mulier quum parit tristitiam habet, quia venit hora eius. Ioan. 16.

¶ In hac parte Euangelicę lectionis duo notantur. Vnum est congruę similitudinis assignatio. Alterum propositę similitudinis ad rem intentam applicatio, ibi: Et vos igitur.

¶ Circa primum dicitur:

Mulier quum parit tristitiam habet, quia venit hora eius. Quum autem pepererit puerum iam non meminit pressurę propter gaudium quia natus est homo in mundum.

Metapho
ra de mu
liere par
turiente.

¶ Attende quemadmodū Saluator ostendēs quoniā tristitia parit gaudium, & quia tristitia breuis, lætitia verò sequens perpetua, manifesto cunctis vitur exemplo, dicēs. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Quum autem pepererit puerum, iam non meminit pressurę propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

Esa. 13.

¶ Hac parabola in rebus calamitosis designandis vsi sunt etiam Prophete, vt est illud Esaię: Torshones & dolores tenebunt quasi parturiens dolebunt. Et apud Ieremiam: Quomodo congemuisti quum venissent tibi dolores quasi dolo-

dolores parturientis. Porro sicut per dolorem parturitionis peruenitur ad partus gaudium, sic discipuli per tristitiam de domini morte peruenturi erant ad immensum de sua resurrectione gaudiū. Insinuat autem quod ipse doloribus mortis solutis, se nouum in resurrectione hominem quodammodo nasci fecerit post hac non corrupendum.

¶ Quum pepererit, inquit, puerū. Maius gaudium esse consuevit, quando non puella sed puer nascitur. Et attende quemadmodum non dixit: iam nō meminit pressuræ, quia natus est ei puellus, sed quia natus est homo in mundum. Hoc enim nō otiose dixit, sed tacitō volēs insinuare quod ipse sit ille natus homo in mūdū. Natus, inquam, per resurrectionem, ad incorruptibilem & immortalem vitam.

¶ Insinuat nihilominus sanctam Ecclesiā mulierē magnā esse & inclyrā, eiusque virū siue maritū patrē omnium Deū, puerū autē eius quē ex eodē viro per magnam veri amoris cōcepit gratiā, ipsū esse qui hac loquitur dominū nostrum Iesum Christū. Hūc enim tunc primitus per fidem cōcepit quādo iā adolescētula in Abrahā audiuit promissiones diuinitatis in semine tuo benedicētur omnes gētes & credidit & ex tunc mēte grauida pmissionis verbū baiulans tadē diu desideratū puerū mulier eadē videlicet Ecclesia (cui⁹ beati Apostoli magna portio erāt) in magno dolore & angustia passiōis, enixa est, viditq; eū in diē æternitatis feliciter nascentē, id est, à mortuis resurgentē, vt dictū est, & iam nō meminit pressuræ ppter gaudiū, quā natus, quia renatus est, & rediuuus est homo in mundū redemptū & saluatū, vt mūdū in dō cœli & terræ, & oēm quæ in eis sunt obtineat p̄cipatū. Possunt hæc nihilominus ad eū qui sequitur sensum exponi secundū Bedā, videlicet vt mulier hæc sanctam, vt iam dictū est, designet Ecclesiā, videlicet propter fecunditatē bonorū operum, & quia spirituales Deo filio gignere vnquam nō desinit, de qua alibi dicit.

¶ Simile est regnum colorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum. Mulier quippe fermentum accepit, quum Ecclesia supernæ dilectionis & fidei domino largiente consecrata est. Abscondit hoc in farinæ sata tria donec fermentaretur totum, quum Asiæ, Africæ, Europæ famosissimis mundi partibus verbum vitæ ministravit, donec omnes terrarum termini regni cœlestis amore flagrarent.

*Theoph**Christo re
surgerena
sci fuit.**Rupertus
similitu-
dinis ap-
plicatio.
Gene. 22**Beda.**Matth 15.**Fermentū**in tria sa-**tafarinæ*

DOMINICA TERTIA

Rom. 8.

¶ Mulier hæc quum parit, tristitiam habet quia venit hora eius, quia sancta Ecclesia quandiu in mundo spiritualium virtutum profectibus insistit, nunquam mundi tentationibus desinit exerceri. At quum deuicto laborum certamine ad palmam peruenerit, iam non meminit pressuræ præcedentis propter gaudiū perceptæ retributionis. Non enim sunt condignæ passiones huius temporis ad superuenturam gloriam quæ reuelabitur in nobis.

Obitus
sanctorū
natalis eo-
rum.

¶ Non meminit, inquit, pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Sicut enim mulier nato in hoc mundo homine letatur, ita Ecclesia nato in vitam futuram fidelium populo digna exultatione repletur, pro qua eius natiuitate multum laborans & gemens, in præsentī quasi parturiens dolet. Nec nouum debet cuiquam videri si natus dicatur, qui ex hac vita migrauerit. Nam quomodo cōfuetē nasci dicitur, qui de utero matris procedens hanc in lucē egreditur, ita etiam rectissimè potest natus appellari qui solutus à vinculis carnis ad lucē sublimatur æternam. ¶ Undè & mos obtinuit Ecclesiasticus, vt dies beatorum martyrum siue confessorum Christi, quibus de seculo trāsierunt, natales vocitemus, eorumque solennia, non funebria, sed natalia dicantur.

¶ Circa secundum dicitur:

Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

P
parabola
de discipu-
lis exponi-
tur.

¶ Hic notatur propositæ similitudinis ad rem intentam applicatio. Itaque dominus exponēs paradigmam quod de muliere proposuerat, inquit: Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Quod de ipsis quidem discipulis facile intelligitur, quia tristitiam habuerunt passo ac sepulto domino, sed cōpleta resurrectionis gloria gauisi sunt viso domino. Et gaudium eorum nemo tulit ab eis, quia ipse dominus eorum gaudium fuit, quod nemo ab eis tollere potuit, quia iam tunc amplius moriturus non erat.

¶ Sed dicat aliquis: Nonne domino in caelos ascende te, & iam exinde grassante in Apostolos persecutote ablatum est eis gaudium eorum? Respondetur: Et si postmodum persecutiones pro Christi nomine ac tormenta passi

passi su-
si, libet
mabāt
princip
quoniā
Gaudiū
pro Chri-
rum, in
mulier
ciatur v
appareb
sed bon
fectus. f
etiam o
gaudiu
corde v
repositu
¶ Mysti
angusti
attestan
ter nos
videbo
piam vo
decerta
¶ Quan-
uentos
promiss
trabatu
est Deu-
nis, aieb
rectus e
am in
miles a
subleua
nes te v
electos
impugn
¶ Si erg
tament
mus pa
debita

passi sunt, spe tamen resurrectionis & visionis illius accē-
si, hēbēter aduersa quæq; ferebāt, imò omne gaudiū existi-
mabāt quū in tentiones varias inciderent. Denique cæsi à
principibus sacerdotū, ibāt gaudētes à conspectū concilij
quoniā digni habiti sunt ꝑ nomine Iesu contumeliā pati.
Gaudium vtique eorū nemo tulit ab eis, quia talia patiēdo
pro Christo, meruerunt regnare sine fine cum Christo. Ite-
rum, inquit, videbo vos, qui nunc tristitiam habentes quasi
mulier estis quæ in utero habens, clamat parturiens & eru-
ciatur vt pariat, sed iterum videbō vos vobisq; videndus
apparebo, separatus quidem à vestre mortalitatis cōsortio
sed bono vestro quodammodo renatus & immortalis ef-
fectus. Et gaudebit cor vestrum. Nam & si corpus vestrum
etiam occiderint: sic quoque cor vestrum gaudebit. Quia
gaudium vestrum non in carne quæ occidi potest, sed in
corde vel animo quæ persequitor occidere non potest
repositum erit.

¶ Mystice etiam omnis Ecclesia per huius vitæ labores &
angustias ad æterna cœlestium tendit præmia gaudiorum
attestante Apostolo: Quia per multas tribulationes oportet
nos introire in regnum Dei. Quod autem ait: Iterum
videbo vos & gaudebit cor vestrum, videbo vos dixit, eri-
piam vos ab aduersariis, coronabo vos victores, me vos
decertantes semper vidisse probabo.

¶ Quando enim non videret suos maximè pressuris circū-
uentos, cum quibus ipse omnibus diebus seculi manere
promisit? Sed morientibus inter tormenta fidelibus arbi-
trabatur eos tortores diuino carere præsidio dicentes: Vbi
est Deus eorum? Vndè quidem ex his circumseptus ærum-
nis, aiebat: Vide dominè afflictionem meam, quoniam e-
rectus est inimicus meus. Quod est apertè dicere: Quoni-
am inimicus insequens ceruicem superbiæ contra tuos hu-
miles attollit, tuo nos auxilio conditor noster omnipotēs
subleua, deuictus ac repulsis hostibus, nostros semper ago-
nes te vidisse ac tibi hos placuisse comproba. Videt itaque
electos post tristitiam dominus, quum eorum patientiam
impugnatorum damnato remunerat.

¶ Si ergo & ipsi salubri nunc tristitia efficiamur, si iuxta hor-
tamenta Apostoli spe gaudentes, in tribulatione existi-
mus patientes, si nostra errata, si miseras proximorum
debita lamentatione deflemus, videbit & nos iterum do-

Gaudium
quod ne-
mo tollit.
Actu. 5.

Q
Beda.
Act. 14:
cōsolatio
propter
christum
pressu.
Mar. ult.

Thre. I.

Rom. 12.

mi-

dominus, id est, videndum se nobis ostēdet in futuro, qui quondam nos videre fidei suæ nobis agnitionem largiendo dignatus est. Videbit ut coronet, qui quondam vidit ut uocaret. Videbit & gaudebit cor nostrum, & gaudium nostrū nemo tollet à nobis. Quia hæc est vera & vnica merces eorum qui secundum Deum contristantur de perpetua eius visione gaudere. Quam profectò mercedem promisit ipse, quum ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Mat. 5.
R

Letitia
in tristitia
an veritas
sur.

¶ Iuxta præmissa, in tristitia & letitia attende, conuersionē quadrifariam. Conuertitur enim electorum tristitia in letitiam, de qua conuersione superius dictum est.

¶ Secundò, conuertitur letitia in tristitiam, sicut scriptum est: versa est in luctum cythara mea, & organum meum in vocem flēriū, & hæc est stulta letitia reproborum, quæ gehennæ tormentis venit compensanda, iuxta quod in Apocalypsi dicitur: Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Hac letitia, quasi quadam malè dulci cantilena maligni spiritus carnales homines quasi pecudum greges, ducunt & seducunt.

Iob. 30.

Apo. 18.

I Mac. 9.

Anime
per euntis
tipus.

¶ In Machabæorū historia scriptū est, quemadmodum filij Iambri cum tympanis & musicis & apparatu multo adducebant spōsam filiā vnus de magnis principibus Chanaan. Irruit autem super eos Ionathas dux populi Israel, & occidit eos, & accepit spolia eorum. Et cōuersæ sūt nuptiæ in luctum, & vox musicorum ipsorum, in lamentum.

Sap. 2.

¶ Iabri diabolum significat, interpretatur enim dies amaricans. Dies seu lux, imò lucifer, ille fuit ante ruinam, post modum verò amaricans. Siquidem inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Huius filij, non natura sed similitudine & imitatione sūt dæmones vniuersi. Chanaan mundū hūc designat, interpretatur enim commutatus, iuxta illud: Mundus transit & concupiscentia eius. Nunquam, enim in eodem statu permanet. Principes Chanaā, id est, mundi huius, sūt illi, de quibus nos Apostolus præmonet dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitæ in cælestibus. Istorum principum, anima peccatrix & filia dici potest & sponsa. Filia propter imitationem, sponsa propter passionem. Pepigisse enim probatur for-

I Ioan. 2.

Ephes. 6.

Isai. 28.

dua

dus cur
 Hæc i
 nem, q
 est imp
 ne iudi
 lius col
 animar
 tendam
 nem im
 dit insu
 dention
 tia in lu
 ¶ Tertiò
 quæ hie
 de bona
 sancti h
 iuxta qu
 gnum, &
 tas ipsa
 gelio: A
 lientis i
 habetur
 sempite
 id est, in
 Per luce
 ¶ Quart
 tēporali
 est quor
 ¶ Primò
 lunt ope
 consequ
 illa, siu
 cunæ th
 huiusmo
 ¶ Secund
 aduersita
 emenda
 tristitia
 flagella
 perducu
 ¶ Horun

duſ cum morte, & pactum feciſſe cum inferno.

¶ Hæc ipſa nunc cum gaudio vano deducitur in perditionem, quum repente & dum non ſperatur mortis hora ad eſt improvidis. Ionathas, id eſt, Chriſtus dominus cui omne iudiciũ dedit pater, (interpretatur nempe Ionathas filius colũbe) irruit iudicaturus, iuxta quod in Propheta ad animam adulteram loquitur, dicẽs: Ecce ego iudicio contendam tecum. Iſ itaq; ſuperueniens dum vanis gaudiis ſinem imponit, quaſi peccatricis animæ ſpolia tollit. Occidit in ſuper dum mittit in gehennã, ubi erit ſletus & ſtridor dentium. Vndè bene dictum eſt, quia conuerſæ ſunt nuptiæ in luctum, & vox muſicorum in lamentum.

¶ Tertio, cõuertitur læticia in lætitiã, nam ſancta læticia, *Matt. 13.*

quæ hîc de ſpe vitæ æternæ, de Dei & proximi dilectione de bonæ teſtimonio conſcientiæ, de atteſtatione ſpiritus *Læticia in lætitiã*

ſancti habetur, in lætitiã perpetuam electis cõmutabitur iuxta quod ſcriptum eſt: Fons parvus crevit in fluuium magnum, & in lucem ſolemque conuerſus eſt. Fons eſt charitas ipſa & conſolatio ſpiritus ſancti. Vndè dominus in Euãgelio: Aqua quam ego dabo ego ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitã æternã. Et quidem omne gaudium quod hîc habetur ex conſolatione ſpiritus ſancti, collatum gaudium ſempiterno exiguum eſt, fons paruus eſt, ſed illic in fluuium id eſt, in gaudium abundans & immenſum commutabitur *Hebr. 10. 10an. 4.*

Per lucem verò dies illa ſignatur quæ neſcit occaſum. S

¶ Quarto, cõuertitur triſtitia in triſtitiã, triſtitia mala & *Triſtitia in triſtitiã*

tẽporalis, in triſtitiã ſine fine manſuram. Vbi conſiderandum eſt quorũ hominũ eſt triſtitia mala. Itaq; malè tristes ſunt.

¶ Primo, omnes qui idcirco triſtantur quia mala quæ volunt opere adimplere non valent, Triſtantur ſanè quia conſequi nequeunt quæ malè concupiſcunt quæcunq; ſint illa, ſiue carnis voluptates, ſiue iniuriarum vriones, ſiue pecuniæ theſauri, ſiue ſiue faſt⁹ & pompæ, vel quoduis aliud huiuſmodi.

¶ Secundo malè tristes ſunt, qui ob peccata ſua immiſiſ aduerſitatibus aut doloribus à Deo flagellantur, nec tamẽ *Malè triſtes, qui.*

emendatur. Quid enim iis ſuper eſt niſi vt ex temporali triſtitia corruant in æternam? Nam quos temporalia flagella non corrigunt, ad perpetuæ damnationis mala perducunt.

¶ Horum in præſenti vitã caſtigatio, rectè per virgam *Moyſi*

DOMINICA TERTIA

- Exod. 4.* Moysi quæ in colubrum versa est, designatur. Illa verò quæ subiectos & humiles emendat, per virgam Aaron quæ refluoruit & attulit fructus, fuit præfigurata. Castigatus sanè fuit à domino Antiochus impius, & quidem cruciatib⁹ & doloribus acerbis, sed minimè emendatus, de quo scriptum est: Orabat scelestus dominum à quo non erat misericordiam consequenturus. Nam cuius vitam tribulatio præfens non corrigit, non expiat actiones. Porro David post culpam castigatus, emendatus est.
- Num. 6.* Tertiò malè tristes sunt inuidiæ liuore tabescentes.
- 2. Mac. 9.* Vndè quidam inuidiam ipsam similitudinariè describens habitationis suæ domum qualis sit depingit, dicens: Protinus inuidiæ nigro squalentia tabo Tecta petit, domus est in vallibus imis Abdita, sole carens, non vlli peruia vento. Tristis & ignaui plenissima frigoris & quæ Igne vacat semper, caligine semper abundat. Quod inuidiæ domus sita est in vallibus imis, Illud significat quod in Iob scriptum est: Paruum lulum occidit inuidia. Nemo enim nisi qui se inferiore conspicit inuidet tanq̄ sublimiori. Est igitur inuidiæ dom⁹ nigro tabo, id est, sane horrida & venenosa quo significatur, quia tota hominis inuidi loquutio est de culpis & vitiis alienis. Domus inuidiæ caret sole i. Christi gratia quæ est sol iustitiæ. Caret vè ro. Nā veti bonarū narrationū de proximo, inuidum occidit. Domus inuidiæ semper est tristis. Inuidia enim, de alieno bono tristitia est. Inuidiæ domus semper igne carens ignaui frigore plena est, quia nemo inuidus feruet charitate. Caligine sèper abūdat, quia mète cæca nō nisi puerse iudicare nouit. Personam verò inuidiæ describens, dicit:
- Iob. 5.* Pallor in ore sedet macies in corpore toto. Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes. Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno. Risus abest omnis, nisi quem fecere dolores. Nec fruitor somno vigilantibus excita curis, Sed vider ingratos sibi tabescitque videndo. Successus hominum carpit, & carpitur vnà Suppliciumque suum est. Sensus horum versuum satis patet. Proinde modum incedendi ipsius effingit dicens: Indoluit, baculumque, quem spinea totum.
- Inuidiæ typus.*
- Ouidius.*
- 2. Metha.*
- Inuidiæ domus.*
- Inuidiæ persona.*

Vincu-

Vincul
Quacu
Exurito
Afflatō
Polluit
ciri su
terius l
Oper
tenebr
caueru
dus nor
bet flor
Inter
do nul
ex mag
ris. Nar
Exuri
tes. De
torio,
lum. Q
reat, &
mento
Quar
pian, e
ctitatis.
dicens
Horum
Front
Tristi
Porro ta
runque
si amif
vt secre
Quin
quirant
morden
dicitur:
nec per
perius d
silio abii
Deniq

Vincula cingebant, operataque nubibus atris
Quacumque ingreditur florentia proterit arua,
Exuritque herbas, & summa cacumina carpit.

Afflatuque suo populos, vrbesque, domosque
Polluit. Fert poculum spinosum, quia id vndè inuidus sul-
ciri sustentatque deberet, ipsum pungit, nec est vllum al-
terius bonum quod ipsum posset delectare.

*Inuidia
operatio.*

¶ Operitur nubibus atris, quia inuidus in tenebris est, & in
tenebris ambulat, & nescit quo vadat, quia tenebrę excæ-
cauerunt oculos eius. Florentia proterit arua. Quia inui-
dus non nisi illis nocet qui aliqua virtute vel bono quoli-
bet florere noscuntur.

¶ Interrogasse quidam dicitur à quodam sapiente, quo pa-
cilio nullos sibi inuidentes haberet, ille respondit: Si nihil
ex magnis rebus habueris, nihilque laude dignum gesse-
ris. Nam sola miseria caret inuidia.

Nota.

¶ Exurit herbas, id est, iuuenes virtute aut scientia proficiē-
tes. Deniq; afflatu, id est, verbo malitioso, sermone detra-
torio, omnē vibem, & omnem quę attingit polluit popu-
lum. Quis iam tam triste, tam pelliferum non vitet, exhor-
reat, & detestetur monstrū? Ait Salomon: Sicut tinea vesti-
mento & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi.

Prov. 25.

¶ Quartò malè tristes sunt hypocritę. Vt enim alios deci-
pian, exteriorē quandam simulant tristitiam & fucū san-
ctitatis. De quibus in Euangelio Saluator nos pramonet,
dicens: Quū ieiunatis nolite fieri sicut hypocritę tristes.

*V
Hypocri-
ta tristes.*

Horum simulationi nō esse credendū pramonuit, qui ait:
Frontis nulla fides, quis enim non vicus abundat,
Tristibus obscænis?

Iuuenalis

Porro tales qui rigidam in publico tristitiam simulant, ple-
runque lasciuunt in occulto. Latet enim plerunq; sub tri-
sti amictu lasciuia, & deformis horrorvili veste obtexitur,
vt secreta tegantur petulantium animorum.

*Ambrosi⁹
in ser.*

¶ Quintò malè tristes sunt cupidi & auari, qui vel vt ac-
quirant vel acquisita cōseruent, perpetua solitudine re-
mordentur, iuxta quod de quolibet eorum per Sapientem
dicitur: Cuncti dies eius arumnis & doloribus pleni sunt,
nec per noctē mente requiescit. Talis ille erat de quo sa-
perius dictum est, qui audito à Saluatore perfectionis cō-
silio abiit tristis, quia erat multas possessiones habens.

*Auari tri-
stes.*

Eccle. 19.

Matt. 10

*Disseran-
tes tristes*

¶ Deniq; omnium pessimè tristes sunt de Dei misericor-
dia

dia

DOMINICA TERTIA

dis desperantes. Contra quam tristitiam nos præmonet
 1. *Thef. 4* Apostolus, dicens: Non contristemini sicut & cæteri qui
Ecl. 14 spem non habent. Undè & per Sapientem dicitur: Fælix
 qui non habuit animi tristitiam, & non excidit à spe sua.
 His omnibus male tristibus non dicitur: Tristitia vestra
 vertetur in gremium, sed potius: Tristitia vestra in perpetua
 gehennæ supplicia vobis conuertetur. Sed nec ad se
 vllatenus pertinere putent illud. Beati qui lugent, quoniã
 ipsi consolabuntur, qui tristitia huius seculi (quæ mortem
 operatur) tabescentes, perpetuè damnationis sibi luctum
 adfiscunt.

DOMINICA QVARTATA POST PASCHA.

Vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quò vadis. Ioan. 16.

¶ Præsens sancti Evangelij lectio tria potissimè comprehendit. Primum est, Contristatis discipulis promissa consolatio. Secundum est, mundanæ perfidiæ futura per spiritum reprehensio, ibi: Et quum venerit. Tertium est, promissa discipulis per spiritum eruditio, ibi: Quum autè venerit ille spiritus veritatis.

¶ Circa primum tria notantur. Primum est, recessus Christi denunciatio. Secundum est, ob Domini recessum Apostolorum contristatio, ibi: Sed quia hæc Tertium est, declarata discipulis utilitas & consolatio, ibi: Sed ego.

¶ Circa primum dicit: Vado ad eum qui misit me. Vado, inquit nunc in presenti. Iam enim quum hæc verba dicebat, de passione sua inter Iudæos agebatur. Exierat enim Iudas de cœnaculo, & cum Iudæis tractabat quo modo eum traderet illis. Et post modicum temporis retus fuit ab eis. Vado, inquit, ad eum, id est, ad patrem qui misit me, id est, incarnari constituit, dicente Apostolo: Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere.

Galat. 4
 ¶ Sanè triplici via Saluator noster ad patrem rediit, passionis scilicet, resurrectionis, & ascensionis. Via passionis fuit dolorosa & amara, iuxta quod in Evangelio scriptum est:

est: Tuus
 est anima
 ¶ Via resur-
 refurgenti-
 & exulta-
 spe. Quo-
 no, nec d-
 ¶ Via ascen-
 eundem
 nus in vo-
 be ascen-
 montran-
 minus in-
 det de co-
 quam ad-
 dicitur: Q-
 ¶ Sed que
 loco nec
 Vno mo-
 tionem a-
 gè distat
 la viuit si-
 ¶ Alio me-
 hoc quan-
 credebat
 ea per m-
 in notitiã
 Dei filius
 hoc Deũ
 genus sp-
 derũt dif-
 ¶ Vado, in-
 est quid d-
 ex vobis
 teret abi-
 opus fuer-
 dentibus
 oculis eo-
 impleuit
 rantes re-
 ¶ Itaq; ne-

est: Tuac cepit pauere & cadere, & ait discipulis: Tristis *Mat. 14.*
est anima mea vsque ad mortem.

(Via resurrectionis fuit gaudiofa. Vnde ex persona ipsius
resurgētis per Psalmistam dicitur: Latatum est cor meum
& exultauit lingua mea, in super & caro mea requiescet in
spe. Quoniam non derelinques animam meam in infer-
no, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

(Via ascensionis fuit triumphalis & gloriofa. Vnde & per
eundem dicitur: Ascendit Deus in iubilatione, & domi-
nus in voce tubę, nempe victor & triumphator. In voce tu-
bę ascendit, vt futuri aduentus sui ad iudicium speciē prę-
monstraret. De quo per Apostolum dicitur: Quoniam do- *1. Thes. 4.*
minus in iussu & in voce archangeli & in tuba Dei descen-
det de cęlo. Et per Psalmistam: Domine dominus nos-
ter quā admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Et sub-
ditur: Quoniā eleuata est magnificentia tua super cęlos.

(Sed quomodo filius redire ad patrem dicitur, à quo nec *Filius vt*
loco nec natura distabat? *Respōsio.* Duobus modis rediit. *ad patrē*
Vno modo, secundum humanitatem, quia quum ante pas- *rediit.*
sionem adhuc vita vegetabili & sensitua vteretur, quę lō-
gę distat à Deo, postmodum humanitate glorificata in so-
la viuūt speculatione deitatis.

(Alio modo redisse dicitur secundū naturam deitatis, sed
hoc quantū ad notitiā creaturę, quia ille qui solū homo
tredebatur, ac per hoc natura penitus distare à Deo, post-
ea per mortē, resurrectionē & in cęlos ascensionem venit
in notitiā creaturę, & sic quodammodo ad Deū rediit, quī
Dei filius creditus est. In morte enim eius Dei filiū ac per
hoc Deū esse demones cognouerunt, cōperto q̄ humanū
genus spoliatis inferis redemisset. In resurrectione credi-
derūt discipuli, post ascensionē vero crediderūt oēs gētes. *B.*

(Vado, inquit, ad eū qui misit me. Diligēter prospiciendū
est quid dominus hoc dicēs intēderit, subiūgens & nemo
ex vobis interrogat me quod vadis. Et quidē quum hæc di-
ceter abiturus erat in cęlū tam manifesta ascensionē, vt nō *Actu. 1.*
opus fuerit vlli Apostolorū interrogare eum, quod vadis, vi-
dentibus illis quia eleuatus est, & nubes suscepit eum ab
oculis eorū. Verum sic eo vadente, nō tristitia, sed gaudiū
impleuit cor eorum, sicut Lucas testatur: Quia & ipsi ado- *Ibidem:*
tantes reuersi sunt in Ierusalem cum gaudio magno.

(Itaq; non tristitia sed gaudiū corda discipulorū impleuit
pro,

DOMINICA QVARTA

Ioan. 6. pro eo quòd ipsis cernentibus Saluator in cœlū ascendit. Ait autem hīc: Amen dico vobis quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Vera ergo ratio postulat, de via vel transitu passionis eius hoc dictum intelligi, de quo

Ioan. 13. hīc idem Euangelista superius dixerat: Sciens Iesus quia venit eius hora vt transeat ex hoc mundo ad patrem.

ibidem. C ¶ Bene igitur quum de Ascensione sua, dixisset: Vado ad eū qui misit me, addidit & nemo ex vobis interrogat me quòd vadis? Superius enim quum de sua passione protestaretur, dicens: Quòd ego vado, vos non potestis venire, interrogauit eum Petrus, & ait: Domine, quòd vadis? Et iterum: Domine, nescimus quòd vadis, & quomodo possumus viam scire? & videbantur sibi promptis animis posse modo sequi, & parati esse cum eo & in carcerem & in mortem ire, at illi fugere habebant & eum solū relinquere quem sic instanter interrogabant. Respondit ergo ad Petri sciscitationē,

Ioan. 13. dicens: Quòd ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea, quia nimirum passionis mortisque eius mysterium, necdum intelligere, necdum poterant imitari. Maiestatem verò ascensionis statim vt videre, cognouerunt, totisque animi votis vt sequi mererentur optabant.

¶ Circa secundum, quod est ob domini discessum discipulorum contristatio, subditur:

Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.

Ioan. 16. ¶ Videbat Christus cor discipulorū suorū ex iis que loquutus fuerat verbis, non modo triste, sed etiā tristitia plenum esse. Prædixerat eis mundi odium, persecutiones & execrationes, dicens: Absq; synagogis facient vos. Sed multò grauius est quòd subiecit: Venit, inquit, hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Sed hoc vel maximè impleuit cor eorū tristitia, quia quum omnia ista passuri essent propter eū, iam ab eis ipse recedebat. Itaq; valde grauati sunt tristitia discipuli, quum audirent talia eis euentura. Ideirco & dominus: Hæc, inquit, tam dura vobis ab initio nō dixi, non vt ignorās, sed quia vobiscū eram, & sufficiens ad me cōfugium habebatis, & omne certamen in me reiciebatur. Ipsi verò in omni securitate eratis, igitur nō opus erat talibus vos sermonibus tunc preparari & præmuniri, sed nunc vadens ad patrem

meum,

meum,
¶ Sed quod
dixi, quia
discipulo
me. Re
mini,
inimico
eis infli
¶ Tristit
dendum
superius
racteretur
nes mul
accipiā
uit cor v
humana
Nunc at
expecta
rum qui
cordibu
su quo e
letitiā, g
bentes c
habituri
metueb
ciantes d
fectus, q
¶ Circa t
solatio,
Sed e
ego
ad v
¶ Magn
veritate
per Chri
cti in no
disset, p
peccata
sententi
menti c

meum, & vos relicturus ea prædico, ut vos ipsos muniatis.
 ¶ Sed quomodo paulò antè dixit, hæc vobis ab initio non dixi, quandoquidè apud Matthæum longè antè conuocatis discipulis dixerit: Ad præsidēs & reges ducemini propter me. Respondet Theoph. Dixit quidem, ad præsidēs ducemini, non autem occident vos ut impios & perniciosos & inimicos Dei. Et aliter: Illic quidem dicit quæ à gentibus eis infligenda, nunc autem quæ à Iudæis.

cap. 10.

¶ Tristitia, inquit, impleuit cor vestrum. Quasi dicat: Gaudendum vobis est, quia vado ad patrè, præsertim, quia (ut superius dixi vobis) ego vadens rogabo patrè, & alium paraclætum dabit vobis, & quia in domo patris mei mansiones multæ sunt, in qua præeunte ac duce hoc paraclæto accipiã vos ad me ipsum, sed nunc econtra tristitia impleuit cor vestrũ, quia hæc loquutus sum vobis, & quia in hac humana cõuersatiõne præsentè me semper habere cupitis. Nunc autem præ tristitia confusi estis, & propter grauium expectationem concussa sunt corda vestra. Sciebat nimirum quid hæc sua quæ loquebatur verba in discipulorum cordibus agerent, quia videlicet tristitiã magis de abscessu quo eos desereret, quàm de ascensu quo patrè peteret lætitiã, generarent. Spirituale quippe interiùs nondum habentes consolationem, quam per spiritum sanctum erant habituri, id quod exteriùs in Christo videbatur amittere metuebant: & quia se id amissuros esse illo verè denunciante dubitare non poterant, contristabatur humanus affectus, quia carnis desolabatur aspectus.

Theoph.

August.

¶ Circa tertium, quod est declarata discipulis utilitas & cõsolatio, subditur:

Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero paraclætus non veniet ad vos.

¶ Magno sententiam suam pondere firmavit, dicèdo: Ego veritatem dico vobis: Expedit vobis ut ego vadam, quia per Christi passionem hoc actum est quod gratia spiritus sancti in nos effusa est. Nam si absq; passione in cœlos ascensisset, profectò iste spiritus gratiæ qui per sanguinem eius peccata remittit datus non fuisset, quod ipse sua cõfirmat sententia, dicens: Amen amen dico vobis, nisi granũ frumenti cadens in terrã mortuum fuerit, ipsum solũ manet.

IOAN. 16.

MM Ob

DOMINICA QVARTA

Ob hoc ergo nobis expediebat vt abiret, quia factum non esset vt per ipsum gratiam reconciliationis acciperemus, nisi ipse abiens sanguinem suum fudisset.

Theoph.

¶ Vide igitur quomodo solatur eos. Quasi dicat: Etiã si innumeris modis magis tristitia afficiamini, ego quod vobis vile est dico. Nam vos quidẽ velletis semper esse mecũ. Atqui hoc non est expediẽs. Nam si nõ abiero, paracletus nõ veniet ad vos. Hoc est, Si ego nõ morior pro mundo, & eo ad patrẽ, dato sacrificio & propiciatione pro peccatis, paracletus (id est, cõsolator mundi) nõ veniet. Quomodo enim adueniet si inimicitie nõ soluentur & si pater cœlestis occisa morte humanẽ naturẽ nõ reconcilietur?

¶ Expediit vobis, inquit, vt ego vadam. Quasi dicat: Et si tristes sitis propter meam absentiam ò discipuli, sed propter aduentũ spiritus gaudeatis, qui pluribus & maioribus vos beneficiis prosequetur. Hęc tamen nõ ait quasi ipse in terra positus spiritum sanctum discipulis dare nõ posset etiã dum hæc loqueretur, sed quia ipso in terra posito & corporaliter conuersante cum eis, non valebãt illi erigere mentem ad scienda munera gratiæ cœlestis. Ascendẽte autem ipso ad cœlos, & ipsi pariter omne desyderium suum illõ transferebant, iuxta quod alibi audierunt: Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Ideõque capaces spiritus facti, iam non vltra de morte eius contristati, sed de promissionis eius munere sunt lætati, Lucas (vt superiũs citatum est) memorante.

Matt. 6.

¶ Patet autem nec laboriosa indiget expositione, cur eundem spiritũ paracletum, id est, consolationẽ cognominet, quia nimirum corda discipulorũ quæ recessus ipsius mortis reddidisset huius spiritus spem cõsolaretur & recrearet aduentus. Sed & singulis quibusq; fidelium vel de peccati perpetratoe merentibus, vel communi seculi huius afflictione laborantibus, dum spem veniæ & misericordiæ cœlestis inspirat, profectõ ab angore tristitiẽ mentem eorum illustrans subleuat. Sequitur:

*Paracliti
ratio.*

Si autem abiero, mittam eum ad vos.

*Bis dat^o
spiritus
sanctus.*

¶ Id est, Mittã eum in vos. Non enim de loco ad locũ mittitur, qui vbiquẽ est Deus spiritus sanctus, nec parietibus cõprehenditur, sed sensibus mentis & fide suscipitur.

¶ Hoc autẽ nũc promittit semel & iterũ fecit dominus. Semel ipsa die qua resurrexit, vnde vtiq; iam abierat, iam de sua minoratione ad gloriam & honorẽ, de mortali condi-

tionem ad
Tũc enim
insufflauit
inquam,
missionem
in hoc
cata, rem
Tũc, inq
¶ Iterũ v
die cõgr
sonus tan
toram de
paracleti
sionem p
deret diu
facundi, &

Et qu
de iustiti
¶ Hic p
reprehẽs
mundũ d
lorum tri
¶ Circa p
dum. Etc
lum vim
nali timo
fiduciã p
venerit il
arguit m
res dum
suos, Apo
qui in me
arguit vt
increduli
deliũ nol
diabolũ q
¶ Sed non
rum, quia
erat anim

tionē ad immortalitatē, de hoc mūdo ad patrē transferat. Tūc enim, id est, ipso die, stans in medio discipulorū suorū insufflauit & dixit eis: Accipite spiritū sanctum. Accipite, inquam, paraclētū in maximam consolationē, id est, in remissionē peccatorū, & in scripturarū reuelationē. Sic enī in hoc Euāgelista mox subiungitur: Quorū remisistis peccata, remittuntur eis, & Lucas eandē narrans apparitionē. Tūc, inquit, aperuit illis sensum, vt intelligerēt scripturas. Alterū verò tunc misit quādo decimo post ascensionē suā die cōgregatis in vnū discipulis, factus est repēte de cælo sonus tanquā aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domū vbi erāt sedētes. Tūc, inquam, iterū misit hūc paraclētū, vt qui omnibus æqualiter datus fuerat in remissionem peccatorum, nunc singulis pro voluntate sua diuideret diuersa dona gratiarum, vt essent ad prædicandum facundi, & fortes ad certamina passionum toleranda.

Ioan. 19.
Actu. 2.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et quum venerit, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio.

¶ Hic permittitur mūdanc perfidie per spiritū sanctū futura reprehētio. Vbi duo notātur. Vnū, qd spiritus sanctus arguet mundū de tribus in genere. Alterū, quo permittitur qd de illorum triū singulis arguet in specie, ibi: De peccato quidē.

¶ Circa primum dicitur: Et quum venerit, ille arguet mundum. Etenim quia spiritus sanctus menti quā replet nō solum vim diuinę charitatis infundit interiūs, verum etiā carnali timore depulso ad increpandā prauitatē malorū foris fiducia præstat, bene post præmissa subiunctū est: Et quum venerit ille arguet mundū. Sed nunquid antē Christus nō arguit mundū? Arguit vtiq; mundū, id est, mundi sectatores dum esset ipse in mūdo nō modo per se, sed etiam per suos, Apostolo teste qui ait. An experimentū queritis eius qui in me loquitur Christus? Quos enī arguit spiritus sanctus, arguit vtiq; & Christus. Arguebat, inquā, eos de peccato sue incredulitatis, arguebat de iustitia, quia videlicet iustitiā si deliū nollent imitari; arguebat de iudicio, videlicet quare diabolū qui iam iudicatus & condēnatus erat, sequeretur.

¶ Sed non sine causa spiritū quum venerit hoc dicit acturum, quia profectō per huius inspirationē corroborandus erat animus discipulorū, ne mundū qui cōtra se fremebat

DO INICA QVARTA

Spiritus arguentis timerent. Proinde spiritus hic paraclētus, id est, cōsolator, & spiritus bonus, qui benignus & dulcis est amicis, & austerus inimicis, arguit mundum, primum per linguam Apostolorum ac martyrum, ac deinde per linguam doctorum, dicente ad eos domino: Nō enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et in actibus Apostolorum scriptum est: Loquebantur variis linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis.

Matt. 10.
Actu. 2.
¶ Circa secundum, quo prædicit dominus q̄ spiritus sanctus arguet mundum de triplici delicto singulatim & in specie, subditur:

De peccato quidem, quia non crediderunt in me.

Peccati nomine infidelitas.
Iuan. 3.
Roma. 1.
Theophi.
¶ Peccatum incredulitatis quasi speciale posuit, quia sicut fides origo virtutū, ita solidamentum est vitiorū in incredulitate persistere, domino terribiliter adtestante qui ait: Qui autē nō credit iam iudicatus est quia nō credit in nomine vnigeniti filij Dei. At contrā, iustus ex fide vivit.

¶ Veniet, inquit, paraclētus & arguet mundū de peccato, & ostendet eos peccatores, quia nō credunt. Quādo enim viderint per manus discipulorum in spiritu egregia signa & miracula fieri, & neq; sic credēt, quomodo non eōdem natione digni sunt, & peccato maximo obnoxij? Nā nunc quidem possent dicere Iudæi quod fabri & humilis matris filius sim, quamuis ergo miracula faciam, tunc autē incredulitas omni carebit excusatione spiritu sancto in meo nomine talia perficiente. Itaque de peccato illos arguet, hoc est, ostendet eos absque venia peccare.

¶ Peccatum tamen hic non tantum Iudæorum accipiendū est, qui non crediderunt in eum quem corporaliter præsentem viderunt & audierunt, sed primum quidem Iudæorū, deinde Græcorum & omnium totius mundi nationū. Non enim dixit: ille arguet de peccato Iudæos, sed mundum.

Incredulitas exordium vitiorum.
Gene. 3.
¶ Sed dicit: Quomodo totus redarguendus erat mundus de peccato, quia nō crediderūt in eum, quū in vna tantū prædicauerit gente Iudæorū? Propter hoc altius considerandū est incredulitatis peccatū. Omne quippe vitium, & omnis humani generis iniquitas ab incredulitate sumpsit exordium, quia videlicet primi homines plus serpenti quā Deo crediderunt, & exinde corrupti posterorum: & gētes, magis diabolo vel idolis ei⁹ quā Deo credētes, & Iudæi magis
Anti-

Antichri-
rūt, & om-

¶ Itaq; pe-
diderunt
hominis
cessit. S
posuit, qu
disceden

¶ Et meri-
arguitur,
miscuit.
cibus Pro-
cationib
per Dei
tanquam
ipsum no

¶ Quorū
Quam a
eum. Et r

ctus est,
uersitas,
vt quis p
inuitata
infallibi
mos, mū
monio li
ra nō fe
berent. N

¶ Sed ne
per Apo
per Psal
in fines

¶ Secun-
arguend

De i
vid ebi

Hęc sent

¶ Secun-
quia cre
nim ista

Antichristū q̄ Christum expectantes, cōmuniter peccauerūt, & omnia (inquit Apost.) in incredulitate cōclusa sunt. Itaq; per peccatū quod sic exposuit dicens: Quia non crediderunt in me, omnis iniustitia vel inobedientia veteris hominis intelligēda est, quæ ex incredulitatis radice processit. Solum etiam incredulitatis peccatum præ cæteris posuit, quia hoc manente cætera detinentur peccata & eo discedente cætera dimittuntur.

Roma. II
Augustinus de
verbo do.

¶ Et meritō quidem quōd in Christum non credit mundus arguitur, quando quidem dæmones ipsi credunt & contemiscunt. Arguuntur primum (vt iam dictum est) Iudæi vocibus Prophetarum, arguuntur gentiles seu pagani prædicationibus Apostolorū. Tot enim & tanta (vt dictum est) per Dei filium facta sunt in hoc mundo miracula, q̄ iure tanquam inexcusabiles arguuntur, præsertim Iudæi, qui in ipsum non crediderunt.

Vt mūdus
arguitur.
Iacobi. 2.

¶ Quorū perfidiam hīc Euangelista alio loco demirās ait: Quum autē tanta signa fecisset coram eis, nō credebāt in eum. Et rursus: In mūdo erat, inquit, & mūdus per ipsum factus est, & mūdus eum nō cognouit. Quāta cæcitatē peruersitas, quia suū opificē mūdus nō cognouit, quum tamen vt quis ipse esset cognosceretur faceret in humana carne inuitata opera diuinę virtutis suę magnalia: veritatis suę infallibilia testimonia, illuminando cæcos, sanando infirmos, mūdando leprosos suscitādo mortuos, obsessos à dæmonio liberando, vt ipse merito queratur & dicat: Si opera nō fecissem in eis quę nemo alius fecit, peccatū nō haberent. Nūc autē excusationē non habent de peccato suo.

Ioan. 12.
Ioan. 1.
Cæca per
uersitas.

¶ Sed nec gentiles q̄ non crediderunt excusantur quum per Apostolorū ora Christum audire potuerūt. De quibus per Psal dicitur: In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terrę verba eorum.

Ioan. 15.

¶ Secundum de quo mundus per Spiritum sanctum venit arguendus, est iustitia. Vndē subditur:

De iustitia vero, quia vado ad patrem, & iam non vidēbitis me.

Hęc sentētia ad ædificationē multipliciter reperit̄ exposita
¶ Secundum Augustinum enim, credentium iustitia est quia credunt in Christum quem non vident. Quoniam enim ista infidelium vox esse consuevit: Quomodo credemus

G
Iustitia
credentium.
August.

MM iij quod

DOMINICA QVARTA

IOAN. 10.

quod non videmus: ideo credentiū iustitiā sic oportuit diffiniri. Quia ad patrem vado, & iam nō videbitis me: Beati enī qui nō vidēt & credūt. Nā & qui viderūt Christum non in eo laudata est fides eorū quia credebāt qđ videbāt. i. filiū hominis, sed quia credebāt quod nō videbāt. i. filiū dei. Quum verò & ipsa forma serui subtracta esset eorū aspectibus, tūc ex omni parte impletū est: Iustus ex fide viuit.

Abac. 2.

Fidei in-

stitia.

Rom. 4.

¶ Porro de hac fidei iustitia quæ magnopere nos commendat ante Deū, dicit Apo. Arbitrabamur iustificari hominē p̄ fidē sine operibus legis. Et subiicit exēplū fidei Abrahæ dicēs, Credidit Abrahā Deo, & reputatū est illi ad iustitiā Quia igitur fidelīū iustitia, infidelīū vituperatio est, infideles non credentes quia nō viderūt fidelibus credentibus in eū quē nō viderūt, iure meritoq; nō modò à pprio seelere, sed etiam fidelium cōparatione arguuntur. Hinc Beda: Iustitia, inquit, discipulorū Christi erat, qđ dominum quem verū hominē cetnebāt, verū quoq; Dei filiū esse crediderūt: & quē sibi corporaliter ablatū nouerāt, certo sēp amore colebāt. Iustitia ceterorū fidelīū. i. eorū qui dñm in carne nō viderūt hæc est, qđ eū quē corporaliter nunquā viderūt, Deū & hominē verū corde credūt & diligunt. De qua p̄fecto iustitia fidei arguūtur infideles, cur ipsi videlicet quū similiter verbū vitæ audirēt noluerūt credere ad iustitiam. Hinc scriptū est: Probata virtus corripit insipientes.

De iustiti-

a credentiū

mund^o ar-

guitur.

sapient. 1.

¶ Arguit igitur mūdum de iustitia credentium, quia exemplū eorū sequi noluerūt, qui hūc ad patrē ascēdisse, neque vltā corporaliter in terris conuersaturū esse sciebant, nec tamen ab eius dilectione poterant vlla ratione separari.

H

Alia sentē-

tia exposi-

tio.

¶ Secundū Theoph. & suū Chryf. hic est sententiæ sensus: Quia de filio iure ad patrē argumentū fuit qđ irreprehensibile ageret vitā, & omnē seruaret iustitiā, arguendi erant mundi sectatores, qui cōtra hāc iustitiam de illo dixerūt: Scimus, quia hic homo peccator est. Et rursus. Non est hic homo à Deo. De iustitia quoq; mūdū spiritus arguet, quia ad patrē vado. Hoc est, Ostendi eis, qđ ego quū iust^o fuerim & irreprehensibile egerim vitā, iniuste occisus sim & in eius rei iudiciū, ad patrē vadā Neq; enim si iniustus fuissē ad patrē ascēdisse. Quia ergo vt aduersariū Deo & ini quum occiderūt, ostēdet, inquit eis spiritus qđ nō sim talis: neq; enī si aduersari^o Dei fuissē apud Deū legislatorem honorē hūc affectu^o esse, honorēq; nō tēporariū, sed æternū.

Theoph.

Quod

¶ Quo-

cus ap-

¶ Item

iustitia

Cerne

humili

cum uo-

iusti au-

Quod

ab hor-

grueb-

cœlesti

stolo, &

sunt qu-

sursum

¶ Circa

De

di-

¶ Princ-

ordine

torem

nam si

ipso qu-

statem

¶ Rurs-

procur-

ex quo-

iam iu-

¶ Deni-

cio ign-

ste pri-

mani g-

iteratō

iudicio

est, co-

adhæri-

pite, m-

iudice:

bolo &

& cū e-

¶ Quod autem dicit: Posthac non videbitis me, aeternam eius apud patrem conuersationem manifestat.

¶ Item in hunc sensum potest accipi arguetur mundus de iustitia, id est, quia nulla in mundo aut rara seruetur iustitia. Cernere est enim plurimos per vim & iniuriam tenues & humiles supergredi. & proximum in negotio passim circumuenire, impios iustificari pro muneribus, & iustitiam iusti auferri ab eo, & pari passu potentia cum iustitia currunt.

Quod ideo contingit, quia Christus iuit ad patrem, & iam ab hominibus non videtur. Quum potius propter hoc congruebat, ut fidelis quisque toto corde post eum ascenderet, caelestia desideraret, contemneret terrena, horrante Apostolo, & dicente: Si consurrexistis cum Christo quem sursum sunt quaerite, ubi Christus est in Dextera Dei sedens, quaerite sursum sunt sapite, non quaerite super terram.

¶ Circa tertium, unde mundus venit per spiritum arguetur, subditur: *De iudicio autem, quia princeps mundi huius iam iudicatus est.*

¶ Principem mundi diabolus dicit, quia principatur eis qui ordine peruerso mundum potius quam mundi diligunt conditorem. Qui iudicatus est a domino, qui ait: Videbam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem. Iudicatus etiam est ab ipso quum ipse daemonia eiiceret, & discipulis daret potestatem calcandi super omnem virtutem inimici.

¶ Rursus iudicatus est diabolus in causa Saluatoris, quia procurauit eius mortem qui erat sine crimine. Quum etiam ex quo diabolus eiectus est de corde credentium a Christo iam iudicatus est, ut non amplius sit princeps mundi.

¶ Denique diabolus ipse olim princeps mundi, nunc iudicio ignis aeterni irremediabiliter damnatus est. Quum ergo iste princeps mundi iudicio Dei eiectus est a dominio humani generis, iure arguuntur, qui ei adherent, & eundem iterato sibi praeficiunt principem. Itaque in eo quod ait: de iudicio autem, quia princeps mundi huius iam iudicatus est, consequentem eorum damnationem, quia adhuc illi adhereret, terribiliter expressit, quia videlicet iudicato capite, membra quoque pariter praecipitata creduntur, dicente iudice: Ite maledicti in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo & angelis eius. Porro de iudicio principis huius mundi & cum eo superbiendum angelorum per B. Iudam Apostolum dicitur

MM iij Ange-

*Expositio
1te alia*

Esai. 5.

Colof. 3.

*I
princeps
mundi ut
iudicatus
Luca. 10.
1b. dem.*

*Augu. de.
qu. st. ve.
& no. te.
lib. de ver
bo do.*

*Hinc in-
re mundus
arguitur.*

Mat. 25.

Angelos verò qui non seruauerunt suum principatum, sed reliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei vinculis æternis sub caligine referuauit.

¶ Circa tertium principale dicitur:

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò.

¶ Hic ponitur promissa discipulis per spiritum eruditio. Vbi tria notantur. Primum est capiendis Christi verbis discipulorum imbecillitas. Secundum est, docenda per spiritum omnis veritas, Ibi: Quum autem venerit. Tertium est, manifestanda per spiritum Christi claritas, Ibi: Ille me clarificabit.

¶ Circa primum dicit: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Quia superius dixerat, expedit vobis vt ego vadam, nunc hoc manifestius declarat dicens, non potestis portare modò. Ergo quod superius dixerat, iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo nota feci vobis, de futuro dictum oportet intelligi. Idcirco autem verbo præteriti temporis enunciauit, quia sine dubio mox futurum esset quod promittit.

Beda.

Omne veritatem hic non comprehendit.

Ioan. 7.

2. Cor. 12.

1. Cor. 13.

¶ Non potestis, inquit, portare modò. Certum est enim quia veniente de super spiritu multo maiorem scientiam veritatis quam eatenus carnales potuerunt, consequuti sunt, maiori desiderio certandi pro veritate succensit sunt.

¶ Non tamen putandum est in hac vita quempiam omnem veritatem posse comprehendere, quum hæc fidei nostre merces in alia sit vita promissa ipsa veritate dicente, Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum & quem misisti Iesum Christum. Vnde & apostolus qui ad tertium cælum raptus, audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, ait: Ex parte enim cognoscimus & ex parte prophetamus.

Matt. 6

¶ Quod autem discipuli non possent portare modò, multa quæ eis habebat dicere, iam ante à in parabola dixerat, videlicet, quoniam vinum nouum mitteret in vtres veteres nisi qui vellent vtres cum vino perire, sed vinum nouum in vtres novos mittunt, & ambo conseruantur.

¶ Vtres veteres erant discipuli dum Iudaicis adhuc ritibus & obseruationibus inhærent, neque nouum Evangelicæ

gelica
os fac
us non
sus non
re quæ
scies
sto dif
¶ Egit
las qu
tu cor
Quod
bis ser
cilles
magis
mini o
stis qu
trus fa
fantes
secus
non e
quide
adhuc
Christ
hil en
nobis
audie
per Et
cuisse
se non
dubiu
dem e
solo
docui
legen
xerun
nere
scien
vnius
tibus
¶ Cir
verita

gelicæ gratiæ mustū capere poterat, donec vtres novos e. *Apostoli.*
 os faceret spūs sanctus, qñ tandem cum musto nouo tori- *quando*
 us noui testamenti eis datus est intellectus. Et quādiu mis- *vtres ve.*
 sus nō erat spiritus sanct⁹ poterat dñs cuilibet eorum dice- *teres.*
 re quod vni dixerat Petro. Quod ego facio tu nescis modò
 scies aut̄ postea. Quin & sapi⁹ in Euangelio loquēte Chri-
 sto discipulis, reperies, illud discipulos non intellixisse.

¶ Egit sanè dominus cum discipulis sicut facere solet sedu *Ioan. 13.*
 lus quisque præceptor cum suis auditoribus, dum pro cap *L*
 tu eorū hos docet, istis subtiliora illis rudiora præscribens *Doctrina*
 Quod etiā Apostolus se fecisse testatur, dicens: Grādis no- *quadret*
 bis sermo & interpretabilis ad dicendum, quoniam imbe- *auditori-*
 cilles facti estis ad audiendum. Etenim quum deberetis *bus.*
 magistri esse propter tēpus rursus indigetis vt vos doceā *Heb. 5.*
 mini quæ sunt elementa exordij sermonum Dei & facti- *1. Pet. 2.*
 stis quibus lacte opus est, non solido cibo. Id ipsum & Pe- *1. Cor. 3.*
 trus facere solitus est, quando suos sicut modò genitos in-
 fantes lac concupiscere. Sic rursus. Paulus Corinthiis nō
 secus atq; paulis in Christo lac se dedisse commemorat
 non escam. Nondum enim, inquit, poteratis, sed neq; nūc
 quidem potestis, adhuc enim carnales estis. Quum ergo
 adhuc carnales essent Apostoli, non simul omnia eis dixit
 Christus, sed magisterio spiritus sancti multa reliquit. Ni-
 hil enim de se magnū loquutus est dominus partim vt det *Theoph.*
 nobis figuram humilitatis, partim propter infirmitatem
 audientium, & ingratitude Iudæorum. Siquidem totā
 per Euangelici contextus seriem non inuenies vsquā do *christ⁹ do*
 cuisse Christum legis Mosaicæ ceremonias desituras, imò *centis mo.*
 se non venisse soluere legem, sed adimplere. Nō enim est *desita.*
 dubium quin ex hoc offensi fuissent discipuli, quandoqui- *Mat. 5.*
 dem etiam recepto iam spiritu sancto ipse Petrus ratus est
 solos Iudæos gratiæ Christi esse capaces. Tandem verò
 docuit eos spiritus sanctus, non amplius esse opus implere *Act. 10.*
 legem, iuxta quod in concilio suo post modum Apostoli sã
 xerunt. Visum est spiritui sancto & nobis, nihil vltrà impo-
 nere vobis oneris. Misso itaque spiritu sancto, veraq; Dei *Act. 15.*
 scientia manifestata legalibus futuris & ritibus aboletis,
 vnus veri Dei verus cultus prædicantibus signa que faciē-
 tibus Apostolis per mundum exurrexit.

¶ Circa secundum, quod est, docenda per spiritum omnis
 veritas, subditur:

Quum

DOMINICA TERTIA

Quum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit
vos omnem veritatem,

M ¶ Dicitur spiritus veritatis, quia procedit à filio qui est ve-
Et spiritus ritas. Item quia essentialiter est ipsa veritas. Omnē, inquit
docet om- quam scire oportet docebit vos ille veritatem, aperiendo
nem veri- vobis sensum, vt intelligatis scripturas, & cognoscatis in
tatem. veritate cuncta, quæ vel parabolicè dicta vel figuratè fa-
cta continetur in lege & Prophetis & Psalmis de ieme. Do-
cebit, inquit, vos omnem veritatem, quasi diceret: Diffun-
det in cordibus vestris charitatem, cuius magisterio intus
edocti, proficiatis de virtute in virtutem, digniq; efficiami-
ni peruenire ad vitam, in qua vobis & æterna claritas sum-
mæ veritatis, & contèplatio vestri conditoris appareat.

Beda.

*Hinc ec-
clesia non
errat.*

¶ Nec putandum est q; solos Christi discipulos in die sacro
Pentecostes docuerit omnem veritatem, sed totam fidelis
populi vsque in finem seculi docet & gubernat Ecclesiam
quæ tali sulca magistro atque rectore, in his quæ veritatis
sunt ad salutē necessariæ nec errare potest nec falli. Nec ta-
men omnia sic Apostolis in die Pentecostes reuelauit, vt
nihil eis adhuc ignotū postea reuelauerit. Nam post diem
illū ipse pastor Ecclesiæ Petrus nihil adhuc cognouit de
vocatione gentium. Paulus quoque ait: Spiritus manifestè

Act. 10.

1. Tim. 4.

dicit, quod, tamen in die Pentecostes factum non est, quum
tunc Paulus nondum esset ad fidem conuersus Christus
quoq; docuerat apostolos baptizare in nomine patris, & fi-

Mat. 28.

Actu. 8.

lij, & spiritus sancti. Illi tamen non sine instinctu spiritus
sancti abeuntes baptizarunt in nomine domini Iesu. Et
quidni perseueraret spiritus sancti magisterium in Eccle-

Luce. 22.

si, cuius fidem ipse Christus orādo protegit? Ego, inquit, pro
te rogauī Petre, vt non deficiat fides tua.
¶ Multæ quidē & variæ aduersus Ecclesiā exortæ sunt hæ-
reses, quas spiritus sancti magisterio confutans vniuersas

Mat. 7.

*Domus su-
per arenā*

hæsten⁹ superauit. Dom⁹ erat (magistra ac duce stultitia)
super arenā ædificata, quas spiritus hic veritatis euerit.
¶ Patet igitur ex præmissis quia plurima erant quæ disci-
pulis Christus habebat dicere, quæ (vt dictum est) spiritus
sancti magisterio eis reuelanda dereliquit. Multa quidem
fecisse cōstat apostolos quæ nusquā eis à Christo præscri-
pta reperiuntur. Patet verbi gratia, de non seruanda lege
Moyssi, de electis septē diaconib⁹, de baptizando in nomi-

Act. 15.

Actu. 6.

ne domini, de infidelibus manu-
re habentibus, de ritibus sacra-
mentorum, de non
quæ
Quia
tate et
quæ
quæ
tur à
¶ Et qu
quæ
igitur
patre
quæ
dū. Qu
centē.
qui est
¶ Nō
tris &
ac sep
et vid
Nō lo
pe sol
tus sa
spiritu
lo vti
liud q
ros, q
næ rep
cet ab
¶ Inde
doceb
enim
spiritu
facit,
quatu
quod

ne domini Iesu velamine in capite mulieris, de coniuge infideli Multa proinde Apostoli suis successoribus quasi p manus tradiderunt, & illi posteris, de quibus nulla scriptura habetur authoritas, sed ex disciplina & magisterio spiritus sancti in Ecclesia relicta sunt. Sequitur:

Non loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis.

Quia magna dixerat de spiritu. i. q. ipse eos in omnē veritatē esset inducturus, & factur⁹ capaces maiorū & pluriū quæ Christo præsentē portare nō poterāt, nec putēt aliqd q. maior ipso sit spiritus, subiecit dicens: Non enim loquetur à semetipso, hoc est non propria loquetur, sed mea.

¶ Et quum dicit: Sed quæcunq; audiet loquetur, hoc signat q. nihil docturus sit extra ea quæ docuit Christus. Sicut igitur & domin⁹ ipse loquēs de se dicit, quæcunq; audiui à patre meo, loquor, nō vt se discētē & puerū introducat, sed q. nihil vel sciat vel doceat, q. quæ pater, ita & de spū dicē dū. Quod aurē nō op⁹ habeat doctore spūs, audi Paulū dicentē. Sicut nullus nouit quæ sunt hominis nisi spiritus ei⁹ qui est in eo, ita & quæ sūt Dei, nullus nouit, nisi spūs Dei.

¶ Nō ergo loquitur hic spiritus à semetipso, id est, sine patris & filij cōmunionē. Neq; enim à patre & filio diuisus ac separat⁹ est spiritus, sed quæcunq; audiet loquetur. Audiet videlicet p vnitatē substantiæ & proprietatem scientiæ. Nō loquetur à semetipso, qui nō est à semetipso. Pater qui pe solus de alio nō est nā & fili⁹ de patre natus est, & spiritus sanctus de patre procedit & filio. Ab ipso igitur audiet spiritus sanctus à quo procedit. A quo est illi essentia: ab illo utriq; & scientia, ab illo & audientia, quod nihil est aliud quā sciētia. Hæc ait discipulos intēdēs reddere securos, q. spiritus sanctus nihil esset docturus quod suæ doctrinæ repugnaret, nec aliam veritatem nisi quā audisset, scilicet ab æterno processione suæ à patre & filio.

¶ Inde enim est spiritus veritatis, & inde, inquit, vos omnē docebit veritatem, qui à nō loquetur à semetipso. Spiritus enim qui à semetipso loquitur, non spiritus veritatis, sed spiritus est mendacij, & omnes Prophetas suos mendaces facit, vt prophetent de corde suo quod dominus non est loquutus, & confingant esse quod non est: vel malum esse quod bonum, & bonum esse quod malum est.

Non

1. Cor. II.

N
Theoph.
Christo cō
sona loqui
tur spirit⁹

Ioan 8.

1. Cor 2.

Beda.

spiritus
mendacij
quis.

DOMINICA QVARTA

Non sic loquetur iste spiritus, sed quæcunq; audiet loquetur, id est, ea quæ sunt, quæ verè existunt, & autoritatè habent in scripturis, loquetur. Nihil confingens, nihil peruerrens, & veros Prophetas faciet vos, vt non loquamini à vobismetipsis, sed loquamini quæcunq; audietis in lege & Prophetis & Psalmis de me nihil confingentes, nihil de prauantes, sed vero sensu veridicam scripturam exponentes. Ita non à semetipso loquetur, sed quæcunq; audiet loquetur per os vestrum spiritus veritatis.

Theop.

¶ Et quæ ventura sunt, inquit, annunciabit vobis. Maximè propria est Deo cognitio futurorū. Nam quia nil aliud ita est desyderabile humanæ naturæ vt cognitio futurorum, etiam ex hoc dono apostolos consolatur. Intantum enim, inquit, benefaciet vobis, vt & futurorum præscientiam, quæ maxima omnium videtur daturus sit. Spiritus enim (vt ait Apostolus) loquitur mysteria. Vndè & Ioannes in Apoca. sua quæ multa de futuris cōtinet, inquit: qui habet aures audiēdi audiatur, quid spiritus dicat Ecclesiis. Huiusmodi multa in Paulo & in aliis apostolis reperiuntur, de vita æterna, de generali iudicio, de Antichristo, de malitia nouissimorum temporum, quæ omnia spiritu sancto annunciante se sancti homines præcognouerunt, iuxta quod hic promittit dominus: Et quæ ventura sunt, inquit, annunciabit vobis. Constat enim innumeros fidelium per donū sancti spiritus prænouisse ac prædixisse ventura.

1. cor. 14.
scientia
futurorū
à spiritu
sancto.
Apoc. 2.
1. cor. 15
2. Thes. 2.
2. Tim. 4.
Beda.

¶ Sed quia sunt nonnulli qui spiritus gratia pleni infirmos curant, mortuos suscitant, dæmonibus imperāt, multis virtutibus coruscāt, ipsi angelicā in terris vitā gerunt, nec tamē quæ sibi sunt vêtura, spiritus eiusdē reuelatione cognoscūt. Potest hic domini sermo etiā sic accipi, quia spiritus adueniēs quæ vêtura sūt nobis annūciat, quū gaudia nobis patriæ cœlestis ad memoriā reducit, quū festa supernæ ciuitatis p̄ donū nobis suæ aspirationis innotescit. Vêtura nobis nūciat, quū nos à delectatione præsetiū abstrahens, p̄missi in cœlis regni desyderiis inflammat. ¶ Circa tertium: quæ est, manifestanda per spiritū Christi charitas, subditur,

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciat vobis.

¶ Ille aliquem clarificat qui eius claritatem manifestat. Christus autem prius quàm veniret spiritus sanctus, non erat

erat ap
mo pu
mente
æquali
stum ip
¶ Pro
charita
timore
p̄dicat
dè scri
quebat
Christe
& tant
tum ad
sti nom
etiam f
sti sub
¶ Quia
uerant
stus, vt
nobis,
accipie
tamen
hæretic
sanctus
dè ipse
cens: C
bis, qui
xit, inq
bus illi
¶ Vel s
quod s
vestro
est illu
meus e
gentes
nos ter
mabit
Dei fil
ego ho
rit mihi

erat apud homines in claritate diuinitatis, quia solum homo putabatur, sed ueniens spiritus sanctus discipulorum mentes illuminauit, ostendens eis claritatē Christi, in qua æqualis est Deo patri, efficiens in eis ut clarificarent Christum ipsius præconia mundo nunciantes.

*Spirit⁹ vt
Christum
clarificat.*

¶ Proinde spiritus Christū clarificabit, quia per eum tanta charitas in cordibus discipulorum accensa est, ut abiecto timore carnali, effectum resurrectionis eius constanter prædicarent, à quo tempore passionis pauidi fugerāt. Undè scriptum est: Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & loquebantur uerbum Dei cum fiducia. Spiritus clarificauit Christū, quum impleti gratia spiritali doctores sancti, tot & tanta in Christi nomine fecere miracula, qui orbem totum ad fidem Christi conuerterunt, tot ac tanta pro Christi nomine passionum certamina pertulerunt, donec ipsa etiam superbiorum colla persequutorum suauis iugo Christi submitterent.

*Beda.
Matt. 26.*

Actu. 2.

¶ Quia de meo accipiet & annunciabit uobis. Quia audierant dominū, dicentem: Magister uester vnus est Christus, ut non dicerent, vnus magister tu es, quomodo dicis nobis, & alium fore magistrū spiritum, subdit, quia de meo accipiet, hoc est, ex his quæ noui, & ex mea scientia. Non tamen propterea minor est filio spiritus sanctus (ut quidā hæretici putauerunt) quia filius accipiat à patre, spiritus sanctus à filio, quasi quibusdam gradibus naturarum. Undè ipse quæstionem soluens quæ hoc dixit, explanat, dicens: Omnia quæ habet pater mea sunt, propterea dixi uobis, quia de meo accipiet & annunciabit uobis. De his dixit, inquit Beda, quæ ad patris diuinitatē pertinent, in quibus illi est æqualis, omnia quæ habet pater habendo.

*Theoph.
Matt. 23*

August.

¶ Vel secundum Rupertum, de meo accipiet, id est, de eo quod scriptum est de me, accipiet & annunciabit uobis, uestro patenter intellectui insinuādo. Verbi gratia, meum est illud dictum in Psalmo: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. De hoc meo testimonio accipiet uobisque intimabit auctoritatem testificandi de me, quod ego domini Dei filius sum, nō adoptatus sed genitus, quia dixit ad me: ego hodie, id est, in æternitate genui te, & quod ille iussit mihi id quod nunc facio, uidelicet postulare gentes, &

*De meo
accipiet.*

scio

DOMINICA QUINTA

1049.11.

scio quia semper me audit. Dabo, inquit, tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Hoc profectò meum est, & quoties tale aliquid annüciabit vel aperiet vobis de meo accipiet, quia quum ego verbü Dei sim, omnes scripturæ Dei meę sunt, testimonia mea sunt. Et hoc faciens me vtiq; ille clarificabit, perhibens testimonium de me, vt vos quoque in omni prætorio, in omnibus synagogis vel conciliis talem habentes vel aduocatū vel proloquutorem, testimonium perhibeatis, quòd filius Dei sim, & quòd omnes gentes, omnésque termini terræ mea hæreditas & possessio iure sint.

DOMINICA QUINTA
POST PASCHA.

Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Ioan. 16.

¶ Præsens sancti Euangelij lectio tria principaliter comprehendit. Primum est, salutaris & benigna discipulis facta promissio. Secundum est, de ampliori cognitione diuinorum gratiosa pollicitatio, ibi: Hęc in prouerbiis. Tertium est, de veneranda Christi sapientia vera discipulorum confessio, ibi: Dicunt ei discipuli.

¶ Circa primum tria sunt consideranda. Primum est, petendum esse in Christi nomine. Secundum est, de precum nostrarum promissa exauditione, ibi: Dabit vobis. Tertium est, ad deprecandi studium Christi exhortatio, ibi: Usque modo.

A ¶ Circa primum dicit: Amen amen dico vobis, quod vtiq; est irrefragabilis confirmatio veritatis dicendorum. Dum enim Christus qui veritas est per veritatem iurat, quid aliud quàm per semetipsum iurat? Dicit Apostolus: Omnes homines per maiorem sui iurant. Christus verò quia maiorem se quoad diuinitatem suam non habet, iurat per semetipsum, quomodo & olim, sicut scriptum est: Per memetipsum iuravi dicit dominus. Ait ergo: Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo.

Hebr. 6.

Gens. 22.

Sæpius

Sæpius
nus no
quid pa
fese fal
ad patre
possit
¶ Vnde
di regu
git, sub
lium tu
est aliu
rigatur
huius v
vniuers
cursu p
que de
catorum
iam ab
menda
¶ Itaque
ritis pa
diendu
nomin
quod e
ratione
quit, sa
in'nom
se qui h
natus e
tus est
sedet a
men e
quum
tur, fid
pturos
¶ Pete
propte
quia E
(id est,
quia ip
nobis

Sæpius replicando, suisque inculcando discipulis, Dominus noster ut in nomine suo petendum esse nouerint si quid patrem petere velint, mediatorem Dei & hominum sese salubriter cupit agnosci, adeo necessarium, ut nemo ad patrem venire nisi per ipsum, nemo à patre quicquam possit impetrare, nisi per nomen suum.

¶ Vnde salutaris mos, & catholica sanctæ Ecclesiæ orandi regula est, ut in omni oratione quam ad patrem dirigit, subiungat: Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, quia videlicet præter hunc, nulla via, nullumque est aliud ostium, ad quod respiciens efficaciter dicat. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Solum huius vnigeniti filij nomen, quod est, Iesus necessarium vniuersæ orationis est vehiculum, quo in cælum directo cursu perlata, consistat ante patris conspectum, salutemque de sinu eius, & gratiã fugere valeat remissionis peccatorum. Verum hoc Apostoli nec dum sciebant, idcirco iam abiturus magister vitæ, hoc illis sermone suo commendabat attentius.

¶ Itaque dum dicit: Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. E contra subaudiendum est, quia nihil pater dabit vobis, nisi orantes in nomine meo petieritis, id est, secundum nomen meum, quod est, Iesus, & Saluator interpretatur. Cuius nominis rationem angelus beato Ioseph exprimens: Ipse enim, inquit, saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Ergo in nomine Iesu petere, est illud petere, propter quod ipse qui hoc nomen sibi elegit, descendit de cœlis, & incarnatus est, & homo factus est, crucifixus mortuus, & sepultus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælum, & sedet ad dexteram patris. Et quæ hæc omnia nisi ut per nomen eius remissionem peccatorum acciperemus? Ergo quum quid petimus, quod causæ huic sine dubio cooperetur, fidenter tanquam in nomine Iesu petentes nos accepturos speremus.

¶ Petendum verò nobis est in nomine Christi filij Dei & propter immensam quã ad filiũ habet pater dilectionẽ, & quia Dei filius obstaculũ exauditionis precum nostrarum (id est, peccatũ) intercessionẽ suã mortis remouit, denique quia ipse, p nobis apud patrẽ interpellat, & quia per ipsum nobis gratia & vita paratur æterna. Vnde in Euãg. dicitur:

Gratia

*Non nisi
in christi
nomine
petenda*

Matth. v.

*ideo petẽ
dũ in nomine christi*

DOMINICA QUINTA

- Ioan. 1.* Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et iterum:
- Ioan. 3.* Qui credit in filium habet vitam æternam. Et rursus: Hęc est voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam. Et iterum:
- Ioan. 6:* Qui manducat me, viuet propter me.
¶ Circa secundum, quod est de precum nostrarum promissa exauditione, subditur:
Dabit vobis.
- Beda.* ¶ Mouere potest infirmos auditores quomodo hoc discipulis suis Saluator promittat, quum non solum nostri similes multa quę patrē in Christi nomine videntur petere non accipiant, verumetiam ipse Apostolus tertio Dominum rogauerit vt à se angelus Sathanæ, à quo tribulabatur, abscederet, nec impetrare potuerit. Sed intelligendum est illos solūmodo in nomine Saluatoris petere, qui ea quę ad perpetuam salutem pertinent petunt. Ideoque Apostolum in nomine Saluatoris non petiisse vt tentatione careret, quam ob custodiã humilitatis acceperat, quia si hac caruisset, solus esse non posset, ipso affirmante quum ait. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę, angelus Sathanæ qui me colaphizet.
- Cnr non ex audimur orātes.* ¶ Quotiescunque ergo petentes non exaudimur, ideo fit, quia vel contra auxiliū nostrę salutis petimus, ac propterea à misericorde patre beneficij gratia nobis quod inepte petimus, negatur, quod eidem Apostolo Paulo cōtigit, probatur, cui ter petenti responsum est: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Vel vtilia quidem & quę ad veram salutem respiciunt petimus, sed ipsi malè viuendo auditum à nobis iusti iudicis auertimus, incidentes in illud Salomonis: Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Vel dum pro peccantibus quibusdam vt respiscant, oramus, & si salubriter petimus, atque non indigni forsan nos sumus auditu ipsorum, tamen peruersitas ne impetremus obstitit. Vndè ad Ieremiam à domino dicitur: Tu noli orare pro populo hoc, & non assumes pro eis laudem & orationem, & non obstitas mihi, quia non exaudiam te. Hoc modo nec Samuel exauditus fuit dum pro Saule Dominū precaretur.
- 1. Reg. 16* ¶ Sed inter hęc est notandum quia petere contingit orantes

orāte
¶ Infi-
nes, o-
tas, l-
Hęc,
cum,
sunt p-
diat,
tante
sunt q-
tione
xi ter-
¶ Pro-
perflu-
Mend-
victu-
dican-
periu-
¶ Illa
ceat p-
neque
non h-
¶ Bon-
bi gra-
des, s-
tia, ca-
ter, hu-
nis fu-
¶ Bon-
atque
ueran-
presu-
gratia
pauca
decim-
feretu-
ita &
donan-
Quon-
utiles
¶ Ait

orâtes vel bona infima, vel bona media, vel bona summa.

¶ Infima bona si petantur, verbi gratia, prædia, possessio- *Bona infi*
nes, opes, temporalium rerum successus, longæuitas, sani- *ma sic pe*
tas, liberi, ampla familia, requies ab eis qui infesti sunt. *tas.*

Hæc, inquam, & his similia non pertinaciter, sed sobriè, & cum timore, & semper sub diuinæ voluntatis beneplacito sunt petenda. Nescimus enim an hæc conferri nobis expe- *Iere. 4.*
diat, quòd tam malè, quàm bene his vti cõtingit. Vndè no-
tante ait dominus: Si quid petieritis patrem. Ista enim nõ
sunt quid, quinimò spiritualium atque æternorum colla-
tione bonorum, nihil sunt. Iuxta quòd Ieremias ait: Aspe-

xi terram, & ecce vacua erat, & nihil. *Pro. 30.*
¶ Proinde in huiusmodi petitione bonorum vitanda est su-
perfluitas omnis & voluptas, iuxta quòd petebat, qui ait:
Mendacitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantam
victui necessaria, ne fortè faciatus illiciar ad negandũ, &
dicam: Quis est dominus? aut egestate compulsus furer, &
periurem nomen Dei mei. Vndè Chrysostomus.

¶ Illa pete à Deo, quæ & te expediat accipere, & illum de- *chrysof.*
ceat præstare. Si enim terrena petis difficilè impetras, aut
neque impetrabis. Quomodo enim illa præstabit libenter
non habenti, quæ si habes admonet vt contempnas?

¶ Bona media quibus scilicet ad bona summa venit, ver- *D*
bi gratia, remissio peccatorum, vitiorum mortificatio, fi- *Bona me-*
des, spes, charitas, prudentia, fortitudo, iustitia, temperan- *dia.*
tia, cæteræque virtutes animi, ac spiritus sancti dona, instã
ter, humiliter, & absolutè sine vllius adiectione conditio-
nis sunt à Deo petenda.

¶ Bona summa, videlicet, clara Dei visio, vita sempiterna *Bona sum-*
atque beata, Angelorum societas, cœleste gaudium, perfe- *ma.*
ueranter & sine præsumptione petenda sunt, Arrogãter & *Luc. 18.*
præsumptuosè petebat, qui stãs apud se orabat dicēs, Deus
gratias ago tibi quia nõ sum sicut cæteri homines. Et post
pauca: Velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato,
decimas do omnium quæ possideo. Sicut enim stultus cẽ. *Simile.*

seretur, qui mendicans manum auro plenam portederet,
ita & is qui suam prætendens iustitiam Deum orans petit
donari sibi regnum cœlorum. Aliter nos docet qui ait: *Luc. 17.*
Quum feceritis quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui in-
utiles sumus, quòd debuimus facere, fecimus.

¶ Ait ergo: Si quid petieritis patrem. Hinc etenim sup-
plican-

DOINICA QVINTA

- Matt. 6.* plicantes dicimus. Pater noster qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum. Omne namq; datum optimum, & omne donum perfectū, de sursum est descendēs à patre luminū.
- Iacobi. 1.* *Questio.* ¶ Sed dicis : Nullāne petitio faciēda est filio aut spiritui sancto, vel angelis ipsis aut sanctis? Et nōne ad filium loquens beatus Stephanus dixit: Domine Iesu accipe spiritū meum: Et rursus Ezechiel nōne ad spiritum sanctum loquens ait: Veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscēt: Et ad Dei sanctos, nōne sancta Ecclesia precando loquitur dicens: Omnes sancti & sanctæ Dei intercedite pro nobis?
- Solutio.* ¶ Sed duobus modis cōtingit alicui preces porrigere, vel tanquā datori, vel tanquam intercessori. Si primo modo, sic soli Deo omnis offerēda est petitio & oratio. Ipse enim propriē solus est dator. Qui cunque enim alius dat, ab ipso habet quod dat. Deus autē solus, à nullo accepit quod dat.
- Roma. 11.* Vndē Apostolus: Quis, inquit, prior dedit ei, & retribuetur ei? Liberē autē dat, quia sine omni spe retributionis, qui bonorum nostrorū non eget. Nec parua dat, sed omniū maxima: vndē per beatum Petrum dicitur: Maxima & preciosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ cōsortes naturæ: Et licet omne bonum nostrum æqualiter sit à patre & filio, & spiritui sancto, tamen quod hoc bonum est à filio & spiritui sancto, habet filius à patre, spiritus autem sanctus à patre & filio, pater verò quia est principiū, non de principio, hoc habet à seipso.
- Iohan. 5.* **E** ¶ Secundo modo fit alicui petitio vt intercessori (vt iam dictum est) vt per illum preces exaudiantur, & hoc modo rogamus sanctos eorum patrociniū implorantes, iuxta quod scriptum est: Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere.
- ¶ Est autē triplex impedimentum quò minus nostræ preces exaudiantur. Primum, iniustitia. Secundum, malitia. *impedimē* Tertium, impatientia.
- tū triplex* ¶ Primum impedimentū, id est, iniustitia est triplex. Prima est ex parte orantis, quando videlicet ipse orans adeò iniustus est, vt exaudiri non mereatur. Vndē per Esaiam dominus loquitur, dicēs: Quum extēderitis manus vestras, auerram oculos meos à vobis, & quum multiplicaueritis orationem non exaudiam: Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Et rursus: Ecce non est abbreviata manus domini

mini
non e
Deun
ne ex
non h
bant
¶ Vbi
quidā
cobur
cit ex
erat si
super
sum o
¶ Qui
dicitu
fuit q
crepa
inuoc
terdu
no: Di
adinu
quæ c
¶ Den
& hur
nent v
conte
Deus
exaud
bis de
qui ab
pecca
propit
¶ Secu
cet ea
Vndē
eo qu
no res
mium
repug
lium d
auxili

mini vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat, sed iniquitates vestre diuiserunt inter vos & Deum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiat. Qui enim orat & peccare non cessat, Deum non honorat, sed deludit sicut milites Pilati qui percutiebant caput Christi, & dicebant: Aue rex.

¶ Vbi est notandum q̄ orantes sunt in triplici varietate. Nā quidā sunt iusti, & horū oratio est vtilissima. Vndè per B. Iacobum dicitur: Multū valet deprecatio iusti assidua, subii-

cit exēplū de virtute orationis Helix, dicēs: Helias homo erat similis nobis passibilis, & oratiōe orauit vt nō plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit, & cœlū dedit pluuiā, & terra dedit fructū suū.

¶ Quidam sunt peccatores obstinati, quibus diuina voce dicitur: Vocauī, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret, despexistis omne cōsiliū meum & increpationes meas neglexistis. Sequitur post pauca: Tunc inuocabunt me, & non exaudiam. Exaudiuntur tamen interdum ad votum, sed ad eorum perniciem, dicente Domino: Dimisi eos secundum desyderia cordis eorum, ibunt in adinuetionibus suis. Deus enim quādam negat propitius, quæ concedit iratus.

¶ Denique orantium quidam sunt peccatores compuncti & humilitati, qui licet peccent, non tamen peccandi retinent voluntatem, sed Deum timētes, & opera bona ipsius contemplatione factitantes humiliāt ei animas suas. Hoc Deus interdum, & si minus dignos certè pro sua bonitate exaudit. Quis enim docuisset orantes dicere: Dimitte nobis debita nostra, nisi misericors ipse nobis persuaderet, qui ab hac petitione nō vult nos deficere? Rursus, si Deus peccatores nō exaudiret, frustra Publicanus diceret: Deus propitius esto mihi peccatori.

¶ Secunda iniustitia est ex parte orationis, quando videlicet ea petuntur à Deo oratione, quæ contraria sunt saluti. Vndè per beatum Iacobum dicitur: Petitis & nō accipitis, eo quòd malè petatis. Sic illi petebant quibus fuit à domino responsum: Nescitis quid petatis. Talis oratio non pre-mium, sed pœnam meretur. Ea enim petuntur quæ diuinæ repugnant voluntati, Vndè Chrysoſto. Colonus Dei cōsiliū diaboli non requirit. Colonus autem diaboli, & si dei auxilium quærit, non inuenit, Vndè fur orat vt perrospe-

NN ij retur

Chrysoſt.

Iacobi. 5.

Prou. 10.

Quosdam
ad perni-
tiē exau-
diri.

Nā pecca-
tores ex-
audiuntur.

Luc. 18.

F
Oratio
exaudiri
indigna,
quæ
Iacobi. 4.
Matt. 20.

DOMINICA QUINTA

retur, & fornicator sibi signum crucis facit vt non comprehendatur, & tantò citiùs capitur, quia nescit Deus patrocinium dare criminibus.

*Exauditi
in perni-
tiam.*

Num. 11.

Psa!

Simile.

Mar. 14.

Beda.

*Etiã p'è
petra dif-
ferra.*

August.

¶ Attamen Dei iudicio iusto talis nōnunquā exauditur, ad sui grauiorē damnationem, vel vt pro quibusdā quę fortē gessit operibus bonis suam hęc quam cupit mercedē accipiat. In Numeris scriptū est, quemadmodū filij Israel magna fastidientes in solitudine flagrabāt desyderio carniū, sedentes & flentes. Quis, inquit, dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis. Exauditi sunt autē missa tanta vi coturnicum, vt caltra eorū operiret. Sed quid? Et quidē adhuc escē eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Vndē ibidem scriptū est: Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusmodi cibus, & ecce furor domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. Vocatusque est locus ille sepulchra concupiscentiæ.

¶ Non secus plerique reprobi, quasi ægroti veteres à Deo medico desperati quę malè cōcupiscunt accipere permittuntur. Itaque temporalia bona petētes (sicut antē dictum est) sobriè & sub diuini beneplaciti conditione petamus. Nam quid vtile sit ægrotō meliùs nouit medicus quàm ægrotus. Mira res: Exauditur diabolus sanctum Iob ad certamen expetens, quem dominus erat damnaturus, & non exauditur Paulus Apostolus obsecrans Dominum pro stimuli carnis suę amotione, quem erat saluaturus. Quin etiã dominus ipse in monte Oliueti patrem orans cœlestis beneplaciti conditionem deprecationi suę interfrens, ait:

Pater, si vis, transfer calicem hunc à me.
 ¶ Fit tamen aliquando vt salutaria prorsus, & precibus sollicitis & deuotis actionibus petamus, nec statim quę petimus obtineamus, sed in futurum petitionis nostrę differatur effectus. Sicut quum genibus flexis quotidie rogamus patrem, dicentes: Adueniat regnum tuum, idem tamē regnum non mox oratione finita, sed tempore congruo sumus accepturi. Quod pia prouisione nostri conditoris constat acitari, vt videlicet desyderia nostrā deuotionis dilatione crescant, & cremento quotidiano magis, magisque prouecta tandem perfectiùs capiant gaudia quę requirūt. Quædam enim petentibus non negantur, sed vt congruo dentur tempore, differuntur.

¶ Ter-

¶ Te-
 tur, si
 mod
 re pr
 min
 di
 iecer
 indig
 phet
 ret de
 meo
 ¶ Sec
 est tri
 delico
 uator
 meus
 petu
 fratri
 ¶ Est
 Deu
 paup
 talem
 lem i
 Deus
 metie
 semin
 de be
 Bona
 ¶ Est
 cibus
 bitan
 Chri
 cens:
 trauit
 cens:
 audir
 diso,
 fide n
 ris qu
 homo
 ¶ Te-

¶ Tertiò cōtingit esse iniustitiã ex parte eius pro quo oratur, sicut paulò antè citatum est, Ieremiam prophetam nõ modo non exauditum, sed etiam diuinitus prohibitũ orare pro iudignis. Sic Samuel luxit Saul cunctis diebus & do-
oras pro indigno.
 minum pro ipso precabatur. Cui tandem oraculo diuino dictum est vsquequo tu lugebis super Saul, quum ego proiecerim eum ne regnet super Israel? Attamen qui piè pro indignis orat, orationis suæ fructu non priuatur, quod propheta Dauid quum & ipse pro Saul non exaudiendus oraret docente se spiritu intelligens ait: Oratio mea in sinu meo conuertetur.

¶ Secundum impedimentum exauditionis est malitia. Et est triplex: Est enim malitia irremissibilitatis, quando videlicet orans negat proximo de offensa veniam. Vndè Saluator in Euang. terribiliter pronũciat, dicens: Sic & pater meus cœlestis faciet vobis (id est, in gehennæ carcere perpetuò cruciandos mittet) si non dimiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

¶ Est etiam malitia crudelitatis, quando videlicet orantes Deum sibi precantur misereri, quum interim sint ipsi erga pauperes & miseros sine misericordia. Sed attendat quòd talem misericordiã quisque cõsequutus est à domino, qualem ipse proximo impenderit, id est, si magnã magnopere Deus sibi miserebitur, si modicã, & sibi eadem mēsurā remetiendum fore non dubitet attestante Apost. Qui parcē
Crudelitatis.
 semināt parcē & metet: & qui semināt in benedictionib⁹, de benedictionibus & metet: Hinc angelus ad Tobiam: Bona inquit est oratio cum ieiunio & eleemosyna.

¶ Est deniq; & malitia infidelitatis, quæ vel maximè precibus obstat ne exaudiantur. Quis enim orans Deũ & dubitans, possit quicquam impetrare? Latronum alter qui Christum in cruce pendentem dubia mente rogabat dicens: Si tu es Christus saluum fac te metipsum, & nos im-
Infidelitas.
 trauit nihil. Alter qui in fide nihil hæsitans precabatur dicens: Memento mei domine dum veneris in regnũ tuum, audire meruit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso, Vndè per beatum Iacobum dicitur: Postulet autē in fide nihil hæsitans. Qui enim hæsitat similis est fluctui maris qui à vento mouetur & circumfertur. Nõ ergo æstimet homo ille quòd accipiat aliquid à domino.

¶ Tertium impedimentum exauditionis est impatientia
 NN iij quan.

DOMINICA QUINTA

*perseuerã
tia oratio
ni neces-
saria.*

quando videlicet quispiam orat & non mox ad votum exauditur, Deum immitem, aut miserorum preces contemnentē putans, per impatientiam orandi studium derelinquit, non intelligens se postulata rei dilatione tentari, nū perseuerantia fidei exaudiri sit dignus, an ob defectum fiducia indignus. Post quā mulieris Chananitidis preces Christus semel & iterum repulerat, vel certē repellere visus fuerat, illa patientiæ atque perseuerantiæ suæ merito audire tandem meruit: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.

LUC. 11.

¶ Hinc nobis instātiā imō & importunitatem in oratione, Dominus in Euangelio commēdat exemplo illius qui media nocte amici pulsans fores, tres panes sibi mutuo dari rogabat, quos primū negatos, propter importunitatem suam & pulsandi instantiam, tandem accepit. Et subdit: Et ego dico vobis, petite, & accipietis: quærite & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Christus ipse patientiā inter precandum, & perseuerantiam suo nobis commendaturus exemplo, ter patrem oravit prius quā appareret ei angelus de cælo confortans eum.

LUC. 22.

¶ Circa secundum, quod est ad deprecādi studium Christi exhortatio, subditur:

Vsque modò non petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

K ¶ Quia necdum Apostoli nouerāt nihil ad salutē pertinēs impetrari posse nisi per nomen vnigeniti filij Dei idcirco vsque modo, inquit, nō petistis quicquam in nomine meo. Deniq; nondū tam perfectē nouerant eum licet crederēt vel cōfiterentur eum Christū filiū Dei viui, necdū, inquam tam plenē cognouerant eum, vt scirēt ipsi, legationē eum suscepisse nostrę pacis, & mediatorē datū esse ad impetrādam hominib⁹ gratiā dei patris. Proinde nō petierāt quicquā hactenus in nomine eius, siquidem nec ipse hoc illis ante horā suæ passiois, quæ iā nūc instabat mādasse reperitur, quanquā multa de orationis instantia sit loquutus.

¶ Non ergo petierant eatenus in nomine Saluatoris, quia dum hunc visibili præsentia complecterentur, minus ad inuisibilia salutis mentis intuitum erexerant. Non vt Apostolorum simplicitas corporali visui sui Saluatoris ab æternæ salutis petitione sit retardata, sed obstaculo pro-

priz

priz
Quid
te ei
patre
¶ Pet
Quo
um v
plenu
faciē
& om
& vis
ritate
um di
num,
ad vi
¶ Ple
appel
bi luc
fenti
mino
amor
cum
num
pe ga
re ga
¶ Ait
plenu
moro
gular
iustib
nullo
in pet
pleni
Credo
ficata
vestra
bis ta
digna
¶ Nec
rando
infim

priz cupiditatis ab intuitu dominicæ voluntatis impedita
 Quid autem principaliter petendum, ac sine vlla dubieta
 te eis qui fideliter in petendo perstiterint sit parandum à
 patre domino, subdendo manifestat dicēs:

¶ Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum,
 Quorum verborū ordo vel sensus hic est: Petite, vt gaudi-
 um vestrū sit plenum, & accipietis. In quo autem gaudium
 plenum esse poterit, nisi vt veniamus & appareamus ante
 faciē Dei? Omne nāq; mundi huius gaudium deceptiuum
 & omnis raris eius erroneus est. solū autē de visione Dei,
 & visus faciei eius præsentis plenitudinem habet, & in ve-
 ritate est, nec enim obscurari vel auferri potest, Igitur qu-
 um dicit, petite & accipietis vt gaudium vestrum sit ple-
 num, illa tantummodo petēda esse innuit, quæ proficiant
 ad visionem Dei, de quo solo, plenitudo gaudij est.

¶ Plenum ergo gaudium, plenitudinem perpetuæ pacis
 appellat. Nam vt taceamus de gaudio reproborum, quo si-
 bi luctum merentur æternum, habent sancti etiam in præ-
 senti gaudium de spe bonorum cœlestium, quum pro do-
 mino terrenis exercentur aduersis, habent & gaudium cū
 amore fraternitatis, suadente Apostolo, discunt gaudere
 cum gaudentibus, flere cum flentibus, sed non est ple-
 num gaudium quod fletu variante miscetur Plenum quip-
 pe gaudium est, vbi nemine flente, cum solis datur gaude-
 re gaudentibus.

¶ Aut itaque: Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit
 plenu. Ac si patenter dicat. Non fluxa seculi gaudia, quæ &
 mœrore semp mixta & certo sūt fini obnoxia, sed illud sin-
 gulare gaudium à patre petite, cuius plenitudo nullo cu-
 iuslibet inquietudinis atactu minuitur, cuius æternitas
 nullo vnquam termino dissoluitur. Si enim perstiteritis
 in petendo, proculdubiò quæ petitis percipietis. De huius
 plenitudine gaudij beatus Petrus fidelibus scribit, dicens:

¶ Neque enim quippiam vtilitatis afferret homini benè o-
 rando superna quærere, qui non desistit peruersè viuendo
 infimis implicari.

*Hoc ma-
 xime pe-
 tendum.*

*L
 Beda.
 Gaudij
 plenitudo*

Rom. 12.

1. Pet. 1.

*Petere
 gaudium
 plenum
 quid.*

DOMINICA QVINTA
HOMILIA ALTERA.

Hæc in prouerbis loquutus sum vobis.
Ioan. 16.

¶ In hac parte lectionis Euangelicæ duo restant
consyderanda. Primum est, de ampliori cognitione diui-
norum gratiosa pollicitatio. Alterum, de Christi vene-
randa sapientia vera discipulorum confetsio, Ibi: Dicunt
ei discipuli.

A ¶ Circa primum tris notantur. Primum est, Pristina Chri-
sti in prouerbis fermocinatio. Secundum est, patris
erga discipulos dilectio, Ibi: Et non dico vobis. Tertiū est
notanda Christi egressio pariter & regressio, Ibi: Exiui à
patre.

¶ Circa primum dicit: Hæc in prouerbis loquutus sum vo-
bis. Vbi quæritur, quænam sunt quæ in prouerbis loquutū
esse asserit? Nunquid ex quo surrexit à cœna prouerbia si-
ue parabolas dixit, & non potiùs plano sermone præcep-
ta dilectionis & hortamenta patientiæ dedit? Siquidem &
Apostoli solum hunc sermonem respicientes, quem in il-
la nocte huc vsque produxit, ecce, inquit, nunc palàm
loquetis, & prouerbum nullum dicis. Quum ergo dicit:
Hæc in prouerbis loquutus sum vobis, & cætera, non ad
verba ipsa quæ tunc loquebatur referri voluit, alioqui ma-
gis propriè dixisset, hæc prouerbia loquutus sum vobis, si
tamen re vera prouerbia poterant conuenienter dici, quæ
hactenus loquutus est eis.

*Quid in
prouerbis
loquutus
fuerat.*

¶ Sed hæc inquit, quæ nunc instant, quæ nunc aguntur, scili-
cet passionem meam, pro qua cor vestrum tristitia nunc
impleuit resurrectionem quoq; vel ascensionem qua visa
gaudebitis, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis para-
cleti quoque effusionem, quem si abiero mittam vobis.
Hæc, inquam, in prouerbis hactenus loquutus sum vobis,
variisque præsignaui figuris, verbi gratia vbi dixi, mulier
quum parit tristitiam habet, quia venit hora eius, quum
autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ pro-
pter gaudium, quia natus est homo in mundum, hæc, in-
quam, variis præsignaui figuris vsque in hanc horam pas-
sionis, imò vsq; dum tradente me spiritum, scindatur ve-
lum templi à summo vsque deorsum, ipsa sui scissione cõ-
testans

resta
verit
non

V

¶ Pa

catil

vos r

quæ

patri

inqu

sua p

datu

ctior

diuin

folæ

ac de

I

¶ Illo

acce

verit

min

dent

& ho

pete

bant

¶ Cir

subd

H

a

¶ Itē

nibu

meo

vt p

met

¶ N

restans ea quæ hæcenus latebant sub figuris, deinceps in veritate clarescere mysteria regni Dei. Extunc enim iam non in prouerbis loquar vobis. Vndè subdit:

Venit hora quum iam non in prouerbis loquar vobis sed palàm de patre meo annuntiabo vobis.

¶ Palàm, inquit, de patre meo annuntiabo vobis, quasi dicat: Ita vt præsentibus rebus, quarum figuræ præcesserunt vos non solùm intelligere ea quæ præsens ipse feci, vel loquutus sum vobis, sed etiam quæ in figura contingebant patribus vestris, discutere & aperire possitis. Venit hora inquit. Illam nimirum horam significat, qua eis peracta sua passione ac resurrectione, spiritus sancti gratiam erat daturus. Tunc enim spiritualiter instructi, & spirituali dilectione succensi, quò perfectiùs omnia quæ de agnitione diuinitatis mortalibus capienda, cœperant eo ardentius sola quæ ad eius visionem promerendam iuarent petere ac desiderare curarent. Vndè subiungit.

Illo die in nomine meo petetis.

¶ Illo (inquam) die reuelatæ gratiæ, die salutis, & tempore acceptabili, quando spiritus veritatis docebit vos omnem veritatē, de meo accipiens & annuncians vobis, vos in nomine meo petetis, quia videlicet cognoscentes me, & credentes quia ego in patre, & pater in me est, verum Deum & hominē a què vt patrē adorabitis, & sic in nomine meo petetis, quod vsque modò non fecistis. Priùs enim sic putabant eius patrem esse Deum, sicut & noster est gratia.

¶ Circa secundum quod est erga discipulos patris dilectio subditur:

Et non dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis.

Ipse enī pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia Deo exiui.

¶ Iterum dat eis fiduciam, quòd supernum in suis tentationibus habituri sint adiutorium. Quasi dicat: Sub nomine meo petetis, & intantum vsbis conseruabo amicum patrē vt posthac neque me opus habeatis intercessore, nam ipse met pater vos amat.

¶ Non igitur illo die ego rogabo patrem de vobis. Ne fortè

*Beda.
Clara veritatis notitia.*

Theoph.

DOMINICA QUINTA

fortè hereticus aliquis non intellexerit, quomodo supra dictum sit, & ego rogabo patrem, & alium paraclatum dabit vobis, & inde contendat patre minorem esse filium, eo quod rogare minoris sit, ecce & hoc è diuerso hic infert. Et non dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis, scilicet illo die, quo (vt iam dixi) in nomine meo petetis. Nam isto quidem die qui nunc ingruit, die tribulationis meæ quo capiunt animam meam & irruunt in me fortes, ego rogabo patrem, & alium paraclatum dabit vobis, rogabo, inquit, sacerdos factus, ipse sacrificium secundum passibilem hominis naturam illo autem die & deinceps, quo iterum in gaudio cordis vestri videbitis me, iam non rogabo patrem de vobis. Quare? Ipse enim pater amat vos, id est, isto rogatu meo sibi reconciliatos iam habet amicos vos, & de filiis iræ fecit filios gratiæ suæ. Vt autè à Christo non resiliant, quasi ipso amplius opus non habeant, sed à patre absque mediatore diligantur, subiecit, quia vos me amastis. Ac si dicat: Propterea amat vos pater, quod me dilexistis. Quando igitur excideritis à mea amicitia, tunc & à patris amicitia excidatis.

*Vt pater
amat cre-
dentes.*

C

*Dua è in
Christo
naturæ,*

Luce. 12.

1. Ioan. 2.

*Rom. 11.
Nū diuini-
tati quis di-
lectionem
retribuitur.*

¶ Porro secundum Bedam quod dictum est: Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis, sic exponitur: Quia dominus noster Iesus Deus & homo est, modò summa diuinitatis, modò humanitatis humilia loquendo designat. Quod enim dicit non rogaturum se patrem pro discipulis propter cõsubstantialem patris diuinitatis suæ potentiam dicit, in qua non patrem ipse rogare, sed & rogata cū patre consuevit dare. Quod verò Petro ait. Ego pro te rogavi vt non deficiat fides tua, & quod de illo Ioannes ait. Aduocatum habemus patrem Iesum Christum iustū propter dispensationem dictum est assumptæ humanitatis cuius quum triumphum patris ostendit oculis vtique pro nostra infirmitate interuenit.

¶ Ipse enim pater amat vos quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui. Non ita intelligendum est quasi amor & credulitas discipulorum præcesserit amorem quo illos pater amaret, meritūque humanū prius sit muneribus gratiæ cœlestis, quum apertissimè dicat Apосто. Quis prior dedit illi & retribuetur ei? sed ita potius quia pater illos gratuito amore præuenierit, atq; ad amandū credendumque filiū amādo sustulerit, & quia ipsi agnitam filij di-

lectionem

lectionem
ioribus
¶ Non
sancto
æstimat
amat
intelli
more
stis, ea
tè am
quoru
demq;
¶ Circ
sio, co

Ex
mu

¶ Qua
uare n
orum
iugum
piens
amat
ciens
mini
& am
gare d
or, &
deinc
quo p
¶ Exi
quia n
porali
sione.
sic in
Itaq;
appar
in di
quali
Et ve
tiam

lectionē atq; fidem pio & sollicito corde seruauerint, maioribus eos donis paternæ dilectionis esse remuneratos. ¶ Non autem arbitrandum quia pater sine filio & spiritu sancto amare vel amoris possit munera dare. Nec rursus æstimandum quia filius sine patre & spiritu sancto valeat amari vel credi. Quod ergo ait. Ipse enim pater amat vos intelligendum est, vnà cum filio & spiritu sancto quos amore dignos iudicat. Et quod adiunxit: Quia vos me amatis, eadem ratione sciendum est, quia quicumque filium rectè amat, hunc cum patre & amborum spiritu amet, quia quorum inseparabilis est natura diuinitatis, horum vna eademque sunt dona virtutis.

¶ Circa tertium, quod est, Christi egressio pariter & regressio, consequenter, subditur:

Exiui à patre & veni in mundum. Iterum relinquo mundum & vado ad patrem.

¶ Quasi dicat: Exinaniui me formam accipiens, & veni saluare mundum, custodiendo vias duras propter verba laborum patris, iterum relinquo mūdum deponens seruitutis iugum, & vado ad patrem, propter passionem mortis recipiens gloriam & honorem. Propter hoc ipse pater illo die amat vos, quia credidistis hoc. Etenim ista credulitas efficiens causa est vt mea profit vobis passio, vt reconciliemini Deo, vt non iam filios iræ, sed filios gratiæ reputet & amet vos, ita vt iam ex illo non oporteat me patrem rogare de vobis, quod modò semel facio. Semel enim morior, & quòd morior peccato, non meo sed vestro morior, deinceps viuam Deo, quia sicut dixi, vado ad patrem, à quo propter hoc exiui, vt hoc modo redirem.

¶ Exiit enim à patre, quia de patre est. In mundum venit, quia mundo suum corpus ostendit. Mundum reliquit corporali discessione, perrexit ad patrem hominis ascensione. Nec mundū deseruit presentix gubernatione, quia sic in mundum venit exiens à patre vt nō deseret patrem. Itaq; venit in mundū, quia mundo (vt dictum est) visibilis apparuit in humanitate, qui erat inuisibilis apud patrem in diuinitate. Exiuit à patre, quia non in ea forma qua æqualis est patri, sed in assumpta creatura minor apparuit. Et venit in mundum, quia in forma serui quam accepit etiam mundi huius amatoribus se videndum præbuit.

Iterum

D
philip. 2
Vt christi
st^o ad pa
trē vadit
Heb. 2.

August^o

Iterum reliquit mūdum & rediit ad patrē, quia ab aspectu amatorum mundi quod viderant abstulit, & se amatorib⁹ suis æqualem patri esse credendum docuit. Hoc nempe illud est, quod Psalmista cœlis enarrantibus audiuit aure Prophetica, videlicet: Exultauit vt gigas ad currendam vi-
tam suam, & statim subsequutus est: A summo cœlo egres-
sio eius. Itaque mēiri sunt Cherintus & similes sui hæreti
ei dicendo Christum ante Mariam non fuisse, quia exiui
(inquit à patre, & veni in mundum) contestante Propheta
quia à summo cœlo egresio eius.

¶ Circa secundum principale dicitur.

*Dicunt ei discipuli eius: Ecce nūc nunc palàm loque-
ris, & prouerbiū nullum dicis.*

¶ Hæc ponitur de Christi veneranda sapientia vera discipu-
lorum confessio. Vbi primū præmittitur ad præcedentia
domini verba discipulorum responsio. Ecce, inquit nūc
palàm loqueris, & prouerbiū nullum dicis. Dixerat e-
nim eis ipse: Hæc in prouerbiis loquutus sum vobis.
Venit hora quum iam non in prouerbiis loquar vobis, sed
palàm de patre meo annunciabo vobis. Non aduerterant
quod non verbo præsentis temporis dixit, hæc in prouer-
biis loquor vobis, sed præteriti, hæc in prouerbiis loquu-
tus sum vobis, sed præteriti, hæc in prouerbiis loquutus
sum vobis. Vndè iam dicunt: Ecce nunc palàm loqueris,
& prouerbiū nullum dicis. Quod & si ex parte verum
est, nunc enim, id est in hac cœna, clarè loquutus eis fue-
rat, exhortans eos ad mutuam pacem & dilectionem præ-
dicens eis futuras à mundo pressuras, tribulationes & per-
sequutiones, vt dictum est, promittens nihilominus ventu-
ri spiritus sancti consolationem, attamen non palàm e-
rant illis omnia quæ dixerat Nam & paulò antè dixerunt:
Quid est hoc quod dicit modicum & non videbitis me &
iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad pa-
trem? Nescimus quid loquitur, adedò calligabant in il-
la magna tristitiæ nebula, quia non solùm oculi, sed
& interinsensus eorum erant grauati, vt ipsam quoque
ignorantiam vel tarditatem suam nescirēt, sicq; dum ver-
ba domini meliùs se intelligere putarent quàm ea intelli-
gerent, factum est, vt manifesta putarent ea quæ non ca-
piebant.

Palàm

¶ Palàm
ctorum
plicite
uerbia
videli
& nu
anima
Vndè
fitent

N

V

ex

¶ Ape
ximè
interro
fereba
si filiu
que di
Salom
lus no
Ierem
stè, &

¶ Nun
nè (vt
fessio
cuius
nem f
scit on
tium
cogno
opus t
rei tel
¶ Qui
sempe
tis auc
& mag
tia cor
quid c
tio lat
discip

¶ Palam igitur eum loqui existimabant cuius mysteria doctorum necdum valebant comprehendere, putantes simpliciter & dilucidè prolata, quæ non intelligentibus pro- uerbia erant Et quum ex Christi sermone hæc obseruaret, uidelicet se à patre diligi, Christum à Deo patre exisse, & nunc rursus ad illum abire, & eo quòd se à patre diligi animaduerterant, statim omnia se intelligere putabant. Vndè & dicunt ipsius sapientiam qua cuncta nouit, piè cõ- fitentes.

*Nunc scimus quia scis omnia, & non est opus tibi
vt quis te interroget. In hoc credimus quia à Deo
exiisti.*

¶ Apertè ostendunt quia loquès ad eos dominus de his ma- ximè disputabat quæ illos delectabat audire, & quæ illi interrogare volebāt, hæc (ipse præueniens eos) vltro pro- ferebat, vndè meritò illū scire omnia quasi Deum, & qua- si filium à Deo uenisse credunt & consentunt. Apertū nan- que diuinitatis indicium est, cogitationum nosse secreta, Salomone affirmante qui Deo supplicans ait: Tu enim so- lus nosti corda omnium filiorum hominum. Vndè etiam Ieremias ait: Tu autem domine sabbaoth, qui iudicas ius- tæ, & probas renes & cor.

¶ Nunc scimus, inquiunt, quia scis omnia. Venerabilis sa- nè (vt iam dictum est) & sapientiæ diuinæ condigna pro- fessio. Omnia nanq; scire solius Dei est, vel sapientiæ eius cuius non est numerus. Attingit autem à fine vsque ad fi- nem fortiter, & disponit omnia suauiter. Hæc enim sola scit omnia, & omnium scrutatur corda, & vniuersas men- tium cogitationes intelligit. Quo autè experimèto istud cognouerint, indicant continuò subiungentes. Et non est opus tibi, vt quis te interroget. Hoc planè idoneum tantæ rei testimonium est.

¶ Quis est doctorum adedò strenuus, vt saltem obiectis semper sufficere possit interrogationibus, ne dicam taci- tis auditorum occurrere cogitationibus? At ille dominus & magister, quanta beneuolentia docebat, tanta & poten- tia corda hominum in manu sua tenebat, ita vt nesciret quid cuique deesset, quin etiam nulla eum cordis cogita- tio lateret. Quod quum multis exemplis, vicino quoque discipuli confirmati fuerant argumento, quia uidelicet paulò

F
Beda.

Diuinita-
tis indicium
3. Reg. 8.

Ierem. 11.

Sapient. 8.

Christus
doctor
qualis.

DOMINICA QUINTA

Paulò antè dicente illo: Modicum & non videbitis me, & cætera quum dicerent quidam ex eis ad inuicem, nescim⁹ quid loquitur, cognouit ipse qui uolebant eum interrogare, & non fuit ei opus ut ipsi eum interrogarent, præuenit enim eos, dicens: De hoc quæritis inter uos. Bene ergo sci mus, inquit, quia scis omnia, & non est opus tibi ut quis te interroget, uidelicet, quomodo cuique homini docere cupienti opus est aperiri uerbis, in quo hæreat sensus auditoris. Tu uerò antè quàm audias, nosti ea quæ uel contri stant uel offendunt nos, & quiescere nos fecisti dicēs, quoniam pater nos amat.

Chrysost.

Questio.

G ¶ Vbi Augustinus: Quid sibi uult, q̄ ei quem sciebant nosse omnia, quum dicere debuisset uideantur, non est opus tibi ut quenquam interrogas, dicendum potius putauerunt, non est opus tibi ut quis te interroget, quod utrunque legimus factum & interrogasse, scilicet dominum, & fuisse interrogatum.

Solutio.

¶ Sed hoc citò soluitur, quia hoc nõ ei, sed illis potius op⁹ erat quos interrogabat, uel à quibus interrogabatur. Neq; enim aliquos ille interrogabat ut ab eis aliquid disceret, sed potius ut eos doceret: & qui interrogabant eum uolētes ab eo aliquid discere, illis profectò id opus erat, ut sci rent ab eo aliqua, qui nouerat omnia. Ille autem nõ opus habebat ut quod ab eo scire quisque uellet per ipsius cognosceret interrogationem, quia prius quàm interrogaretur, interrogatorum nouerat uoluntatem. Præuidere autè cogitationes hominum magnum domino nõ erat, sed ma gnum paruulis erat, qui subdunt:

In hoc credimus quia à Deo existi.

*Eccle. 24
Hilarius*

¶ Quod idē est ac si dicat: In hoc credimus quia tu es ipsa sapientia quæ dicit: Ego ex ore altissimi prodiui. Per id enim credunt quòd à Deo exiit, quia ea quæ Dei sunt agit. Nam quum Dominus utrunque dixisset, à Deo exiui, & à patre ueni in hunc mundum, nihil admirationis in eo habuerant quod frequenter audierent. Undè non addunt. Et à patre uenisti in hunc mundum. Sciebant enim à Deo missum, exisse tamen à Deo eatenus nescierant. Inenarrabilem uerò illam filij natiuitatem per uirtutem dicti istius intelligentes tunc primum cœperunt aduertere, quum illum sine prouerbis profiterentur esse loquutum. Non enim

per

per cõf
cuius à
cõfitem
existi N
à Deo v
re qua
lud cæc
terat fa
¶ Cæter
aduerta
genter
est, ut n
cordium
in tem
rubigo
nis rad
scatur.
citur:
nio ut c
cordis
gnetur
index

¶ In ha
fydera
stificat
quitic
¶ Circ
missio
Apost
¶ Circ

per cōsuetudinem humani partus Deus ex Deo nascitur, cuius à Deo exitio potius quàm partus est, iuxta quod hic cōfiterentur discipuli, dicentes: In hoc credimus quia à Deo existi Non secus & ille confessus est, qui ait: Scimus quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Huiusmodi est illud cæci apud Ioannem: Nisi esset hic homo à Deo, nõ poterat facere quicquam.

Ioan. 3.

Ioan. 9.

Beda.

Exhorto

tio mora-

lis.

¶ Cæterùm quod hinc ad morum attinet informationem, aduertamus, quòd nequaquam hæc transeunter aut negligenter commemoranda sunt, sed solerter inuigilandum est, vt non verba tantum & opera nostra, sed ipsa quoque cordium secreta diuinis aspectibus digna reddamus. Non in templo nostri pectoris odiorum flamma, non inuidiæ rubigo resideat, non inde turpis vel contumeliosi sermonis radix oriatur, non ibi meditatio facti nocentis inna-scat. Memores simus dominicæ comminationis qua dicitur: Ego enim, opera eorum & cogitationes eorum venio vt congregem, & expulsis vitiorum ruderibus, talem cordis nostri paremus mansionem, cuius ipse dominus dignetur inesse mansor, qui eius ineuitabilis inspector & index est.

Esa. 66.

DOMINICA SEX-

TA POST PA-
SCHA.

Quoniam venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis, qui à patre procedit. Ioan. 15.

¶ In hac sancti Euangelij lectione duo præcipuè sunt consideranda. Vnum est, Fidelis & obseruanda de Christo testificatio. Alterum, Testibus veritatis prænunciata persecutio, ibi: Hæc loquutus sum vobis.

¶ Circa primum duo norantur. Vnum est, Spiritus sancti missio pariter & processio. Alterum, tam spiritus sancti quàm Apostolorum de Christo testificatio, ibi: Ille testimonium.

¶ Circa primum est aduertendum, quod sicut ex multis san-

A

Beda.

Et

Et Euangelij locis patet, discipuli ante aduentum spiritus sancti minus capaces erant ad intelligenda arcana diuine sublimitatis, & minus fortes ad toleranda aduersa humane prauitatis. Sed adueniente spiritu sancto, cum augmento diuine agnitionis, data est eis etiam constantia vincende humane persecutionis. Unde illis nunc dominica pollicitatione dicitur: Quum venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre, & cetera quæ sequuntur.

Paracleti ratio.

¶ Vbi notandum in primis, quod paracletus Græcè, Latine cōsolator interpretatur. Nam (vt dicit Didymus) spiritus sanctus cōsolator ab operatione nominatur, quia eos quos se dignos reperit, non solum ab omni perturbatione reddit alienos, verum etiam incredibile quoddam gaudium eis tribuit. Sempiterna siquidem lætitia eorum corde versatur quorum ipse est habitator. Quem ego mittam vobis, inquit, à patre. Vbi tribus distinctionibus persona vel maiestas spiritus sancti descripta est, videlicet, quia paracletus est, quia spiritus veritatis est, & quia à patre procedit.

Spiritus sancti persona describitur.

Rupertus Spiritus veritatis. cōsolator ioan. 14.

Et interpositum est: Quem ego mittam vobis à patre. Unde spiritus veritas dicatur patet, quia spiritus Christi est, qui est veritas, & quia eos quos imbuat veraces, & veritatis amatores & sectatores, nec minus mendacij & vanitatis facit contemptores. Unde autem paracletus, id est, cōsolator sit dictus, patet ex Domini verbo, quo ait: Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum spiritum veritatis quem mundus non potest accipere.

Qui à patre procedit.

B ¶ Restat deinceps illud cōsiderare quod nunc additur: Qui à patre procedit item & illud, quod ipse filius equalis patri, gloriam commedans suæ maiestatis, sic interposuit, dicens: Quem ego mittam vobis à patre. Vbi Didymus: Iste, inquit cōsolator spiritus à filio mittitur, non quidem vt minister, nec sicut angeli, prophete & Apostoli, sed vt mitti decet à sapientia & virtute spiritum Dei, indiuisam habentem cum eadem sapientia & virtute naturam. Quum ergo dicit: Qui à patre procedit, non est putandum quod iste processus sit extra Dei patris essentiam, sed originalis consistentia spiritus sancti, cui à patre mitti, est ex patre naturalem essentiam obtinere. Unde Beda.

¶ Dominus spiritum veritatis à se mittendum esse testatur, & eundem mox à patre procedere subiungit. Non quia
idem

idem
sed id
aliam
dem c
ac vo
dent
minib
lio, pr
ipfa p
sua sp
habet
enim
stibus
ritus,
¶ Not
verbo
de ser
temp
Quur
spons
inuisi
ad ho
erat f
Hoc
ratu
to D
cto p
adue
inqu
men
perfo
qua
dom
¶ Pro
quia
dam
qui
pro
ded
tet

idem spiritus aliter à patre procedit, quàm à filio mittitur sed ideo filius eum à se mitti, & à patre dicit procedere, vt aliam patris, aliam esse suam personam designet, ac in eadem distinctione personarum vnã etiam operationem ac voluntatem suam cum patris voluntate & operatione denunciet. Quum enim eiusdem spiritus gratia datur hominibus, profectò mittitur spiritus à patre, mittitur & à filio, procedit à patre, procedit & à filio, quia & eius missio, ipsa processio est qua ex patre procedit & filio. Venit & sua spontè, quia sicut coequalis est patri & filio, ita eandè habet voluntatem cum patre & filio communem. Spiritus enim vbi vult spirat, Et enumeratis Apostolus donis cœlestibus, ait: Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult.

10am. 3.

1. Cor. 12.

¶ Notandū etiam quod de spiritu sancto filius Dei loquēs, verbo presentis tēporis dixit, qui à patre procedit, quum de semetipso aduersus Iudæos testificans verbo præteriti temporis dixerit, ego enim à Deo processi & veni.

*Aliter
christum
& aliter
spiritum
sanctum
mitti.*

Quum enim hæc diceret, iam vtiq; processerat ipse tanquã sponsus de thalamo suo, scilicet factus homo visibilis, qui inuisibilis Deus erat. Hic autem paracletus spiritus sanctus ad homines nondum processerat. Nondum enim, inquit, erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Hoc tunc agebatur vt procederet, præeunte digno apparatu magnæ pœnitentię quam in se exceperat in vnigenito Dei natura carnis nostrę, satisfaciens pro antiquo delicto præuaricationis Adæ, vt procederet inquam, videlicet aduentens in remissionem peccatorum, quo modo nulli, inquam, datus fuerat ante salutare passionis Christi sacramentum. Porro ipsum processionis verbum dignitatem personæ eius exprimit, videlicet quia ipse est dominus æqualis domino patri vel filio, qui & ipse (vt iam dictū est) dominus processit & venit.

10am. 7.

¶ Proprietas autem vel differentia processionis in eo est, quia filius quidem processit & venit, videlicet ad condendam sanctæ Ecclesiæ domum, quam per ipsum condidit qui vniuersa creauit Deus, spiritus autem sanctus tunc processit, & vsq; in finem seculi procedere non desinit ad dedicandam & illustrandam domum eandem, vt inhabitet in illa, & inambulet Deus vnus, pater & filius, & ipse

*C
Differen
tia proces
sionis.*

○○ qui

DOMINICA SEXTA

qui illum dedicat & cōsecrat spiritus sanctus. Amplius autem quando per verbum suum Deus pater omnia cōdidit, filius quidem semel processit, quia semel & simul omnia condidit, spiritus autem sanctus ex tunc vsque in aeternū in subiectam rationalem creaturam procedere non desinit, quia videlicet absque processione eius inopia creaturæ subsistere nequit, quemadmodum absque solis lumine luna non lucet.

Rupertus
Nota si-
militudi-
nem dispa-
ris illumi-
nationis

¶ Et quidem beata sanctorū angelorum societas, semper quasi plena luna est, & nec deficit nec minuitur, ex quo peccantibus apostatis angelis, ipsi peccare nolentes, positi sunt in aspectu solis eterni, Unde & relucent plena luce ornatores cælorum, id est, hoc eodem spiritu sancto semper in eos procedente. Verū illa quæ in hoc seculo peregrinatur electorum hominum. Ecclesia non semper in eodem statu permanet, sed nunc subleuata per contemplationem donis eiusdem spiritus plus fulget, nunc obscura pressuris vel seculi turbinibus, minus lucet donec finiatur iste mundi circuitus, & ipsa quasi plena luna in conspectu solis sui quieta resideat. Bene ergo quum de seipso præteriti temporis verbo dixerit filius, ego enim à Deo processi & veni, de spiritu sancto præsentis temporis verbo ait, qui à patre procedit. Proinde filius ore catholicæ Ecclesiæ non procedens sed genitus, spiritus autem sanctus nō genitus, sed procedens rectè dicitur.

Græcorū
error.

¶ Visum est autem quibusdam Græcorum hæreticis quod spiritus sanctus nō à patre & filio, sed à patre procedit solo, videlicet, quia quasi cum determinatione filius dixit, spiritum veritatis qui à patre procedit, Sed huic peruerso sensui præsens veritas ex aduerso resistit. Quum enim dicit, qui à patre procedit simul idem filius, qui & hoc eodē in loco dicit, quem ego mittam vobis. Et alibi: Ego, inquit, mittam promissum patris mei in vos, quid est aliud paraletum mitti quàm procedere spiritum veritatis: ipsa utique missio (sicut iam dictum est) processio est, nisi hoc tantum, quod in sua substantia semper inuisibiliter spiritus procedit, in aliena autem specie ad tempus missus est, scilicet, quum vel super Dominum in specie columbæ, vel super Apostolos eius apparuit in igne. Aliàs autem quum veraciter dicat idem filius non creditis, quia ego in patre & pater in me est? quomodo spiritus qui à patre procedit

Luc. 3:
Actu. 2.

cedit à filio quoque pariter non procedit?

¶ Nunquid localis est filius vel pater ut quum de secreto paterni pectoris fonte spiritus sanctus procedit non procedat & de vnigenito filio qui est in sinu patris, præsertim quum filius dicat, ego & pater vnum sumus?

¶ Vehementer autem hæc quoque sententia repugnat hereticis, quicumque in spiritum sanctum blasphemare ausi sunt, dicendo quòd creatura sit. Quomodo enim si creatura est à patre procedit? Nonne omnis creatura ex nihilo creata est, & earum nulla de substantia Dei procedit? Quid enim de Deo aliud quàm Deus procederet? Igitur diuinæ naturæ simul & maiestatis testimonium est sancto spiritui, quia sicut filius de seipso datus est, dicens: Ego enim à Deo processi, sic & de illo testatur, qui à patre procedit.

D
Spiritus
sancti di-
uinitas
adstrui-
tur.

¶ Circa secundum, quod est tam spiritus sancti quàm Apostolorum de Christo testificatio, subditur in litera:

Ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimoniū perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

¶ Quasi dicat: Perhibebit spiritus sanctus, perhibebitis & vos, quia enim ab initio mecum estis, potestis predicare quòd nostis. Hoc sicut dictum, ita & factum est, & sicut veritas promisit, ita & perfecit.

Spiritus
sanctus vobis
de christo
testimoniū
perhibebit.

¶ Venit enim paraclætus, missus est spiritus veritatis, processit tunc visibiliter, qui semper inuisibiliter procedit. Visibiliter, inquam, tunc processit, non tamen in sua substantia qua est inuisibilis, sed in linguis apparuit igneis, & in corde eos accendit, & in ore disertos reddidit, & ita instructos testes christi testis ipse inuictus spiritus sanctus, ad publicum produxit.

¶ Itaque adueniens spiritus testimonium perhibuit de domino, quia discipulorum corda aspirans, omnia quæ de illo scienda erant mortalibus, clara illis luce reuelauit, quia videlicet æqualis & consubstantialis erat patri ante secula, quòd consubstantialis nobis factus est in fine seculorum, quò de virgine natus sine peccato vixit in hoc

Beda.

mundo, quòd quando voluit & qua voluit morte transiit è mundo, quòd veraciter mortem resurgendo destruxit, veram in qua passus est & resurrexit carnè ad cœlos ascendendo leuauit, atque in paternę glorię dextera constituit, quòd omnia Prophetarum scripta illi testimonium perhibent, quòd cõfessio nominis eius vsque ad fines erat pro paganda terrarum, cæteraque fidei illius mysteria spiritus sancti testimonio sunt referata discipulis, neque illis tantummodo, sed & omnibus qui secundum verbum eorum credunt in dominum, quicquid rectè sapiunt eiusdem spiritus est munere concessum.

*Spiritus
sancti
ope
ratio in
discipulis*

¶ Ille ergo, inquit, testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis. Quia quæ spiritu intus docente perceperunt, hæc abiecto timore pristino foris loquendo, & aliis ministrabant. Ipse nanque spiritus corda eorum & scientia veritatis illustrauit, & ad docenda quæ nosse tantum culmine virtutis erexit. Vndè rectè apud Esaiam spiritus idem fortitudinis & sciētīę nuncupatur. Est enim spiritus scientiæ, quia per ipsum quæ rectè agere vel etiam cogitare debeamus agnoscimus, est etiam spiritus fortitudinis, quia per ipsum vt quæ bona nouimus viriliter operemur accipimus, ne aduersitate aliqua à bonis quæ cœpi-
mus repellamur.

*Apostoli
vt de christo
testifican-
tur.*

¶ Et vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis. Cum data spiritus gratia etiam hoc fiduciam discipulorum iuuit quod ab initio fuerant cum domino, id eoque quæ apud illum viderunt & audierunt, absque vlla ambiguitate prædicare valebant. Vndè bene Petrus alium pro Iuda ordinare volens Apostolum, non neophitum, sed probatum ex tempore curabat eligere, dicens: Oportet ergo ex his viris qui nobiscum congregati sunt omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum existis.

Actu. 1.

¶ Hinc ipse Gentibus Christum euangelizans, confideter aiebat: Hunc Deus suscitauit à mortuis tertia die, & dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo nobis qui mâducauimus & bibimus cum eo post quàm resurrexit à mortuis.

Actu. 10.

¶ Quid igitur post hæc Iudæi facerent, qui dixerant, te-
stimo

stimonium tuum non est verum quid (inquam) dicerent captiui Gentium, quando huic filij Dei tam glorioso testi spiritui sancto acquiescentes, super ipsum continuerunt reges os suum? *Esaï. 52.*

¶ Itaque considerandum est quibus & quantis testimoniis fides nostra de Christo fuerit confirmata. Vbi primò occurrit testimonium Dei patris quod Christo iam in Iordane baptizato, & postmodum gloriose transfigurato perhibuit dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. *Fidei no. stræ attestantur. Luca. 3.*

¶ Rursum ipse Christus filius Dei qui in hoc natus est, & ad hoc venit in mundum, vt testimonium perhibeat veritati, dedit testimonium de seipso, qui vtiq; veritas est, verbo quidem dum ait: Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium meum verum est, quia scio vnde veni & quò vado. *Ioan. 19. Mat. 17. Ioan. 8.*

¶ Opere nihilominus de se dedit testimoniũ miraculis & signis quæ nemo alius fecit, nempe soli Deo possibilibus de quibus ait: Opera quæ ego facio in nomine patris mei hæc testimonium perhibent de me. *Ioan. 16.*

¶ Item spiritus sanctus CHRISTO testimonium perhibuit non solum quibus dictum est modis, sed vel in hoc manifestissimè quod super ipsum in Iordane baptizatum in specie columbæ apertis cælis descendit & mansit. De cuius etiam testimonio per beatum Ioannem dicitur: spiritus est qui testificatur, quoniam CHRISTVS est veritas. *Lucæ. 3. I. Ioan. 5.*

¶ Ecce triplex summæ atque diuinæ Trinitatis de Christo testimonium, de quo per eundem dicitur: Tres sunt qui testimonium dant in cælo, pater verbum & spiritus sanctus & hi tres vnum sunt. *De christo testimonio. I. Ioan. 5.*

¶ Item & angelica celsitudo eidem Deo & domino nostro testimonium perhibuit, quum in ipsius secundum naturam assumptam natiuitate pastoribus apparuit multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum & dicentium: Gloria in altissimis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Lucæ. 2.*

¶ Perhibuerunt etiam testimonium ipsa cœli clarissima luminaria, que in morte ipsius obscurata sunt, quin & terra ipsa quæ ipso moriente contremuit. *Lucæ. 23.*

DOMINICA SEXTA

Matt. 8. ¶ Item venti & maria. Vnde dicunt qui cum ipso nauigabant. Quis est hic? quia venti & mare obediunt ei?

¶ Maximè verò testimonium ei perhibent lex & scripturæ Prophetarum, iuxta quod ipse in Euangelio loquitur, dicens: Scrutamini scripturas, quia illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.

Ioan. 5. ¶ Item omnes Patriarchæ & Prophetæ, dicente Petro: *1. Petr. 3.* Scrutati sunt Prophetæ spiritu sancto, prænunciantes quæ in CHRISTO sunt passiones & posteriores glorias.

Quadr. p. uiter christo at testatur. G ¶ Denique testimonium perhibent CHRISTO & nostræ in Christum fidei Apostoli, & qui post eos fuerunt homines sancti vniuersi, quibus in Euangelio dicit: Vos estis testes horum.

¶ Testificati sunt autem, verbis, signis, vita & morte. De primo, id est, testimonio verborum, ipse Dominus ad eos loquitur, dicens: Et eritis mihi testes in Ierusalem, & omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Vnde est

Luc. 24. & illud Petri: Parati semper ad satisfactionem omni potestati vos rationem de ea quæ in vobis est spe. Qui & alibi dicit: Deus qui suscitauit Iesum à mortuis tertia die præcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.

Actu. 1. & illud Petri: Parati semper ad satisfactionem omni potestati vos rationem de ea quæ in vobis est spe. Qui & alibi dicit: Deus qui suscitauit Iesum à mortuis tertia die præcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.

1. Petr. 3. & illud Petri: Parati semper ad satisfactionem omni potestati vos rationem de ea quæ in vobis est spe. Qui & alibi dicit: Deus qui suscitauit Iesum à mortuis tertia die præcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.

Actu. 10. ¶ De testimonio eorum per signa scriptum est. Illi autem profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Et iterum alibi:

Mar. xlt. ¶ De testimonio eorum per signa scriptum est. Illi autem profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Et iterum alibi: Quum initium accepisset enarrati per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis & potentis: & variis virtutibus, & spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem.

Hebr. 2. ¶ De testimonio sanctitatis vitæ ipsorum & irreprehensibilis conuersationis vel hoc vnum satis est, quia videlicet si peccatores aut homines criminosi fuissent, nequaquam eis fuisset à mundo creditum.

¶ Verùm quoniam ea fuerunt vitæ integritate, sanctimonia, puritate, modestia, sobrietate, & continentia, qua nullo vnquam tempore vsquam gentium alij nulli, vitæ ipso.

Apostolo rñ impres.

ipforum testimonium irreprehensibile & omni dignum fide iudicabatur.

¶ Vnde in Actibus apostolorum dicitur: virtute magna *Act. 4.* reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri. Virtute magna, inquit. Magnæ enim erant & excellentissimæ vitæ & virtutis. Vnde & ibidem subditur: Et gratia magna erat in omnibus illis.

¶ Denique testimonium hoc consummatum est mortibus Apostolorum & martyrum, quod maximum est argumentum veritatis nostræ fidei. Nunquam enim tam constanter hanc vitam expenderent, nisi esse alteram incomparabiliter meliorem perfecta diffinitione sentirent. *s. Maximus.*

¶ Quod si aliquis tor & ratorum testimonis adhuc credere dubitat, quod omnia hæc præterita sunt consideret testimonium Ecclesiæ præsentis temporis. Constat enim quod in Christum crucifixum credimus. Quo modo autem tanta hominum multitudo inducta fuisset vt crederet, non quidem in magnum aliquem regem aut principem, sed in pauperem, & hunc abiectum & crucifixum nisi quod à domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? *H Testatur. Ecclesia. Aug. lib. de fide re inuisi.*

¶ Licet enim mortui sint Apostoli & martyres, testimonium tamen veritatis in nobis euidenter apparet, sicut scriptum est: Usque hodie sunt testes eius apud plebem. Vnde merito possumus dicere, Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. *Act. 13.*

¶ Igitor omnibus his consideratis liquet catholicæ fidei veritatem tantæ autoritatis esse, vt aduersus hanc nihil possit obiicere quicumque philosophus, gentilis, Iudæus, hæreticus aut Sarracenus. *Fidei catholicae vt inuisita veritas.*

¶ Quod si aliquis aduersus hanc gartiant vel eam impugnent, proficiunt nihil sicut in domini passione fuit significatum, quando summi sacerdotes & omne cõcilium que rebant aduersum Iesum falsum testimonium vt eum morti traderet, nec inueniebant. Multi enim falsum testimonium dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant. *Matt. 14.*

DOMINICA SEXTA

Et vtique nulla philosophia, nullum testimonium, nulla ratio, sermo nullus est conueniens aduersus fidem catholicae Ecclesiae, imò aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.

¶ Circa secundum principale dicitur:

*Hæc loquutus sum vobis, vt non scandalizemini.
Absque synagogis facient vos.*

¶ Hic ponitur testibus veritatis prænnunciata persequutio. Vbi duo notantur. Vnum est, quantis auderitatibus foret fides impugnanda. Alterum, quò hæc omnia Christi sermone fuerint discipulis prænnunciata, Ibi: Sed hæc loquutus sum vobis.

Eccl. 10. ¶ Circa primum dicit: Hæc loquutus sum vobis, vt non scandalizemini. Curauit sanè pi⁹ domi⁹ futura discipulis prauorum bella prædicere, quo minus hæc eos venientia offenderent, quia solent nimirum leuius aduersa ferri quæ possunt antè prænosci. Nam quæ imparato ac non præuidenti animo mala ingeruntur, grauius hunc sæpe ab integritatis suæ statu deiciunt. Vndè bene Sapiens admonet dicens: Filij, accedens ad seruitutem Dei, stas in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

Mat. 26. ¶ Sed huic dicto contraire videtur quod paulò antè idem ipse dominus discipulis prædixerat, vbi ait: Omnes vos scandalum patiemini in me ista nocte. Petro autem speciatim: Amen dico tibi, non cantabit gallus hac nocte donec ter me neges.

Ioan. 13. ¶ Sed aliud fuit in illa nocte scandalizari, aliud est absolute vel sine vlla determinatione scandalizari. Scandalizati etenim sunt in illa nocte, quum propter noctis illius turbiditatem, percusso pastore, metu dispersæ sunt oves, sed non simpliciter & absolute scandalizati sunt, quia compatientibus animis cum illo erant, à quo corporaliter dispersi fugiebant. Et nec Petrus, ipse quum ore trepido negaret, corde in eum credere desinebat, quem confessus fuerat esse Christum filium Dei viui. Non ergo frustra eos præmonuit

præmonuit atque præmuniuit, dicendo: Hæc loquutus sum vobis vt non scandalizemini. Et adiecit:

¶ Absque synagogis facient vos. Hoc factum esse Christi discipulis in Actibus Apostolorum plenissimè legitur. Flaggellati nãque in synagogis, etiam de ciuitatibus exturbabantur. Ideoque conuersi ad gentes synagogas alia imò Ecclesias nouas gloriæ Dei constituerunt, ad quas lege & testamento Dei trãslatis ipsi qui illos absque synagogis fecerant, absque synagoga Deificerent, & in synagoga satanæ exclusi remanerent.

¶ Et hæc quidem facere iam cœperant. Iamdudum enim conspirauerant Iudæi, vt si quis cõfiteretur eum esse Christum, extra synagogam fieret: Et re vera eiectione sunt fideles extra synagogam malignantium. Habent enim synagogas suas Iudæi, habent hæretici, habent Sarraceni & pagani, à quibus omnibus fidelium congregatio separatur. Separatur inquam, sicut rosa à spinis, lux à tenebris, & à palea granum. Ait Psalmista: Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo, odiui Ecclesiam malignantium.

¶ Sed parum est quod ait: Absque synagogis faciet vos: Addidit ergo:

Sed venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.

¶ Arbitrabantur Deo obsequium se præstare Iudæi in eo quod ministros noui testamenti odiis insequerentur & mortibus. Quia sicut illis testimonium perhibet Apostolus æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam. Et de seipso loquitur: Et ego quidem existimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere, quod & feci Ierosolymis. Arbitrabantur ergo legis æmulatores obsequium se præstare Deo dum præconibus gratiæ neces inferrent, sed frustra legem quæ per famulum data est defendunt, qui gratiam quam ipse filius offert accipere renuunt. Incassum se Deo patri placere æstiment, qui Dei filium contemnere, imò etiam persequi ac blasphemare laborant.

Venit

Act. 5.

Ioan. 9.

Electi
fo
ras à syn
goga mal
gnantium

K
Beda.

Rom. 11.
Act. 26.

Legis æ-
mulatorum
error.

Ruparius ¶ Venit hora, inquit, vt interficiendo vos arbitrentur obsequium se præstare Deo. Quasi dicat: Hoc tanta autoritate tanta rationis assimilatione facturi sunt, vt arbitrari videantur obsequium se præstare Deo. Nam re vera & si Saulus existimabat obsequium se præstare Deo alligando & interficiendo Christi discipulos, nõ tamen hoc itidem sentiendum est de illis, de quibus paulò antè dixit: Nunc autem & viderunt & oderunt, & me & patrem meum, scilicet de pontificibus & pharisæis, qui tulerant clauem scientiæ, & nec ipsi introibant, nec alios intrare sinebant, qui quæ primò ipsum dominum interficientes, deinde discipulos eius, non verè arbitrabantur, sed arbitrari videbantur obsequium se præstare Deo.

¶ Arbitrabantur etiam (rem omnem suo iniquo iudicio metientes) inimici Christi & patris ipsius, interficiendo siue ipsum, siue suos, obsequium se præstare Deo, id est, iudicabant, quamuis contra conscientiam suam, sic placitum esse Deo, scilicet prætendendo quasi necessariam loci vel gentis causam, sicut prius fecerant aduersus ipsum dominum, dicentes: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani & tollent nostrum locum & gentem. Nempe in hoc arbitrio suo pertinaciter permanentes

IOAN. 12.

Actu. 7. item pro loco vel gente se stare subdole arbitrari sunt, quãdo statuerunt contra Stephanum testes qui dicerent se auduisse eum dicentem, quia Iesus Nazarenus hic, destruet locum istum.

Iud. corii persequutio non diuturna. ¶ Venit hora, inquit, id est, breue tempus. Non enim diu licuit illis interficere Christi discipulos, quasi pro illo Dei templo cuius æmulabantur quidem veterem cultum, sed non secundum scientiam, id est, Dei charitatem, quã utiq; verã id est, non instantem constat esse scientiam. Si quidem subuersum est postmodum, non à Christi discipulis,

Psaluista sed à gētib? Romanis, impleta prophetia quæ de illa corrupta vinea prædixit Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.

¶ Hora hæc, planè persequutionis Iudaicæ breue tempus extitit. Neque enim de idololatriæ persequutoribus hoc dicendum fuit, quippe, qui non hora, sed longis multorum temporum persequutionibus Apostolos & martyres Christi interficiendo, non Deo, sed dijs suis obsequium se præstare

stare arbitrabantur. Et consolandis eius subdit:

**Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem
neque me.**

Quasi dicat: Sufficit vobis in consolationem propter me & patrem hæc pati. Itaque nõ solum vos absq; synagogis facient, sed etiam interficient, quia videlicet oderunt me & patrem meum. Quia enim filius in patre & pater est in filio, & qui videt filium videt & patrem, profectò patet quia quicumque filij credulitati obstinata mente resistunt, nec patrem nosse probantur.

¶ Vnde hic idem in Euangelista veritatem diuinæ vnitatis insinuans, ait: Omnis qui negat filium, nec patrem habet. *1. Ican. 2.*

Qui confitetur, filium & patrem habet. Et iterum: Omnis enim qui diligit eum qui genuit, diligit eum qui natus est ex eo. Hæc, inquit, facient vobis, quia non nouerunt patrem neque me, quoniam quia oderunt & me & patrem meum. *1. Ioan. 5.*

¶ Proinde quem supra dixit: Nunc autem & viderunt & oderunt, & me & patrem meum. Itemque: Nunc excusatio. Ignorantia horum cõtinuax. nem non habent de peccato suo non vrique ignorantiam excusat, sed odium cognoscere nolentium condemnat, dicendo: Quia non nouerunt patrem neque me.

¶ Huiusmodi contumacis ignorantix peruersitatem Apostolus Thessalonicensibus insinuans, quum præmisisset, in flamma ignis dantis vindictam his qui non nouerunt Deum, statim addidit: Et qui non obediunt Euangelio domini nostri Iesu Christi, qui pœnas dabunt in interitu à facie domini. Rectè igitur per hoc quod ait, quia non nouerunt, contemptus Dei significatur & odium, subditur: *2. Thef. 1.*

¶ Circa secundum, videlicet, quur hæc quæ dicta sunt fuerunt discipulis à Christo prænnunciata.

Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

¶ Ac si dicat: Hæc facient vobis, sed vos consolamini, quia ego dixi vobis, & reminiscetes illud quoque non obliuiscamini quod pollicitus sum, quia in omnibus præsuris nec capillus de capite vestro peribit, & inimicis occidentibus corpora, n patientia vestra possidebitis animas vestras. *Luce. 21.*

Vbi

DOMINICA SEXTA A PASCHA.

Ego dixi
vobis ex-
panditur.

¶ Vbi magnopere pensandum est quod ait: Ego dixi vobis Ego qui pro vestra vita ac salute moriturus sum, qui vos meo sanguine redempturus, qui in tribulatione vos semper adiuturus, qui eterna vobis præmia post tribulationem daturus sum. Magnum quippe certantibus leuamen, magnam consolationis gratiam præstat, quando ille certamina eadem futura prædixisse reminiscitur, qui & milites suos ne vinci possent adiuuare, & ne incassum vincant immortalem post prælia solet rependere palmam. Qui enim hic horam persecutionis venturam fuisse præmonuit, ipse paulò post in eadem persecutione suum fidelibus auxilium pollicetur, dicens: In mundo præssurâ habetis, sed confidite, ego vici mundum. Ipse alibi legitime certantibus coronam vitæ repromittit, dicens: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

Ioan. 16.

Mat. 5.

EXPLICIT PARS HYEMALIS

PARISIIS EX CHALCOGRAPHIA
Ioannis Sauctier, Anno salutis
Christianæ.

1553.



s
s
-
n
-
i
u
-
n
o
-
d
o
c
t

124

1844

















